THEOLOGIA SCRIPTURAE DIVINAE, SENTENTIARUM LIBRIS QUATUOR...

Heinrich Marcellius

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
33 K
14

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

21. C

9 - E - 3

9 E 4

11.9.6

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THEOLOGIA SCRIPTVRÆ DIVINÆ, SENTENTIARUM

Libris Quatuor,

Quibus Summa Doctrinæ ſacræ Scholaſticæ, Moralis, Polemicæ, Aſceticæ, comprehenditur, commodiore quàm hactenus, atque ad hæc tempora opportuniore methodo digeſta.

In Gratiam Theologorum, Concionatorum, & omnium Fidei ac Pietatis Chriſtianæ amantium.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AVTHORE

R. P. HENRICO MARCELLIO,

SOCIETATIS IESV,

SS. Theologiæ Doctore, & ejuſdem olim in Rhemenſi, Molshemenſi, Moguntina, nunc in alma Bambergenſi Academia Ottoniana Profeſſore Ordinario.



BRUXELLIS,

Ex Officina FRANCISCI VIVIEN, ſub ſigno Boni Paſtoris.

M. DC. LVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIMO
ATQVE
ILLVSTRISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO
D. PHILIPPO VALENTINO,
BAMBERGENSI
EPISCOPO,
SACRI ROMANI IMPERII
PRINCIPI,
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

SI quanta Scripturę Divinę & Sapientiæ, quam ea tradit, utilitas, dignitas, voluptas eſt, tantam illi ineſſe omnes probè intelligerent, *Reverendiſsime*, atque *Illuſtriſsime Princeps*, *Domine Clementiſsime*, longè plures illa ſui cultores longèque ferventiores haberet. Sic enim à naturâ compara-

tum cernimus, ut quæ facultates & ſcientię, vel à commodi aut honoris aut delectationis, vel ab omnium ſimul dotibus eximiis commendantur, earum præ reliquis mortales omnes deſiderio ſtudioque capiantur. A Scriptura Divina velut à fundamento, à matrice, à magiſtrâ nobiliſſimâ quodammodo pendent omnes reliquæ liberales & Academicæ Diſciplinæ, habetque in eâ locum celebre illud axioma: *Primum in unoquoque genere menſura eſt reliquorum.* Abſque hac nec Theologia Scholaſtica ſibi conſtat, nec Moralis, nec Aſcetica, nec Polemica: Neque Philoſophia ſolida eſt, ut ex Ariſtotelis & aliorum gentilium erroribus conſtat, nec aliæ facultates ipſi ſubalternatæ, aut artes: ſine hac nec cathedræ honorificè ſtant, nec pulpita ſplendorem ſuum retinent aut ſubſellia: ſublatâ hâc vaga & vana eſt omnis diſſertatio, inſipida concio, inſulſa de rebus cæleſtibus colloquia: ſecluſo ſacræ hujus doctrinæ adminiculo nec tutò proximus inſtruitur, nec abſque periculo refellitur hæreticus, politicus, aut paganus. Denique & in amicorum congreſſibus, eruditorum præſertim & illuſtrium pudor eſt, vel non callere Scripturam, vel ceſpitare Sacerdotem ac Theologum, cùm à viris gravibus & Principibus ex S. Paginę

locis

Digitized by Google

locis etiam ſatis obviis interrogatur: probroſum verò animarum Paſtorem, aut verbi divini præconem cum adverſariis converſantem ad manum non habere, quo obſtruat os loquentium iniqua, quo erronea illorum ex mutilatis, aut proprio ſenſu malè intellectis divinæ ſapientiæ teſtimoniis retundat dogmata, atque divinæ & orthodoxæ fidei myſteria defendat. Veteres olim ſapientes de humanæ Philoſophiæ commodis præclara multa poſteritati reliquerunt; appellârunt illam lucem veritatis, vitæ ducem, magiſtram morum, animi medicinam, expultricem vitiorum, parentemque virtutum, cui tanta vis inſit, ut cultores ſuos ad tranquillam beatamque vitam poſſit perducere; ſed hæc aliaque complura humanæ ſapientiæ encomia aut falſa ſunt aut non niſi aliqua dumtaxat parte veritati conſentanea: at Divina Philoſophia S. Literis tradita & iſta omnia verè cumulatèque præſtat, & longe eminentiora alia. Nam quod vates Regius de lege divinâ reſtrictè dixit, id ſanè ad univerſæ Scripturæ Sacrę pertinet commendationem: *Lex Domini immaculata convertens animas, Teſtimonium Domini fidele ſapientiam præſtans parvulis, juſtitiæ Domini rectæ lætificantes corda.* (Pſ. 18.) inter alias autem plurimas ipſius utilitates ea eſt vel inprimis

 hoc

Digitized by Google

hoc locò memoranda, quæ illos potiſſimùm attingit, qui gubernandis alijs à Deo poteſtatem acceperunt: præ reliquis enim ſcriptis omnibus abundat Doctrina Sacra præceptis, exemplis, aliiſque documentis ad prudenter & feliciter regendum accommodatis. Potentiſsima cenſetur Rhetorica ad hominum animos permovendos. Tullius Romanam curiam, in quam collibuiſſet ſententiam pertraxit: unde Rex dictus eſt, quòd mentes regeret Senatûs Populique Romani: verùm quoad hoc etiam eloquentia Sacra, uti Philoſophicam Politicamque, ita ipſam politioris literaturæ Rhetoricam antecellit: præ omnibus enim aliis ſolidiſsimæ potentiſsimæque orationes ſunt, quæ divinis nituntur fundamentis, & ut non verè minus quàm eleganter Curtius inquit: *Multitudo impotens alioquin & mutabilis, ubi Religionis negotium agitur, melius vatibus paret quàm ducibus ſuis.* Laudabilis equidem & non utilis ſolùm Reipublicæ, verùm etiam neceſſaria prudentia Iuris eſt: quemadmodum enim ſine legibus ſubſiſtere non poteſt civitas, ut rectè Plato inquit (l. 6. de Repub.) ita multò minus ſine anima legum, id eſt, ſine genuino illarum ſenſu & interpretatione, quam docet Prudentia juris, quæ ideò jure nuncupatur ʼΕΠΙΣΤΉΜΗ ΒΑΣΙΛΙΚῊ

nam

nam & Regibus digna eſt, & neceſſaria Regibus ſcientia; cùm eorum proprium munus ſit, juri dicundo præeſſe, negotiis publicis intendere, leges condere & executioni mandare: nihilominus quoad hæc etiam eminentior eſt divinis codicibus contenta ſcientia legum; adeoque quod divinus ille Plato dixit, *tum demum beatas fore Reſpublicas, cùm aut Reges Philoſopharentur, aut regnarent Philoſophi* (quo nomine ſimul juris peritos comprehendit, cùm de Philoſophis moralibus loquatur, qui virtutum ſtudio occupantur) id longè eminentiori jure ſibi ipſa vendicat: nam & Religio quam Sacra Doctrina tradit, legum omnium firmiſſima baſis eſt, & fidei unitas, quam propugnat, potiſſimum eſt tranquillitatis publicæ fundamentum; uti è contrario nihil eſt, quod felicem Regni ſtatum gravius labefactare ſoleat, ac neglectus doctrinę ſacræ, atque in Religione diſſenſio. His omnibus accedit ſacrorum librorum dignitas & majeſtas ab autore, qui Deus eſt, à fine, qui eſt gloria ejuſdem, & noſtra ſalus, à materiâ quæ eſt divina natura, ſapientia, potentia, ceteraque attributa, creatio, item conſervatio, gubernatio mundi, & rerum omnium, quæ mundo continentur; à forma denique, & tractationis methodo, quæ penitius

Digitized by Google

eam perſcrutanti perfecta adeò deprehenditur, nihil ut adjici, nihil adimi, nihil mutari poſſe videatur. Rectè Divinum Codicem Magnus Gregorius (libro 2. in Ezechielem Hom. 16.) docet ſignificari per *Turrim Davidicam*, ex qua ſponſus in canticis Canticorum dixit: mille clypeos pendere, & omnem armaturam fortium; atque ut armis hiſce noverimus uti, ea ex cæleſti armamentario contra omnes hoſtiles incurſiones eſſe ſeligenda. Idem (initio libri 2. Moralium) eam comparat cum *ſpeculo humanæ mentis*; quamobrem ſi jure laudatur Socrates, quòd juberet diſcipulos ſuos in ſpeculum quotidiè inſpicere & vultum ſuum intueri, ut ſi forma placuiſſet, animum corpori parem efformarent; ſin autem diſplicuiſſet deformitas, vitium corporis animi pulchritudine, compenſarent. Quantò nobiliore fructu Chriſtianę Sapientiæ cultores operam collocabunt, ſi in iſtud morale ſpeculum aſſiduè mentis aciem intendant, & animi vultum lineamentis, quæ in illo totius perfectionis exemplari cernuntur, componere ſtudeant? Alii eruditione & Sanctitate illuſtres Patres Scripturam comparant cum *Theſauro abſcondito in agro*, cum *auro obrizo*, cum *fonte peremni*, cum cibis & potu *menſâ ſplendidiſsimè inſtructâ*, ut non modò pre-

Digitized by Google

pretium illius & dignitatem; verùm etiam delicias piaſque delectationes ex eloquiis divinis pe-ti poſſe intelligamus; undè rurſus alii illam conferunt cum *manna ſeu pane cæleſti omnem in ſe habente ſaporis ſuavitatem*, alii cum officinâ apothecariâ omnibus pharmacorum generibus ad quoſlibet morbos depellendos & ſanitatem conſervandam referta. Signanter denique *S.* Ambroſius (lib. 3. de fide cap. 7.) hunc ſapientiæ celeſtis Theſauros continentem codicem appellat *Librum Sacerdotalem*, ſecutus D. Dionyſium Areopagitam (Eccleſiaſticæ Hierarchiæ c. 1.) qui ſcitè & eleganter eandem nuncupat *Subſtantiam Sacerdotii noſtri*, quibus verbis S. Paginæ lectionem & familiaritatem omnibus Clericis & Sacerdotibus impenſè uterque commendat: proprium enim & præcipuum ipſorum præ aliis ſtudium in legendis & perſcrutandis divinis oraculis debere occupari. Ea de cauſâ Apoſtolus Timotheum hortatur ad ſtudium ſacræ lectionis; & Tito præcipit ut inter cæteras virtutes atque animi ornamenta amplectatur ſcientiam Scripturarum. Præclarum hujus Sacri ſtudii ſpecimen omnibus Eccleſiaſticis dedit B. Carolus Borromæus Mediolanenſium Antiſtes, ſolebat enim ipſe Biblia Sacra volvere aſſiduè & revolvere tanto ſtudio, devo-

tione ac reverentia, ut ultimis vitæ ſuæ annis eam, velut ipſiſſimas Dei ad homines literas, non niſi detecto capite & flexis genibus venerabundus lectitaret. Ex hoc divino codice concinnatam Theologiam cui potiùs dedicem, quàm tibi? *Reverendiſsime atque Illuſtriſsime Princeps, Domine Clementiſsime*, cui arctiore præ aliis vinculo gratitudinis multis nominibus obſtrictus ſum; cujus & erga Collegium hoc noſtrum Academicum, atque erga Societatem IESV univerſam favor & benevolentia ſingularis memoriam ſibi vindicat ſempiternam; qui denique in adminiſtrando Imperiali Epiſcopatu ita te geris, non grato minus omnibus, quàm illuſtri virtutum variarum temperamento; ut Præſulis ſimul Reverendiſsimi atque Illuſtriſsimi Principis dignitatem eminentiore præ aliis ſplendore tuearis; dum in omnibus conſiliis actiſque & ſingularis pietas & ſumma providentia eluceſcit. Nec ambigo, quin Celſitudo Tua pro innata ſua Clementia benignis oculis intuitura atque in optimam partem acceptura ſit Opus hoc Theologicum, quod mole quidē exiguum eſt, ſed cæleſtis doctrinæ varietate & divinarū ſententiarum plenitudine amplum atque eximium cenſeri poteſt; ut Illuſtriſsimi Nominis Tui programmate inſigni-

ſignitum & munitum præſidio, fructus uberes
imul ac jucundos legentibus afferat, quod equi-
lem ſperare licet ob accuratum ordinem virtu-
um, vitiorum, & aliarum rerum omnium, ſolis
livinæ Scripturæ verbis contextum, quo &
Theologis Doctrinæ Sacræ pertractandæ me-
hodus non incongrua proponitur, & Conciona-
oribus, aliiſque Chriſtianæ pietatis cultoribus
omnibus ampla meditandi materia ſubminiſtra-
ur; quamobrem nec adverſariis noſtris labor
nic ingratus accidere poterit, qui neglectâ Pa-
rum auctoritate, ad Dei verbum ſolent identi-
em provocare. Veriſsimè dixit S. Dionyſius:
Theologia & multa eſt & minima (myſticæ ſuæ
Theologiæ c. 1.) ubi effatum illud adſcribit S.
Bartholomæo Apoſtolo, uti & illud, priori
quoad ſenſum ferè æquivalens: *Evangelium latum
agnum eſt, & iterum correptum*: dicitur enim Theo-
ogia multa, & Evangelium latum ac magnum
b profundiſsima ampliſsimaque, quæ iis tra-
untur myſteria; rurſus è contrario correpta
int & minima, ſi littera ſpectatur & verba, qui-
us divina veteris & novi Teſtamenti elogia ſa-
ris literis nobis ſunt conſignata; quo proclivius
t horis ſaltem ſubſecivis ad hunc ſcientiarum
: virtutum omnium fontem perpetuum atq; ad

Digitized by Google

hos ex illo deductos rivulos recurrere, iis etiam, quibus ob incumbentem negotiorum molem integrum non eſt magna pervolvere volumina, & multæ lectioni vacare. Deum ter optimum maximum veneror & precor, ut Reverendiſsimam atque Illuſtriſsimam Celſitudinem Tuam quàm diutiſsimè Imperio, Patriæ & nobis ſervet incolumen; ut & gubernationem feliciſsimam, atque in rebus omnibus ſucceſſum optatiſsimum largiatur. Bambergæ ſæculi decimi ſeptimi anno quinquageſimo ſexto, ipſo die Nativitati Virginis Deiparæ ſacro.

Reverendiſsimæ atque Illuſtriſsimæ Celſitudinis Tuæ.

Humillimus in Chriſto ſervus,

HENRICUS MARCELLIUS.

Digitized by Google

PROOEMIVM
DE HVIVS OPERIS
Conſilio, methodo, annexis.

VEra omnis Theologia verſatur circa Deum optimum maximum: conſiderari autem Deus poteſt, vel ut eſt in ſe, vel prout ſe habet extra ſe, ſive reſpectu creaturarum: in ſe ſpectari poteſt duobus modis: priore, prout eſt unus in eſſentia; poſteriori, quatenus eſt trinus in perſonis. Extra ſe tribus modis: primò, quatenus eſt creator ſive effector rerum omnium. Secundò, quatenus humani generis peccato perditi eſt reparator. Tertiò, quatenus eſt finis ultimus, ad quem per certa ab ipſo præſcripta media debemus pervenire. Et quidem Magiſter Sententiarum opus ſuum, quo totam hanc doctrinam complectitur, eleganter diſtinxit in quatuor volumina; velut in quatuor Paradiſi flumina, quæ hortum Eccleſiæ irrigant copioſè, ut inquit interpres illius Henricus de Vrimaria; in primo agit de Creatore, in ſecundo de opere creationis, in tertio de opere recreationis, quod geſſit in propria perſona; in quarto de recreationis opere, quod

hodièque gerit in Eccleſia mediante ſigno, verbo Dei videlicet & Sacramentis: tandem concludit omnia in opere ultimæ retributionis. Hæc ab ipſo concinnata Theologia ſententiarum titulo prænotatur; quia ſententias antiquorum Patrum de Catholicæ fidei veritate hinc inde collectas ſummatim comprehendit, ut habet prologus. Magiſtrum ſecutus S. Thomas ſummam ſuam Theologicam dividit in tres partes. In prima agit de Deo, & attributis divinis, de Sanctiſsima Trinitate, de Creatione mundi, ac ſpeciatim de Angelis, & primis noſtris parentibus. Secundam in duas ſubdividit; in priore diſputat de beatitudine, de actibus humanis, de lege & gratia, de virtutibus & vitiis generatim: in poſteriori de his & illis tum Theologicis tum Cardinalibus ſpeciatim. In tertia denique de Incarnatione, de Sacramentis, & de quatuor noviſsimis, quamvis hanc morte præventus non abſolverit. In hac ſumma Eccleſiæ Catholicæ doctrinam univerſam, & quidquid in veterum Patrum monumentis viſum eſt dignum obſervatu, quidquid etiam vel olim vel ſuo tempore vocatum fuit ab Hæreticis in controverſiam, id omne, ut eruditè ſolidè & dilucidè, ita piè ac fideliter explicat. Horum imitatione Dionyſius Petavius,

Theo-

Digitized by Google

*Theophilus, Raynaudus, & alii recentiores edi-
erunt Theologiam, è SS. Patrum antiquitate
ua probatis monimentis tanquam ex auguſtis
ontibus liquidè & incorrupte deductam. Verùm
uia plerique hujus ævi Acatholici SS. Patrum
eglectis teſtimoniis Scripturam urgent, & quia
oc tempore vigent controverſiæ nobiliſsimæ
e Canonicis Sacræ Paginæ libris, de Tra-
itionibus, de Eccleſia, de ſummo Pontifice, de
onciliis, de Miniſtris Eccleſiæ veris & falſis,
e juſtificatione Chriſtiana, & aliæ complures,
uas S. Thomas, Magiſter Sententiarum, &
lii antiquiores Theologi vel non attigerunt, vel
reviter tantùm aut obiter, prout occaſio ſolvendæ
licujus objectionis ferebat: Operæ pretium erit
Theologiam ex ipſis divinæ Scripturæ documentis
onficere eamq; ſecundum naturæ & doctrinæ or-
inem ea methodo diſponere, quam hactenus præ-
antiſsimi quique SS. Literarum interpretes &
Theologi Scholaſtici, Morales, Polemici, Aſce-
ci vel monſtrârunt vel obſervârunt. Primo
itur loco afferam, quæ naturam rei propoſitæ
quidditatem declarant, eaque inter ſe pronun-
ata Sacra conjungam, quæ vel ejuſdem doctri-
e ſunt, vel à ſe mutuò quoad interpretationem
pendent, habitâ ratione ſenſus tum literalis,*

tum

tum etiam myſtici, & quidem multiplicis, ut indaganti perſpicuum fiet; conſtat enim ſententiam eandem diverſo conſideratam modo ad diverſos poſſe titulos referri. Tum progreſsio fiet ad proprietates & attributa, & ſubindè ad effectus & fructus multiplices in animo & corpore, in bonis externis, in amicis & poſteris; ſuccedent etiam antitheſes in materia præſertim virtutũ ac vitiorum, ubi de his agitur, atque ad illarum ſtudium, & horum fugam tum adhortationes, tum etiam jaculatoriæ orationes, ut non modo rei veritas utcunque intelligatur; ſed amplo quodam ac ſplendido modo lectoris objiciatur animo, idoneaque ſit, tum ad illuminandum intellectum, tum etiam ad concitandum in voluntate pietatis affectum, præſertim ſi cæleſtium myſteriorum & Chriſtianarum virtutum quæ his libris proponuntur attenta contemplatione mens identidem in Deum aſſurgere, ipſumque venerari & amare condiſcat. Hoc etenim modo conſiderata Theologia potens eſt cultores ſuos non ſolùm doctos & acutos ad diſputandum, ſed etiam ſapientes & ſanctos, rebuſque humanis reddere ſuperiores: rerum namque divinarum & eloquiorum Domini ſeria meditatio ſuprema omnis Sanctitatis regula eſt. Noſſe te coſummata juſtitia eſt, & ſcire juſtitiam & virtutem tuam radix

ix eſt immortalitatis, *inquit Sapiens cap.* 15.
. 3. *& quid aliud Chriſtus ipſe inſinuat his ver-*
s: Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum
erum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum:
oan 17. *v.* 3. *niſi hanc cognitionem eſſe normam*
mnis rectitudinis, quâ infallibiliter ad æternæ
itæ gloriam perveniunt? Hinc & Apoſtolus to-
es ardentibus votis obſecrat & excitat fideles, ut
reſcant in ſcientia Dei: Rom: 15. *v.* 13. 1. *Corin.*
. *v.* 5. *Epheſ.* 3. *v.* 19. *& alibi. Nec alio fine tam*
eriò inculcatur Abrahamo: Ambula coram me,
& eſto perfectus: *Gen.* 17. *v.* 1. *niſi ut palam fiat,*
er aſſiduam divinæ præſentiæ, ac divinarum
erfectionum contemplationem, plenam vitæ per-
ectionem obtineri. His accedit efficacia eloquiorum
Domini; de qua Propheta Regius: quàm dulcia
aucibus meis eloquia tua! ſuper mel ori meo.
Pſal. 116. *v.* 103. *& rurſus*: bonum mihi lex
ris tui: ſuper millia auri & argenti. *Ibidem v.*
2. *&*, in via teſtimoniorum tuorum delectatus
um: ſicut in omnibus divitiis. *Ibidem v.* 14.
Etenim Apoſtolo teſte: vivus eſt ſermo Dei & ef-
icax & penetrabilior omni gladio ancipiti, &
ertingens uſque ad diviſionem animæ & ſpiri-
us, compagum quoque & medullarum. *Hebr.* 4.
. 12. *Nam etſi complures S. Scripturæ interpretes*
 verba

verba hæc intelligant, de æterno Filio Dei, qui dicitur λόγος, id eſt Verbum, vel Sermo mentis & conceptus paterni, & penetrabilior eſt omni gladio ancipiti, dum acutiſsimè penetrat omnium corda & cogitationes, & pervidet ac diſcernit omnes motus tam naturæ, quàm gratiæ, ut nulla eum, quantumvis in corde abſcondita, latere poſſit cogitata iniquitas: rectè tamen intelliguntur etiam de ſacris oraculis Omnipotentis Dei. His enim admirabilis quædam vis ineſt & energia, tum ad hominum percellendos, atque permonendos animos, juxta illud: Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petras? *Hierem.* 23. *v.* 29. *tum etiam ad fructus Spiritus ſancti uberrimos, in fidelium cordibus proferendos, juxta iſtud:* Quomodo enim deſcendit imber & nix de cælo, & illuc ultrà non revertitur; ſed inebriat terram, & infundit eam & germinare eam facit, & dat ſemen ſeminanti, & panem comedenti; ſic erit verbum meum, quod progreditur de ore meo; non revertetur ad me vacuum; ſed faciet, quæcunque volui, & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud. *Iſa.* 15. *v.* 10. *Noſtri ſermones, niſi gratia divina accedat, rarò feraces ſunt, ut plurimùm autem in-infructuoſi ac ſteriles: imò cum divinis collati,*

ſunt

ſunt quaſi paleæ leves & inanes: Quid paleis ad
triticum, dicit Dominus? *Hier. 23. v. 29. Non
noſtris igitur, ſed Dei verbis Doctrinam Sacram
tum ſcholaſticam & polemicam, tum etiam mo-
ralem & aſceticam pertractare animus eſt; ut in-
firmitas noſtra divinâ ipſius virtute perficiatur;
& quemadmodum in pulpitis atque exedris pu-
licè, ita & in piorum animis privatim uniuſcu-
juſque utilitati conſulatur. Quem etiam in finem
viſum fuit ordinem Lectori commodiorem inſtitue-
re, ac totum Opus in quatuor Libros partiri, quo-
rum primus erit: de Deo uno & Trino, rerum
creatarum omnium auctore, & de harum ſingu-
lis univerſim, de præcipuis etiam ſpeciatim. Se-
cundus de fine ultimo, & mediis eum obtinendi,
atque de impedimentis generatim. Tertius de me-
diis & impedimentis, ſive de virtutibus & vi-
tiis ſpeciatim. Quartus de præcipuis hujus ævi
controverſiis, qui partim reſpondebit methodo Bel-
larmini; partim etiam Libro quarto Magiſtri
Sententiarum; uti tres priores reſpondent ferè
primæ parti, & priori ac poſteriori ſecundæ S.
Thomæ. Singuli porrò Libri in ſuas partes prin-
cipales, partes in capita, hæc in paragraphos di-
ſtinguentur: diſpoſitio ſingulorum uniuſcujuſque
præfatione declarabitur.*

APPROBATIO.

R. P. Præpoſiti Provincialis Provinciæ Rhenanæ ſuperioris.

EGo Nithardus Biberus Societatis IESV in Provinciâ Rhenanâ ſuperiore Præpoſitus Provincialis, poteſtate ad id mihi factâ à Reverendo admodum P. N. *Goſwino Nickel* Præpoſito Generali, *Theologiam Scripturæ Divinæ, ſententiarum libris quatuor, à P. Henrico Marcellio* Societatis Noſtræ conſcriptam, atque à deputatis ad id Societatis ejuſdem Theologis lectam & approbatam, typis mandari permitto. In cujus fidem has literas manu propriâ ſubſcripſi, conſuetoque officii ſigillo munitas dedi. Moguntiæ 16. Iulii 1656.

NITHARDVS BIBERVS.

APPROBATIO
CENSORIS ORDINARII.

THeologia Scripturæ divinæ, à R. P. *Henrico Marcellio*, Societatis JESV Theologo, quatuor libris ſententiarum conſcripta, omnium, quæ in S. Theologia pertractantur, materiarum fundamenta, inſigni prorſus methodo digeſta, complectitur, digna quæ Theologorum, ac Concionatorum manibus teratur. Quapropter utiliſſimum judico, ut in publicum prodeat. Datum Bruxellæ 22. Februarii 1658.

I. CERON.

Paſtor B. Mariæ de Capella Archipbr. Bruxellen. Libr. Cenſor.

Digitized by Google

'oteſtas Typoprapho facta à Reverendo P. Provinciali Provinciæ Rhenanæ ſuperioris Societatis IESV.

Vm ſacra Cæſareæ Majeſtatis Decreto omnibus & ſingulis Typographis & Bibliopolis, ac aliis quamcunq; lirariam negotiationem exercentibus, ſeriò firmiterq; inhiatur, ne quiſquam ullos libros à noſtris Patribus hactenus ditos, vel in poſterum edendos, intra S. R. Imperii, Regnoum, & Dominiorum ſuæ Cæſareæ Majeſtatis hæreditarioum fines, ſimili, vel alio characteris genere aut formâ, ſive n toto, ſive in parte recudere, vel aliò recudendos mittere, aut libi etiam impreſſos adducere, vendere, & diſtrahere clàm ſeu alàm, citra judicium ac teſtimonium ſupradictorum Patrum udeat, vel præſumat: Concedo ego Nithardus Biberus, *ocietatis* IESV *per Rheni ſuperioris Provinciam Præpoſitus 'rovincialis (poteſtate mihi ad id factâ à Reverendo admoum* P.N. Goſwino Nickel, *Præpoſito Generali)* Franciſco /ivien *Typographo Bruxellenſi, facultatem excudendi* Theologiam Scripturæ Divinæ à P. Henrico Marcelio *Societatis noſtræ Theologo, quatuor libris ſententiarum onſcriptam. In cujus rei fidem hoc ei teſtimonium dari curavi, ſigillo officii mei munitum, & propriâ manu ſubſcripum. Moguntiæ 16. Iulii 1656.*

NITHARDVS BIBERVS.

Digitized by Google

SVMMA PRIVILEGII REGIS HISPANIARVM.

PHILIPPVS Dei gratiâ Hiſpaniarum & Indiarum Rex Catholicus, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ &c. Sereniſſimus Belgarum Princeps Diplomate ſuo Regio ſanxit, ne quis *Theologiam Scripturæ Divinæ Sententiarum Libris quatuor*, conſcriptam *à R. P. Henrico Marcellio, Societatis Ieſu, Sacræ Theologiæ Doctore & ejuſdem in alma Academia Ottoniana Bambergenſi profeſſore ordinario*, intra novennium ullo modo imprimat, aut alibi locorum terrarumvè impreſſam in has Germaniæ inferioris Ditiones inferat, venalemve habeat, præter FRANCISCI VIVIEN Typographi Bruxellenſis voluntatem, qui ſecùs faxit, præter illatorum exemplarium confiſcationem, aliâ gravi pœnâ mulctabitur, uti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ, 12. Maii 1657.

Signat.

LOYENS.

Digitized by Google

INDEX

INGVLORVM LIBRORVM, PARTIVM, ET CAPITVM.

LIBER PRIMVS.

e Deo uno & Trino, rerum creatarum Au-ctore, & de harum præcipuis univerſim ac ſpeciatim.

PARS PRIMA.

e Deo ut eſt unus in eſſentia, & de attributis divinis.

P. I. *DEi nomina ſacris litteris expreſſa.* pag. 1
2. *Eſſe & exiſtere Dei.* ibid.
3. *Deus ſimplex & incorporeus.* 3
4. *Vnitas Dei.* ibid.
Veritas & vita Dei. 4
Bonitas Dei. ibid.
Perfectio Dei omnium rerum creatarum perfectiones continens eminentiâ ſingulari. 5
Infinitas Dei. 6
Immenſitas Dei. ibid.
. *Immutabilitas Dei.* 8

Ha-

Digitized by Google

11. *Æternitas Dei.* 9
12. *Incomprehenſibilitas Dei* ibid.
13. *Ineffabilitas Dei.* 10
14. *Cognoſcitur Deus in hac vita ex effectis creatis.* 11
15. *Viſio beatifica.* 12
16. *Scientia Dei, qua ſe comprehendit, & omnia alia creata, creanda, creabilia.* ibid.
17. *Verba impiorum negantium à Deo cognoſci omnia, ut peccent liberiùs, & piorum quos à peccatis avertit Deus omnia videns.* 15
18. *Voluntas Dei efficaciſsima.* 16
19. *Deus vult malum pœnæ.* 16
20. *Malum culpæ nullo modo vult Deus.* 17
21. *Deus liberè vult omne bonum extra ſe.* 18
22. *Voluntas Dei antecedens & conſequens, conditionata & abſoluta, illa mutatur aliquando, hæc nunquam.* 18
23. *Omnipotentia Dei.* 19
24. *Iuſtitia Dei.* 21
25. *Miſericordia Dei.* 22
26. *Cauſæ cur noſtri miſereatur Deus.* 23
27. *Miſericordia Dei & juſtitia ſimul.* ibid.
28 *In præſumentes de miſericordia Dei.* 24
29. *Amor Dei, erga omnes etiam peccatores.* 25
30. *Amat Deus peccatores, non quà peccatores, ſed quà homines Chriſti ſanguine redemptos, iiſq; peccata condonat.* 25
31. *Deus omnibus hominibus vult æternam beatitudinem* 26
32. *Providentia Dei ergà omnes.* 27
33. *In negantes providentiam Dei.* ibid.
34. *Electio, prædeſtinatio, vocatio generatim.* 28
35. *Electionem ad gloriam fieri ex mera Dei miſericordia & liberalitate, adeoq; priorem eſſe prædeſtinatione.* 29
Re-

Digitized by Google

6. *Retributionem præmii juxta ordinem executionis fieri intuitu meritorum.* 30
7. *Specialis amor Dei erga fideles, prædeſtinatos, & juſtos.* 30
8. *Prædeſtinationis certitudo.* 32
9. *Liber vitæ.* ibid.
10. *Reprobationis poſitiva cauſa & effectus.* 33
11. *Reprobationis negativa cauſa & effectus.* ibid.
12. *Numerus electorum exiguus quidem reſpectu omnium reproborum, nihilominus abſolutè magnus.* 34

PARS II.

De Sanctiſsima Trinitate.

CAP. 1. *Trinitas Perſonarum in unitate naturæ.* 36
. *Pater eſt verus Deus.* 38
. *Filius verus eſt Deus æterno Patri conſubſtantialis.* 38
. *Spiritus Sanctus verus Deus eſt, Patri & Filio conſubſtantialis.* 40
. *Spiritus Sanctus à Patre Filioq; procedit.* 41
. *Æqualitas, miſsio, operatio Perſonarum.* ibid.

PARS III.

De Deo ut cauſa efficiens, & omnium creaturarum, & de harum præcipuis univerſim ac ſpeciatim.

CAP. 1. *Deus ut creator.* 43
Opera Dei perfecta, & ſummâ ſapientiâ condita. 44
Deus ut gubernator & conſervator rerum omnium. 45

Digitized by Google

4. *Deus ut cooperator & adjutor.* ibid.
5. *Deus ut Salvator & redemptor.* ibid.
6. *Angelorum productio, natura, functio.* 46
7. *Angelorum Hierarchia.* 47
8. *Angeli Deo obediunt, homines cuſtodiunt, dæmones pellunt.* *30
9. *Invocantur licitè & honorantur.* 31
10. *Angelorum malorum peccatum & pæna.* 34
11. *Sunt ſuperbi, invidi, impuri mendaces.* 35
12. *Nocent Eccleſiæ, ejuſq; filiis fidelibus, quoad poſſunt.* 36
13. *Infidelium converſionem impediunt, decipiunt ſpecie boni & veri: quantumvis potentes ſint, non tamen nocere poſſunt, niſi Deo permittente.* 37
14. *Signa edunt & ſeducunt multos, per ſe & ſuos miniſtros, inſtrumenta Dei ſunt, ad impios puniendos.* 38
15. *Hominis productio, & natura quoad corpus.* 39
16. *Fragilitas hominis & mortalitas, quantum attinet ad corpus.* 40
17. *Immortalitas hominis ac dignitas quoad animam.* 41
18. *Status hominis ante & poſt lapſum.* ibid.
19. *Variæ hominis miſeriæ quoad corpus & animam.* 42
20. *Hominis ignorantia.* 43
21. *Infirmitas ad bonum, ad malum propenſio.* ibid.
22. *Quantulus ſit homo reſpectu Dei.* 44

PARS IV.

Meſsias ſive Chriſtus primogenitus omnis creaturæ, humani generis Redemptor.

CAP. I. *Promiſſus orbi Meſsias.* 45
2. *Incarnatio Chriſti prædicta à Prophetis & deſiderata.* 46

Ad-

3. *Adventus Chriſti in carne paſsibili.* 46
4. *Chriſtus eſt primogenitus, caput & Princeps omnium creaturarum.* 47
5. *Chriſtus etiam quà homo, fuit Rex potentiſsimus & fortiſsimus.* *48
6. *Chriſti charitas, gratia, ſcientia, pulchritudo.* 49
7. *Chriſti paupertas voluntaria.* 50
8. *Chriſtus Sacerdos, Pontifex, & Mediator Dei & hominum.* 50
9. *Paſsionis amor, & obedientia Chriſti conſummata.* 51
10. *Victoria crucis ac triumphus.* 52
11. *Meritum & ſatisfactio Chriſti atque omnium hominum redemptio.* 53
12. *Sanguine ſuo Chriſtus peccatores redimit, & peccata abluit gratis.* 54
13. *Chriſtus conſtitutus à Deo judex vivorum & mortuorum.* 55
14. *Chriſti orbem judicaturi ſententiæ nemo poterit reſiſtere.* 56
15. *Iaculatoria laudantis Chriſtum & amantis.* ibid.
16. *Iaculatoria deſiderantis, ut regnum & gloria Chriſti propagetur.* 57

PARS V.

Maria Virgo Deipara.

CAP. I. *Conceptio & nativitas immaculata B. Virginis Deiparæ.* 58
2. *Deipara fuit Virgo ante partum, quamvis deſponſata viro.* 59
3. *Fuit etiam Virgo in partu.* 60
4. *Deipara permanſit Virgo poſt partum.* ibid.

5. *Fuit Mater Chriſti Domini, veri Dei & hominis.* 61
6. *Gratia excellens ac virtutes heroicæ Virginis Matris.* ibid.
7. *Deiparæ virtutes ſigillatim.* ibid.

LIBER II.

De fine ultimo & mediis eum obtinendi.

PARS I.

Finis noſter ultimus & beatitudo.

CAP. I. F*Inis ultimus rerum omnium Deus.* 64
2. *Beatitudo objectiva Deus eſt, non res ulla creata.* 65
3. *Formalis beatitudo in intellectu.* 65
4. *Gaudium beatorum in voluntate.* 66
5. *Glorioſi corporis dotes.* 67
6. *Beati omnes futuri ſunt Reges.* 68
7. *Poteſtas honor & gloria beatorum.* ibid.
8. *Splendor & decor Patriæ cæleſtis.* 69
9. *Magnitudo & multitudo bonorum cæleſtium.* 70
10. *Præmij diverſitas pro diverſitate laboris.* ibid.
11. *Satietas ſine faſtidio vitæ perennis,* 71
12. *Puritas cæleſtis gaudij abſque ulla triſtitiæ admixtione.* 72
13. *Securitas ſine anxietate.* 73
14. *Via certa vitæ æternæ obtinendæ.* ibid.
15. *Et laboris præmium eſt, & non abſque gratia confertur.* 74
Non

16. *Non obtinetur in hac vita nec abſque pugna.* 75
17. *Sed poſt terminatum feliciter hujus vitæ agonem.* 75
18. *Certantibus legitimè & vincentibus promiſſa.* 76
19. *Non timidis, incredulis, improbis.* 77
20. *Deſiderium Patriæ cæleſtis.* 78
21. *Iaculatoria gloriam cæleſtem ardenter optantis.* 79

PARS II.

Liberum arbitrium atque actus humani boni ac mali.

Cap. I. *Liberi arbitrij uſus ad bonum ac malum, virtutem & vitium.* 80
2. *Exhortatio ad honeſtorum operum exercitium,* 81
3. *Honeſtorum operum præceptum.* 82
4. *Honeſtati externæ jungenda honeſtas & pietas interna.* 83
5. *In eos qui rectè agere negligunt, ſolo religionis nomine gloriantes.* 84
6. *Honeſtè operandi captanda occaſio & opportunitas exſpectanda.* 85
7. *Fructus bonorum operum & malorum.* ibid.
8. *Opera omnia rectâ ad Dei gloriam intentione perficienda.* 86
9. *Puritas intentionis & cordis accepta Deo.* 87
10. *Intentio obliqua, Deo ingrata omnem aufert fructum operum.* 87
11. *Hypocriſis varii actus.* 88
12. *Varii Hypocriſis effectus.* 89
13. *Hypocriſis tandem detegitur.* 90
14. *Hypocritas deteſtatur Deus.* ibid.

Digitized by Google

15. *Vetatur hypocriſis, puritas cordis ac ſinceritas commendatur.* 91
16. *Deo nihil accedit intrinſecè ex actibus noſtris, ſive boni fuerint ſive mali.* ibid.
17. *Poteſt alios in aliorum locum ſubſtituere.* 92

PARS III.

Lex externa & interna.

CAP. 1. *Deus legiſlator ſupremus.* 93
2. *Legis Chriſtianæ ſumma & ſcopus.* 94
3. *Lex Dei facilis & ſuavis audientem inſtruit & perficit obſervantem.* 94
4. *Effecta varia & fructus obſervatæ legis.* 95
5. *Monita ad audiendam, meditandam, & memoriâ continua recolendam Dei legem.* 96
6. *Exhortationes ad obſervationem legis additis etiam variis promiſſis.* 97
7. *Neglectus legis cauſa ruinæ ac ſupplicii ſempiterni.* 98
8. *Conſuetudinis vis in bonum & malum.* 99
9. *Legis internæ ſive conſcientiæ vis in bonum & malum.* ibid.
10. *Affectuum animi vis in bonum & malum.* 100
11. *Iaculatoriæ optantis ac ſtatuentis Dei legem ſervare.* 101.
12. *Petentis lumen & gratiam intelligendi legem Dei & ſervandi.* 101
13. *Deſiderantis perpetuam legis obſervantiam.* 102
14. *Indicantis legem Dei facilem, ſuavem, utilem.* ibid.
15. *Profitentis ſe legem Dei ſervaſſe, non obſtante mortis periculo.* 103

Bona

Digitized by Google

16. *Bona ſua opera humiliter Deo repræſentantis.* ibid.

PARS IV.

Gratia actualis & habitualis.

CAP. I. *Gratia excitans & adjuvans.* 105
2. *Gratia ſufficiens & efficax.* ibid.
3. *Auxilia gratiæ ſufficientia dantur adultis omnibus.* 106
4. *Nullus peccator quantumvis gravis deſtituitur prorſus in hac vita auxiliis ad ſalutem neceſſariis.* 107
5. *Omnibus quidem ſufficientia dantur gratiæ auxilia, non tamen omnibus æqualia.* 108
6. *Gratiæ neceſsitas ad fidem, ſpem, charitatem, atque alia opera ſupernaturalia.* 108
7. *Gratiâ cooperante ſervari poſſunt divinæ legis præcepta, & caveri peccata omnia mortalia.* 110
8. *Secundùm legem tamen ordinariam, non ita ſervantur præcepta; ut vitentur omnia peccata venialia.* 110
9. *Sine actualibus gratiæ auxiliis homo non poteſt longo tempore perſeverare in amicitia Dei, & præcepta ſervare.* 111
10. *Iuſtus auxiliante Deo perſeverare in gratia poteſt uſque ad mortem.* 112
11. *Cauſa gratiæ efficiens eſt Deus.* ibid.
12. *Cauſa meritoria gratiæ eſt Chriſtus, finalis ultima Deus* 113.
13. *Cauſa diſpoſitiva gratiæ ſanctificantis ſunt actus fidei, ſpei, charitatis & aliarum virtutum.* 114
14. *Non omnes æquali ſtudio gratiæ ſive actuali ſive habituali cooperantur, uti nec hæc eſt æqualis in omnibus.* 115
15. *Nemo ſecundùm legem Dei ordinariam certò ſcit certitudine fidei ſe eſſe in gratia.* ibid.

Poſ-

16. *Poſſumus tamen habere certitudinem moralem, nos eſſe filios & amicos Dei.* 117
17. *Gratia dat eſſe quoddam divinum, vitam animæ, & alios producit illuſtres effectus ac fructus.* 118
18. *Gratia non tegit dumtaxat, ſed verè aufert ac delet peccata.* 119
19. *Gratia non deſtruit naturam, ſed ægram peccato ſanat ac perficit.* ibid.
20. *Gratia eſt ſemen gloriæ, principium meriti & cauſa.* 120
21. *Exhortatio ad utendum gratiâ, & ad eam ſtudioſè conſervandam.* 120
22. *Exhortationes ad creſcendum in gratia.* 121
23. *Iaculatoriæ puſtulantis Dei gratiam, ejuſq; neceſſitatem ac fructum agnoſcentis.* 122

PARS V.

Virtus, vitium, peccatum generatim.

CAP. I. *Virtutis encomium & fructus multiplex.* 124
2. *Exhortationes ad ſtudium virtutum.* ibid.
3. *Quis ſit perfecta virtutis.* 125
4. *Exhortationes ad perfectionem.* 126
5. *Timor Domini ad ſapientiam & virtutem perfectam primus gradus eſt.* ibid.
6. *Alia timoris Domini effecta.* 127
7. *Fructus timoris Domini.* 128
8. *Etiam juſto lapſus in peccatum metuendus.* 129
9. *Iaculatoria petentis timorem Dei, & virtutis ſtudium.* 129.
10. *Vitia quàm noxia, & quâ ratione extirpanda.* 130
11. *Exhortatio ad extirpanda vitia, & domandas paſſiones.* 131.

12. *Peccatum eſt averſio à Deo, & converſio ad creaturas; eſt inane & nihil.* 132
13. *Peccata ſunt ſordes, immunditia, tenebræ, execrationes & abominationes.* 132
14. *Peccatum eſt corpori & animo calamitoſum.* 133
15. *Labores & conatus omnes irritos reddit.* 135
16. *Pœnas ærumasq; accerſit temporales ac ſempiternas.* 135
17. *Animam donis ſupernaturalibus ſpoliat, maculat, inficit; dæmonis poteſtati, mortiq; perpetuæ ſubjicit.* 136
18. *Intellectui cæcitatem, ignorantiam, amentiam conciliat.* 137.
19. *Voluntatem à ſummo bono avocat, atque in malo obdurat.* 139
20. *Timorem gignit, & anguſtiam.* 140
21. *Pudorem affert & impudentiam.* 141
22. *In triſtitiam deſinit ac deſperationem.* 142
23. *Vires animi ac corporis enervat.* ibid.
24. *Vitam abbreviat, mortem accelerat.* 143
25. *Famam, honorem, gloriam deſtruit.* 144
26. *Fortunæ bona dilapidat.* 145
27. *Sobolem & poſteritatem eradicat.* 148
28. *Odit Deus non impium modo, & impietatem ejus, ſed & ipſius munera, ſacrificia, feſta.* 149
29. *Improperat Deus collata in peccatorem beneficia.* 150
30. *Exhortatur Deus ad deponenda peccata.* ibid.
31. *Pollicetur Deus pœnitentibus miſericordiam, gratiam, ac alia corporis, ac animi dona.* 152
32. *Alia ad maturam converſionem exhortationes.* 153
33. *Vox peccatoris proponentis redire ad Deum, & peccatum ſuum agnoſcentis.* 154
34. *Iaculatoria dolentis de admiſſis peccatis.* 155

Digitized by Google

LIBER III.

De virtutibus Theologicis, ac Cardinalibus, vitiiſque oppoſitis.

PARS I.

Fides divina & vitia oppoſita.

CAP. I. *Fides orthodoxa non nititur perſuaſione humanâ.* 158.
2. *Sed autoritate purè divinâ.* ibid.
3. *Revelatio univerſalis & particularis, immediata & mediata.* 159
4. *Veritas prima.* ibid.
5. *Fidei natura, firmitas, certitudo.* 160.
6. *Vnitas, neceſſitas, utilitas.* 161
7. *Fides viva & mortua.* 162
8. *Exhortatio ad vitam fide dignam, & ad perſeverantiam in fide.* 163
9. *Confeſſio fidei externa & interna.* 164
10. *Magnæ fidei exempla.* 165
11. *Orationes jaculatoriæ ad excitandam & augendam fidem.* ibid.
12. *Incredulitas.* 166
13. *Impedimenta fidei & adjumenta.* ibid.
14. *Incredulitatis exempla.* 167
15. *Apoſtaſia à fide.* ibid.
16. *Hæreticorum tituli proprii ac præcipui.* 168

Digitized by Google

17. *Hæreſes natæ ex vita vitioſa, & juſtè à Deo permiſſa.* 168.
18. *Hæreticorum ignorantia, ſuperbia, pertinacia, & alia vitia.* 169
19. *Hæretici fugiendi ac puniendi.* 170
20. *Fuerunt jam inde à temporibus Apoſtolorum.* ibid.
21. *Orationes jaculatoriæ adverſus hæreſes & hæreticos.* 171

PARS II.

Spes Theologica & vitia oppoſita.

Cap. 1. *Varia Spei acceptio.* 173
2. *Fructus ſperantis in Deo.* ibid.
3. *Exhortationes ad ſpem in Deo figendam.* 174
4. *Spes firma juſtorum, impiorum vana fiducia.* 176
5. *Damna & Supplicia eorum, qui in alio ſperant, quàm in Deo.* ibid.
6. *Diſſuadetur ſpes in ſeipſo, & in alio quàm Deo.* 178
7. *Exempla ſpei & fiduciæ in Deo.* ibid.
8. *Iaculatoriæ ſperantis in Deo.* 179
9. *Deſperationis acerbi fructus, Timoris Domini effectus ſalutaris.* 180

PARS III.

Charitas & vitia oppoſita.

Cap. 1. *Charitatis perfectio, & præſtantia generatim.* 182
2. *Charitatis pretium, ſplendor & decor.* 183
3. *Charitas erga Deum mandatorum executione dignoſcitur.* 183.
4. *Ejuſdem fructus & alia effecta ac præmia.* 184

Digitized by Google

5. *Præceptum ejuſdem & pœna non ſervantis.* ibid.
6. *Charitas ergà proximum.* 185
7. *Monita & præcepta illius exercenda.* 186
8. *Cur proximus & quâ ratione diligendus.* 187
9. *Charitas proximi non conſiſtit, uti neque vita, abſque charitate Dei.* 188
10. *Exempla charitatis erga Deum & Chriſtum Dominum.* ibid.
11. *Exempla charitatis in proximum.* 189
12. *Iaculatoriæ ad excitandam charitatem erga Deum & proximum.* 191
13. *Charitatis actus, atque effectus, & primò gaudii juſtorum encomia.* ibid.
14. *Cohortationes ad verum gaudium.* 192
15. *Gaudium impiorum vanum & reprobum.* ibid.
16. *Vera omnis conſolatio veri gaudii cauſa à Deo eſt.* 193
17. *Et eſt in Deo.* ibid.
18. *Verum omne ſolatium & gaudium promittitur.* 194
19. *Et datur timentibus ac diligentibus Deum.* ibid.
20. *Fructus divinæ conſolationis.* 195
21. *Conſolatio humana inanis & inconſtans.* ibid.
22. *Iaculatoriæ petentis conſolationes cæleſtes.* ibid.
23. *Pax & pacis auctor generatim.* 196
24. *Quæ pax nobis neceſſaria, & quis fructus illius?* 197
25. *Variæ ad hanc pacem exhortationes.* ibid.
26. *Iaculatoriæ ad pacem obtinendam.* 198
27. *Concordiæ amabilitas, utilitas, ſuavitas.* ibid.
28. *Sæpius ab Apoſtolo & ſeriò Chriſtianis commendata.* 199.
29. *Illuſtria concordiæ exempla.* 200
30. *Miſericordiæ decora, effecta, præmia.* 201
31. *Monita & præcepta operum miſericordiæ.* ibid.
32. *Pœna multiplex eorum, qui negligunt miſereri.* 202

Elee-

Digitized by Google

33. *Eleëmoſyna ſuadetur generatim.* 203
34. *Quibus danda & quomodo.* ibid.
35. *Quando facienda & quamdiu.* 204
36. *Fructus eleëmoſynæ, & alii effectus.* 205
37. *Specialia corporis & animi affert bona.* ibid.
38. *Tollit culpam, & pœnam aufert.* 206
39. *Opes confert & honores.* ibid.
40. *Variæ ad eleëmoſynam dandam cohortationes* 207
41. *Peccata & pœnæ negantium eleëmoſynam.* 208
42. *Eleëmoſynariorum exempla.* ibid.
43. *Correctio & correptio fraterna præcipitur privata & publica.* 209
44. *Quis corripiendus, à quibus & quomodo?* 210
45. *Aliæ ad correptionem fraternam exhortationes.* ibid.
46. *Correptio incauta & vitioſa.* 211
47. *Fructus & alii effectus Correptionis.* 212
48. *Correptio æquo animo ferenda.* ibid.
49. *Correptionem ſuſtinentis commoda, damna repellentis.* 213.
50. *Correptionis fraternæ exempla.* 214
51. *Vitia charitati oppoſita, & primò odium Dei ac proximi.* 215
52. *Acediæ damna, pœnæ, exempla.* 216
53. *Invidiæ cauſæ & effecta.* 217
54. *Exhortationes ad cavendam invidiam.* ibid.
55. *Exempla invidiæ.* 218
56. *Diſcordiæ cauſæ, effecta, exempla.* 219
57. *Contentionis occaſio, damna, pœnæ.* ibid.
58. *Contentionis prohibitio.* 220
59. *Rixarum cauſæ, effecta, pœnæ.* 221
60. *Bellorum cauſa peccatum.* ibid.
61. *Finis belli emendatio.* 222

Digitized by Google

62. *Animandus ad bellum juſtum miles.* ibid.
63. *Orationes tempore belli pro victoria obtinenda.* 224
64. *Scandali malitia & pœna.* 225
65. *Quantoperè vitârit ſcandalum Chriſtus, Apoſtolus, Eleazarus.* 226
66. *Monita ad cavendum ſcandalum activum & paſsivum.* 226.
67. *Non curandum ſcandalum Phariſaicum.* 227
68. *Donum ſapientiæ (quæ teste S. Thomâ 2. 2. q. 45. reſpondet charitati) in quo conſiſtat.* ibid.
69. *Auctor ſapientiæ Deus.* 228
70. *Sapientiæ qualitates & conditiones variæ.* ibid.
71. *Sapientiæ acquirendæ modus.* 229
72. *Sapientiæ effecta ac ſigna in animo, corpore ac bonis externis.* 231
73. *Ejuſdem effecta in intellectu & voluntate.* ibid.
74. *Dulcedinem cordis, quietem, conſolationem, & conſtantiam parit.* 232
75. *Honorem & gloriam conciliat.* 233
76. *Bona fortunæ cumulat.* ibid.
77. *Qui eam repudiat, miſer eſt, qui inquirit beatus.* 234
78. *Sapiens libenter auditur, prodeſt verbo, conſilio, exemplo.* ibid.
79. *Antitheſes ſapientem inter & inſipientem.* 235
80. *Variæ ad ſapientiam cohortationes.* ibid.
81. *Iaculatoriæ pro impetranda ſapientia.* 237

PARS IV.

Prudentia & vitia oppoſitâ.

CAP. I. *Adhortatio ad veram prudentiam.* 238
2. *Fructus & effectus veræ prudentiæ.* 239

Pru-

3. *Prudentia humana incerta & fallax.* 239
4. *Damnatur prudentia impiorum.* 240
5. *Exempla prudentiæ.* 241
6. *Iaculatoriæ orationes pro impetranda prudentia.* ibid
7. *Prudentiæ officia rectè conſulere, judicare, exequi: conſilii cauſa & effecta.* 242
8. *Conſilium à quibus petendum.* ibid.
9. *Multorum conſilium inutile, noxium, fraudulentum.* 243.
10. *Conſilium impiorum peribit.* 244
11. *Dei conſilium permanebit.* 245
12. *Deus & presbyteri conſulendi: conſilii neglecti pœna.* ibid.
13. *Imprudentiæ & inſipientiæ effecta, ſigna atque alia adjuncta.* 246

PARS V.

Iuſtitia, & vitia oppoſita.

Cap. 1. *Encomia & effecta juſtitiæ univerſim ac ſpeciatim.* 249.
2. *Antitheſes variæ inter juſtum & impium.* 250
3. *Injuſtitia omnis prohibetur à Deo.* ibid.
4. *Iudicabitur à Deo & punietur.* 251
5. *Præſertim verò injuſtitia judicum & aliorum Magiſtratuum.* 252
6. *Injuria in judiciis & tribunalibus, ac muneribus accipiendis.* 252
7. *Iudicum iniquorum pœna.* 253
8. *Virtutes judici neceſſariæ.* 254
9. *Cauſa diligenter cognoſcenda.* 255

Præ-

10. *Præmia boni judicis & fructus.* 256
11. *Variæ cohortationes ad judices.* 257
12. *Boni & mali judicis exempla.* 258
13. *Iaculatoriæ judicium divinum petentis ac deprecantis.* ibid.
14. *Acceptio perſonarum.* 259
15. *Injuſta corporis læſio per homicidium & mutilationem.* ibid.
16. *Corporis injuſta violatio per adulterium & alia peccata luxuriæ, & primò gravitas hujus delicti, atque ad ejus fugam cohortatio.* 260
17. *Pœnæ adulterii communes corpori & animo.* 261
18. *Pœnæ in fama, honore, & in poſteris.* 262
19. *Exempla puniti adulterii.* ibid.
20. *Fortunarum damnum injuſtum, & primo furti ac rapinæ prohibitio.* 263
21. *Furti pœnæ & effectus* ibid.
22. *Oblata ex furto ingrata Deo.* 264
23. *Exempla furti puniti & impediti.* ibid.
24. *Doli & fraudis gravis impietas.* 265
25. *Dolus in doloſi caput relabitur.* ibid.
26. *Doloſus ſibi ſuiſq; noxius, Deo & hominibus odibilis.* 266.
27. *Injuſta famæ & honoris læſio, ac primò detractor cui ſit ſimilis.* 267
28. *Detractionis effecta, damna, pœnæ.* ibid.
29. *Detractio vetita in genere & ſpecie.* 268
30. *Pro detractore orandum, gaudendum de perſecutione detrahentis.* ibid.
31. *Detractor puniendus & repellendus, detractio ſopienda* 269.
32. *Calumnia & falſum teſtimonium à Deo prohibitum.* ibid.
Calu-

33. *Calumniæ effecta, damna, pœnæ.* 270
34. *Effectus & pœnæ teſtimonii falſi.* 271
35. *Exempla calumniæ & teſtimonii falſi dicti & puniti.* ibid.
36. *Iaculatoria calumniam deprecantis.* 272
37. *Contumeliæ cauſæ effecta & damna ex parte inferentis.* 273
38. *Effecta & damna ex parte ſuſtinentis.* ibid.
39. *Contumelia à Deo vetita.* 274
40. *Exempla punitæ contumeliæ.* ibid.
41. *Iaculatoria contumeliis avertendis.* 275
42. *Suſurrationis effecta, damna, pœnæ.* 276
43. *Suſurratio à Deo vetita.* ibid.

PARS VI.

Religio & reliquæ virtutes Iuſtitiæ annexæ, in quibus eſt debitum legale.

CAP. I. *De iis, quæ ab homine debentur Deo.* 277
2. *Oratio à Deo præcepta; atque ad ipſam præparatio neceſſaria.* 278
3. *Orans Deo conetur eſſe gratus.* 279
4. *Fiduciam habeat in Domino.* 280
5. *Oratio ſit humilis, attenta, aſſidua.* ibid.
6. *Quid petendum in oratione, & cujus nomine.* 281
7. *Oratio fiat pro omnibus, maximè pro Regibus, Magiſtratibus, fratribus.* 282
8. *Orandum ſemper quidem: maximè autem tempore matutino, triſtitiæ & adverſitatis, ac certis per diem horis.* ibid.

9. *Cohortationes ad orandum variæ.* 283
10. *Orationis effectus primarius impetratio.* ibid.
11. *Impetrationis impedimenta & adjumenta.* 285
12. *Fructus orationis qualibet corporis & animi bona interna & externa.* ibid.
13. *Orationes jaculatoriæ pro remiſſione peccatorum.* 287
14. *Iaculatoriæ tempore adverſitatis.* 288
15. *Iaculatoriæ petentis orationem ſuam exaudiri.* 289
16. *Meditatio & contemplatio legis, & gloriæ divinæ ac mirabilium Dei operum.* ibid.
17. *Neceſſaria ad hanc quies animi, & puritas cordis.* 290
18. *Effectus & fructus contemplationis rerum divinarum.* 291.
19. *Locus & aliæ circumſtantiæ ad meditandum & orandum idoneæ.* ibid.
20. *Alia præter allata hactenus & paſſim inſperſa meditationis & orationis exempla.* 292
21. *Iuramentum licitum, ſi debitæ conditiones adſint, temerarium omne prohibetur.* 293
22. *Perjurium vetatur & punitur.* 294
23. *Votum ſolvendum Deo & minimè retractandum.* ibid.
24. *Qui voverint & vota Deo reddiderint.* 295
25. *Decimæ & aliæ oblationes.* 296
26. *Feſtorum dierum obſervatio: licet in iis vivere liberaliùs intra terminos modeſtiæ.* 297
27. *Laus Dei commendatur, & exigitur quàm maxima, ſufficienter Deus laudari non poteſt.* 298
28. *Laus proximi in virtute fundata tutiſſima poſt mortem.* 299.
29. *Vitia religioni oppoſita, divinationes, auguria, auſpicia, maleficia à Deo prohibita.* ibid.
30. *Eorum effecta, incommoda, pœnæ.* 300

Blaſ-

Digitized by Google

31. *Blaſphemiæ gravitas, prohibitio, pœna.* 301

32. *Pietas erga parentes, honore, obſequio, imitatione, aliiſq; officiis exercenda.* ibid.

33. *Pietatis exercitæ fructus, pœna neglectæ.* 302

34. *Parentum officia erga liberos.* 303

35. *Præponenda, quæ Dei ſunt, affectui parentum ac liberorum.* 304

36. *Status vitæ deligendus ac retinendus.* 305

37. *Religionis ac religioſorum commendatio.* 306

38. *Vocationis divinæ beneficium.* ibid.

39. *Officia boni Religioſi, & munia honorifica.* 308

40. *Cohortatio ad vivendum dignè ſuâ vocatione.* ibid.

41. *Degeneres à pio majorum inſtituto.* 309

42. *Apoſtaſia à religione diſſuadetur, ſuadetur reditus.* 310

43. *Paupertas Evangelica laudatur ac ſuadetur.* ibid.

44. *Pauperes Evangelici, qui fuerint & quàm commendati, pœna infracti voti paupertatis.* 311

45. *Caſtitas commendatur præſertim Evangelica.* 312

46. *Virginitatis laudes, præmia, conſilia.* 313

47 *Obedientia atque obſervantia exhibenda Deo, Prælatis & ſuperioribus omnibus.* 314

48. *Obedientiæ perfectio, promptitudo, effectus, fructus.* 315.

49. *Inobedientiæ gravitas, & pœna, præmia obedientiæ.* 316.

50. *Obedientiæ illuſtria exempla ex veteri teſtamento.* 317

51. *Obedientia Chriſti Domini, B. Virginis, Ioſephi, & aliorum novæ legis Sanctorum.* 318

Digitized by Google

PARS VII.

Aliæ virtutes Iuſtitiæ annexæ, in quibus eſt debitum ſolum morale.

Cap. 1. *Liberalitatis effectus & fructus glorioſi.* 319
2. *Ejuſdem magnifica exempla.* 320
3. *Avaritia quid, quantum, & quàm commune peccatum.* 321.
4. *Avaritiæ pœna æterna damnatio, maledictio populi, dolores & ærumnæ.* 322
5. *Avaritia intellectum excæcat, pervertit voluntatem.* ibid.
6. *Avarus ſemper deſiderat, ſatiatur nunquam.* 323
7. *Avarus ſibi nequam, ſanitatem ſibi aufert & vitam, atque omnia corporis ac animi bona.* ibid.
8. *Liberalis & ſuâ ſorte contentus animus commendatur.* 324.
9. *Avaritiæ vindicatæ exempla.* 325
10. *Prodigalitatis & luxus exempla, effecta, pœnæ.* 326
11. *Gratitudo ſive gratiarum actio commendatur.* 327
12. *Gratitudinis illuſtria exempla.* 328
13. *Iaculatoriæ gratias agentis pro beneficiis in genere & ſpecie.* 329
14. *Ingratitudinis effecta.* ibid.
15. *Ingratitudinem exprobrat Deus peccatoribus.* 330
16. *Alia ingratitudinis exempla.* 331
17. *Affabilitas ſive benignitas commendatur.* 332
18. *Linguæ rectus uſus difficilis, utilis, neceſſarius.* ibid.
19. *Cujus ſit loqui, de quibus & coram quibus.* 333

Digitized by Google

20. *Loquendum prudenter, ſuaviter, parcè, ſuo tempore & & loco.* 334
21. *Effectus & fructus recti linguæ uſûs.* 335
22. *Effecta linguæ incontinentis in animo & corpore, quoad ſe & alios.* 336
23. *Linguæ incontinentia proprium eſt vitium ſtultorum.* 337.
24. *Linguæ abuſus vetatur univerſim ac ſpeciatim.* 338
25. *Antitheſes variæ in verba ſtulti & prudentis.* 339
26. *Exempla linguæ ſapientis.* 340
27. *Iaculatoriæ petentis linguæ moderationem ſuæ & alienæ.* ibid.
28. *Veritas commendatur & fidelitas: mendacii fœditas depingitur.* 341
29. *Damna mendacii & alia effecta.* ibid.
30. *Veritas præcipitur, mendacium omne vetatur.* 342
31. *Iuſtitia vindicativa Dei non effugitur à peccatore.* ibid.
32. *Deus longanimis, tardè quidem, at tandem punit, non ſine interveniente miſericordiâ.* 343
33. *Aliter ſontes, aliter inſontes iiſdem ſubindè involvit pœnis* 344
34. *Peccator iis punitur rebus quibus deliquit; creaturæ quædam ad ultionem deputatæ.* 345
35. *Finis punitionis divinæ vindicta impiorum, juſtorum correctio.* 346
36. *Iuſtitia vindicativa humana utilis ac neceſſaria: ejuſdem fructus, & pœna neglectus: ſervanda æquitas & modus in omnibus.* 347
37. *Exempla punitionis per eadem, per quæ quis peccavit.* 348.

PARS VIII.

Temperantia & virtutes ei annexæ, atque oppoſita vitia.

Cap. I. *Natura paucis contenta: Temperantia commendata generatim.* 350
2. *Præmia temperantiæ & alia effecta.* 351
3. *Intemperantia variis modis nocet animo.* 352
4. *Nocet & corpori & fortunæ bonis.* ibid.
5. *Diſſuadetur & vetatur ebrietas & gula.* 353
6. *Alia ebrietatis effecta ſpecialia.* 354
7. *Alia monita & præcepta in conviviis ſervanda.* 355
8. *Exempla intemperantiæ.* 356
9. *Iejunii encomia, effecta, fructus, exempla.* 357
10. *Continentiæ & pudicitiæ fructus & exempla.* 358
11. *Incontinentia vetatur, & omnis luxuria.* 359
12. *Luxuriæ tentatio vexat etiam ſanctos, ſuperat improvidos, & inſipientes.* 360
13. *Nocet animo ſimul & corpori.* ibid.
14. *Intellectum & voluntatem pervertit.* 361
15. *Sanitatem aufert & vitam ac fortunæ bona.* 362
16. *Famam peſſundat & honorem.* 363
17. *Luxuriæ occaſiones vitandæ.* ibid.
18. *Exempla punitæ luxuriæ in omnibus hujus & æternæ vitæ bonis.* 364
19. *Honeſtas & verecundia laudabilis ac vitioſa.* 365
20. *Humilitatis actus.* 366
21. *Effectus humilitatis & fructus orationis exauditio, gratia, & gloria æterna.* 367

Hu-

Digitized by Google

22. *Humilitas via eſt ad exaltationem.* ibid.
23. *Ad ſcientiam Sanctorum & omnem proſperitatem.* 368
24. *Variæ ad humilitatem cohortationes.* ibid.
25. *Humilitatis ſelecta exempla, & orationes jaculatoriæ.* 370.
26. *Superbia Deo & hominibus exoſa vetatur univerſim.* 371.
27. *Non ſuperbiendum de donis animi, corporis, aut ullis aliis, cum omnia à Deo ſint, & homo ſit res viliſſima.* ibid.
28. *Superbiæ effecta in anima ſimul & corpore.* 372
29. *Superbiæ effecta in intellectu & voluntate.* 374
30. *Superbiæ effecta, in fama, honore, dignitate.* 375
31. *Superbiæ effecta in bonis fortunæ & poſteris.* 376
32. *Superbiæ punitæ exempla.* 377
33. *Orationes ſuperbiam deprecantis.* 378
34. *Ambitionis & arrogantiæ cauſæ & pœnæ.* ibid.
35. *Iactantiæ ac præſumptionis effecta & aliæ circumſtantiæ.* 379
36. *Manſuetudo ſuadetur & præcipitur, effectus & fructus habet nobiliſſimos.* 380
37. *Manſuetudinis exempla.* ibid.
38. *Iracundiæ fœditas & gravitas.* 381
39. *Iracundiæ effecta in animo, corpore, & in alios.* 382
40. *Prohibetur ira vitioſa.* ibid.
41. *Irato blandè reſpondendum, imponendum ſilentium aut cedendum.* 383
42. *Iræ vitioſæ & juſtæ exempla: divinam iram deprecantis orationes jaculatoriæ.* ibid.
43. *Zelus honoris divini exemplis declaratus.* 384
44. *Zeli indiſcreti exempla.* 385
45. *Iaculatoriæ petentis zelum animarum, eumq; exercentis.* 386.

Mo-

6. Modeſtiæ commendatio & fructus: immodeſtiæ in inceſſu, aſpectu, auditu, veſtitu damna & pœnæ. 387

PARS IX.

Fortitudo & virtutes ei annexæ, atque oppoſita vitia.

CAP. I. Fortitudo animi exemplis declarata. 389
2. Conſtantia Martyrum, ejuſq́ effecta & præmia. 390
3. Patientiæ radix, fortitudo & charitas, creſcit adverſis, vero chriſtiano propria & exoptanda. 391
4. Pro Chriſto pati gravia felicitas magna imitatione Chriſti ambienda. 392
5. Patientiæ præmium vita æterna, gaudium animi, ſanitas corporis opes, & honores. 393
6. Ad patientiam variæ cohortationes. 394
7. Patientiæ illuſtria exempla & præmia. 395
8. Iaculatoria poſtulantis patientiam, & ſe ad eam excitantis. 396
9. Impatientiæ pœna & alia effecta. 397
10. Conſtantia & perſeverantia ad ſalutem neceſſaria ſuadetur omnibus. 398
11. Ad perſeverandum in fide adhortationes. 399
12. Increpationes eorum qui non perſeverant, quibus illi rebus ſimiles ſint, & quo pacto deficiant. 400
13. Iaculatoria poſtulantis perſeverantiam, & hujus exempla. ibid.
14. Inconſtantia peccatoris ſimilitudine declaratur. 401
15. Etiam in Angelis reperta. 402
16. Eſt fructus peccati, à Deo vetatur, & punitur. ibid.
17. Inconſtantiæ exempla. 403

Digitized by Google

18. *Tribulationis cauſa Deus, & cujuſque peccata.* ibid.
19. *Non omnis tamen tribulatio eſt propter peccata.* 404
20. *Ad probationem à Deo immittitur, atque ad purgationem, & conſtantiam majorem.* ibid.
21. *In eos, qui tribulatione non emendantur.* 405
22. *Tribulatio communis bonis & malis, læta patienter Dei amicos conſtituit.* 406
23. *Tribulationis & conſolationis viciſſitudo ad Dei gloriam ordinata.* 407
24. *Promittitur à Deo tribulatio, tanquam magnum aliquod bonum, & à juſtis expetitur,* 408
25. *Tribulatio hujus vitæ exigua reſpectu gloriæ ſecuturæ.* 409.
26. *Tribulationis ſuperatæ effecta in animo & corpore, intellectu & voluntate.* ibid.
27. *Tribulatio excitat ad quærendum Deum.* 411
28. *Queritur Deus, ne poſt multas quidem tribulationes ad ſe reverti peccatores.* ibid.
29. *Tribulationem qui ſuſtinet, honoratur, qui eam reſpuit, ut inſipiens confunditur.* 412
30. *Tribulatio excipienda hilari animo, & habenda pro lucro.* ibid.
31. *Sperandum in Deo, qui juvat & liberat tribulatos.* 413.
32. *Exempla fortiter ſuperatæ tribulationis.* 414
33. *Iaculatoriæ confugientis ad Deum in tribulatione, & forti animo eam ferentis.* 415

Digitized by Google

LIBER IV.

De præcipuis ævi hujus controverſiis, qui eſt gladius Spiritus è Sacro divinarum Sriptura-rum armamentario depromptus, ad regna ſubvertenda errorum, & veritatis Catholicæ Imperium ſtabiliendum.

INTRODVCTIO.

Ad ſecurum Gladii Spiritualis uſum.

DISTINCTIO.

1. *Armatura Sacra,* 419
2. *Militia Chriſtiana,* 420
3. *Gladius Spiritus,* 421
4. *Exemplo Chriſti Domini,* 422
5. *Et Sanctorum imitatione diſtrictus.* 423
6. *Ad regna ſubvertenda vitiorum & errorum,* 424
7. *Ac veritatis imperium ſtabiliendum.* 425
8. *Diſcrimen inter arma,* 426
9. *Carnis & ſpiritus.* 427
10. *Inter Scripturæ uſum Catholicum,* 428
11. *Et abuſum acatholicum.* ibid.
12. *Canones legitimi uſus.* 430

PARS

PARS I.

De verbo Dei in genere & ſpecie.

CAP. I. *Verbum Dei univerſim.* 437
2. *Omne Dei verbum audiendum.* 438
3. *Verbum Dei ſcriptum & non ſcriptum.* ibid.
4. *Altus ac divinus verbi divini ſenſus.* 439
5. *Verbi divini intellectus fide paratur & obſervatione divinæ legis.* 440
6. *Iaculatoria petentis lumen ad intelligendum Dei verbum, & obſervandum.* 441
7. *Iudex controverſiarum.* ibid.

PARS II.

De Eccleſia univerſim ac ſpeciatim.

CAP. I. *Eccleſia militans in terra.* 442
2. *Eccleſia viſibilis.* 443
3. *Eccleſia una.* 444
4. *Eccleſia Sancta & Apoſtolica.* ibid.
5. *Eccleſia Catholica ſeu univerſalis.* 445
6. *Eccleſia inexpugnabilis.* 447
7. *Perſecutio Antichriſti & victoria Eccleſiæ ſuprema.* ibid.
8. *Primarium caput Eccleſiæ Chriſtus.* 448
9. *Vicarium Eccleſiæ caput S. Petrus atque ejus legitimi ſucceſſores.* 449
10. *Hierarchia Eccleſiaſtica.* ibid.

Digitized by Google

11. *Poteſtas legiſlativa.* 450
22. *Miſſi à Deo Eccleſiæ Miniſtri.* 451
13. *Falſa miſſio Sectariorum.* 452
14. *Eccleſia in purgatorio.* 453
15. *Eccleſia triumphans in cælo.* 454
16. *Honor & invocatio Sanctorum.* ibid.
17. *Imaginum ſacrarum ac reliquiarum uſus.* 456
18. *Iaculatoriæ adverſus perſecutores Eccleſiæ.* ibid.

PARS III.

De Sacramentis.

Cap. I. *Sacramentum fidei, ſive Baptiſmus.* 457
2. *Confirmatio.* 458
3. *Euchariſtia.* 459
4. *Veritas Euchariſtica deſcripta figuratè.* ibid.
5. *Aſſerta Propheticè.* 460
6. *A Chriſto promiſſa.* 461
7. *A Chriſto inſtituta.* ibid.
8. *Vſu ipſo ab Apoſtolo demonſtrata.* 462
9. *Chriſtus ſub qualibet ſpecie totus.* ibid.
10. *Fructus idem.* 463
11. *Sufficit alterutra ſpecies.* ibid.
12. *Exemplo Chriſti & Apoſtolorum,* ibid.
13. *Et uſu & auctoritate Eccleſiæ.* 464
14. *Sacrificium Chriſti cruentum.* ibid
15. *Incruentum Miſſæ ſacrificium deſcriptum figuratè.* 465.
16. *Aſſertum propheticè.* ibid.

A

Digitized by Google

17. *A Chriſto promiſſum & inſtitutum.* 466
18. *Vſu ipſo firmatum.* ibid.
19. *Ceremoniæ probatæ.* 467
20. *Latria Chriſto debita.* ibid.
21. *Theophoria & aliæ proceſſiones licitæ.* 468
22. *Pænitentiæ Sacramentum.* 469
23. *Contritio & Dei dilectio.* ibid.
24. *Confeſſio.* 470
25. *Satisfactio poſt remiſſam culpam.* ibid.
26. *Satisfactio unius pro alio, atque indulgentia.* 471
27. *Vnctio Sacra.* 472
28. *Sacer ordo.* ibid.
29. *Continentia Miniſtrorum Eccleſiæ.* 473
30. *Matrimonium.* ibid.
31. *Firmum & inſolubile.* 474

PARS IV.

De multiplici peccatorum diſtinctione & cauſa.

CAP. I. *Peccatum mortale.* 475
2. *Peccatum veniale.* ibid.
3. *Deus non eſt auctor peccati.* 476
4. *Peccatum ex ignorantia, paſſione & malitia.* 477
5. *Peccatum originale.* ibid.
6. *Peccatum habituale.* 478

Digitized by Google

PARS V.

De chriſtiana juſtificatione.

CAP. I. *Vera peccati remiſſio & ſublatio.* 478
2. *Vera juſtificatio.* 479
3. *Et interna ſanctificatio,* ibid.
4. *Per fidem, ſpem & charitatem,* 480
5. *Pœnitentiam atque alia opera bona.* 481
6. *Timor ſalutaris.* 482
7. *Fiducia certa juſtorum.* 483
8. *Impiorum inanis præſumptio.* ibid.

PARS IV.

De chriſtianorum operum perfectione, merito, præcepto.

CAP. I. *Operum bonorum integritas,* 484
2. *Et perfectio.* 485
3. *Non naturalis tantùm ſed & ſupernaturalis.* ibid.
4. *Abſque peccati omnis permixtione.* 486
5. *Meritum bonorum operum gloria cæleſtis.* ibid.
6. *Gratiæ & proſperitatis augmentum.* 487
7. *Qui Deum diligit, Deo obedit,* 488
8. *Et mandata ejus cuſtodit.* ibid.
9. *Deus ſeriò vult ſervari ſua mandata.* 489
10. *Libertas filiorum Dei, non pugnat cum ſubjectione filiali.* 490.
11. *Mandata Dei poſſibilia.* ibid.

Li-

Digitized by Google

12. *Libertas neceſſaria ad rationem peccati.* 491
13. *Finis præcepti charitas non amittitur per lapſus leves.* 492.
14. *Oratio, benedictio iterata & aſſidua.* ibid.
15. *Iejunium, ciborum delectus.* 493
16. *Votum, religio, & alia ſupererogationis opera.* 494
17. *Eleëmoſyna Conſilium, præceptum, præmium.* 495
18. *Christus ut agnus fidem urget.* 496
19. *Vt judex requirit opera.* ibid.
20. *Impiorum multiplex pœna æterna.* 497
21. *Iuſtorum diverſa gloria ſempiterna.* 498

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBER PRIMUS.

De Deo Uno & Trino,

Rerum creatarum omnium Auctore, & de harum præcipuis univerſim ac Speciatim.

PRÆFATIO.

DOctrina Sacra primùm agit de Eſſentia & Exiſtentia divina, tum de attributis divinis negativis & affirmativis, quæ conveniunt Deo, quatenus unus eſt in Eſſentia: deinde de Sanctiſsimâ Trinitate, ſive de Deo, quatenus eſt Trinus in perſonis; tum de creaturis, ac nominatim de Angelis & hominibus: quibus annectenda videntur teſtimonia Sacræ Paginæ de Chriſto IESU Redemptore noſtro vero Deo & homine; *qui eſt primogenitus omnis creaturæ; quoniam in ipſo condita ſunt univerſa, & ipſe eſt ante omnes & omnia in ipſo conſtant, ut ſit ipſe in omnibus primatum tenens. Coloſ. 1. V. 15.* Denique Sanctiſsima Virgine MARIA ejus benedicta Matre, Angelorum pariter hominumque Regina.

PARS I.

De Deo & attributis divinis.

CAPVT PRIMVM.

Dei nomina Sacris Literis expreſſa.

1. DIxit Deus ad Moyſen: *Ego ſum qui ſum*, ait: Sic dices filiis Iſraël: *Qui eſt*, miſit me ad vos. Dixitque iterum Deus ad Moyſen: hæc dices filiis Iſraël: Dominus Deus Patrum veſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob miſit me ad vos, hoc nomen mihi eſt in æternum; & hoc memoriale meum in generationem & generationem. *Exo.3. v.14.*

2. Nomen meum Adonai. *Exo. 6. v. 4.*

3. Omnipotens nomen ejus. *Exo. 15. v. 3.*

4. Noli adorare, Deum alienum, Dominus Zelotes nomen ejus, Deus eſt æmulator. *Exo. 34. v. 14.*

5. Redemptor noſter Dominus exercituum nomen illius Sanctus Iſraël. *Iſa. 47. v. 4.*

6. Scient quia nomen mihi Dominus. *Jer. 16. v. 21.*

7. Dominus nomen ejus. *Amos. 5. v. 8.*

8. Non confunditur vocari Deus. *Hebr. 11. v.16.*

Alia ab attributis deſumpta aſsignata ſunt ſuis locis.

CAPVT II.

Eſſe & exiſtere Dei.

1. EGo ſum qui ſum, dices filiis Iſraël: qui eſt, miſit me ad vos. *Exo. 3. v. 14.*

2. Ego Ego ſum. *Jer. 7. v. 11.*

3. Si ille non eſt, quis ergo eſt? *Job. 9. v. 24.*

4. A ſæculo tu es. *Pſal. 92. v. 2.*

5. Et eſt ante ævum. *Eccl. 1. v. 1.*

6. An

Digitized by Google

6. Antequam Abraham fieret, ego ſum, *Joan.* 4. *v.* 58,
7. Credere oportet accedentem ad Deum, quia eſt. *Hebr.* II. *v.*6.
8. Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus. *Pſ.* 52. *v.* I.

CAPVT III.

Deus Simplex & Incorporeus.

1. SPiritus eſt Deus. *Ioan.* 4. *v.* 24.
2. Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt ullæ. I. *Ioan.* I. *v.* 5.
3. Cui ſimilem feciſtis Deum? aut quam imaginem ei ponetis? *Iſa.* 40. *v.* 18.
4. Non debemus æſtimare auro, aut argento, aut lapidi, ſculpturæ artis, & cogitationis hominum divinum eſſe ſimile. *Act.* 17. *v.*29.
5. Dicentes ſe eſſe Sapientes, ſtulti facti ſunt, & mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & Serpentium. *Rom.* I. *v.*22.

CAPVT IV.

Vnitas Dei.

1. DEus noſter Deus unus eſt. *Deut.* 6. *v.* 4.
2. Videte quod ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me, ego occidam, & ego vivere faciam, percutiam, & ego ſanabo & non eſt, qui de manu mea poſſit eruere. *Deut.* 32. *v.* 39.
3. Incommunicabile nomen lapidibus & lignis impoſuerunt. *Sap.* 14. *v.* 21.
4. Ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit. *Iſa.*43. *v.* 10.
5. Ego primus, & ego noviſſimus, & abſque me non eſt Deus. *Iſa.*44. *v.* 6.
6. Ego ſum Dominus, & non eſt amplius, extra me non eſt Deus. *Iſa.* 45. *v.* 5.
7. Et gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam Sculptilibus. *Iſa.* 42. *v.* 9.
8. Ego autem Dominus Deus tuus ex terra Ægypti: & Deum

 abſque

Digitized by Google

abſque me neſcies,& Salvator non eſt præter me. *Oſea,* 13.v.4.

9. Quis Deus præter Dominum? *Pſal.* 17. v. 32.

10. Non eſt alius Deus quàm tu. *Sap.* 12. v. 13.

11. Unus Dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus & Pater omnium, *Epheſ.* 4. v. 5.

CAPUT V.

Veritas & vita Dei.

1. DEus autem Deus verus eſt. *Jer.* 10. v. 10.

2. Deus fidelis,& abſque ulla iniquitate. *Deut.* 32. v. 4.

3. Non eſt Deus quaſi homo, ut mentiatur, nec ut filius hominis ut mutetur, dixit ergò, & non faciet? locutus eſt & non implebit? *Num.* 23. v. 19.

4. Paveant Deum Danielis, ipſe enim eſt Deus vivens. *Dan.* 6. v. 26

5. Speramus in Deum vivum. 1. *Tim.* 4. v. 10.

6 In manus Dei viventis. *Heb.* 10. v. 31.

7. In ipſo vita erat. *Joan.* 1. v. 3.

8. Ego ſum via, veritas,& vita. *Joan.* 14. v. 6.

Vide infra de fide, verbo, veritas prima, & hic cap. 10. immutabilitas Dei.

CAPUT VI.

Bonitas Dei.

1. NEmo bonus niſi Solus Deus. *Luc.* 18. v. 19.

2. Quàm bonus Iſraël Deus, his qui recto ſunt corde. *Pſal.* 72. v. 1.

3. Bonus es tu. *Pſal.* 118. v. 68.

4. Bonus eſt Dominus Sperantibus in eum, animæ quærenti illum. *Thre.* 3. v. 25.

5. Nunquid bonum tibi videtur, ſi calumnieris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & conſilium impiorum adjuves? *Iob.* 10. v. 3.

6. Nunquid Deus ſupplantat judicium? aut omnipotens ſubvertit quod juſtum eſt? *Iob.* 8. v. 3.

7. Non

Digitized by Google

7. Non dixeris: per Deum abeſt: quæ enim odit, ne feceris: non dicas, ille me implanavit: non enim neceſſarii ſunt ei homines impii: omne execramentum erroris odit Dominus, & non erit amabile timentibus eum. *Eccl.* 15. *v.* 11.

8. Nemo cùm tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur, Deus enim intentator malorum eſt: ipſe enim neminem tentat. *Iac.* 1. *v.* 13.

9. Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris: quare non reſpicis ſuper magna agentes, & taces devorante impio juſtiorem ſe. *Hab.* 1. *v.* 13.

10. Quis poterit ſcrutari vias ejus? aut quis poteſt ei dicere: operatus es iniquitatem? *Iob.* 36. *v.* 23.

11. Unus eſt bonus Deus. *Matth.* 19. *v.* 17.

CAPVT VII.

Perfectio Dei omnium rerum creatarum perfectiones continens eminentiâ ſingulari.

1. MAgnus Dominus & laudabilis nimis. *Pſ.* 144. *v.* 3.

2. Omnia oſſa mea dicent: Domine, quis ſimilis tibi. *Pſ.* 34. *v.* 10.

3. Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius adversùs eum. *Baruch.* 3. *v.* 36.

4. Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia ſolus pius es: quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conſpectu tuo, quoniam judicia tua manifeſta ſunt. *Apoc.* 15. *v.* 4.

5. Non eſt Sanctus ut eſt Dominus: neque enim eſt alius extra te, & non eſt fortis ſicut Deus noſter. 1. *Reg.* 2. *v.* 2.

6. Domine Deus omnium creator, terribilis & fortis, juſtus & miſericors, qui ſolus bonus es Rex, ſolus præſtans, ſolus juſtus & omnipotens & æternus, qui liberas Iſraël de omni malo, qui feciſti Patres electos, & ſanctificaſti eos. 2. *Mach.* 1. *v.* 24.

7. Beatus & ſolus potens, qui ſolus habet immortalitatem. 1. *Tim.* 6. *v.* 16.

8. Ego oſtendam omne bonum tibi. *Exo.* 33. *v.* 19.

9. Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non conſiderat? *Pſ.* 93. *v.* 9.

Digitized by Google

10. In me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis ſpes vitæ & virtutis. *Eccl.* 24. *v.* 25.

11. Nunquid ego qui alios parere facio: ipſe non pariam? dicit Dominus, ſi ego qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero, ait Dominus Deus tuus? *Iſa.* 66. *v.* 9.

12. In ipſo vita erat. *Ioan.* 1. *v.* 3.

13. Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter cæleſtis perfectus eſt. *Matth.* 5. *v.* 48.

CAPVT VIII.

Infinitas Dei.

1. MAgnitudinis ejus non eſt finis. *Pſ.* 144. *v.* 3.

2. Magnus eſt & non habet finem, excelſus & immenſus. *Baruch.* 3. *v.* 25.

3. Ecce Deus excelſus in fortitudine ſua, & nullus ſimilis ei in legiſlatoribus. *Iob.* 36. *v.* 22.

4. Ecce gentes quaſi ſtilla Situlæ, & quaſi momentum ſtateræ, reputatæ ſunt: ecce Inſulæ quaſi pulvis exiguus, & Libanus non ſufficiet ad ſuccendendum, & animalia ejus non ſufficient ad holocauſtum, omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coràm eo, & quaſi nihilum & inane reputatæ ſunt ei. *Iſa.* 40. *v.* 15.

5. Tanquam momentum ſtateræ, ſic eſt ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, quæ deſcendit in terram. *Sap.* 11. *v.* 23.

6. Satiabor cum apparuerit gloria tua. *Pſ.* 16. *v.* 15.

CAPVT IX.

Immenſitas Dei.

1. NOn erit fuga eis, & non ſalvabitur ex eis qui fugerit, ſi deſcenderint uſque ad infernum, inde manus mea educet eos, & ſi aſcenderint uſque in cælum, inde detraham eos; & ſi abſconditi fuerint in vertice Carmeli, inde ſcrutans auferam eos, & ſi celaverint ſe ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo ſerpenti & mordebit eos. Et ſi abierint in captivitatem coràm inimicis ſuis, ibi mandabo

gladio,

Digitized by Google

gladio, & occidet eos: & ponam oculos meos ſuper eos in malum, & non in bonum. *Amos.* 9. *v.* 2.

2. Putáſne Deus è vicino ego ſum, dicit Dominus? & non Deus de longè? Si occultabitur vir in abſconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus? nunquid non cœlum & terram ego impleo dicit Dominus? *Ier.* 23. *v.* 23.

3. Quò ibo à Spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades: Si ſumpſero pennas meas diluculò, & habitavero in extremis maris: etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua: & dixi: forſitan tenebræ conculcabunt me, & nox illuminatio mea in deliciis meis: quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ ejus ita & lumen ejus: quia tu poſſediſti renes meos, ſuſcepiſti me de utero matris meæ. *Pſ.* 138. *v.* 7.

4. Cælum ſedes mea, terra autem ſcabellum pedum meorum: quæ eſt iſta domus, quam ædificabitis mihi? & quis eſt iſte locus quietis meæ? *Iſa.* 66. *v.* 1.

5. Non longè eſt ab unoquoque noſtrum; in ipſo enim vivimus movemur & ſumus. *Act.* 17. *v.* 28.

6. Spiritus Domini replevit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. *Sap.* 1. *v.* 7.

7. Plena eſt omnis terra gloriâ ejus. *Iſa.* 6. *v.* 3.

8. Forſitan veſtigia Dei comprehendes, & uſque ad omnipotentem perfectum invenies? excelſior cœlo eſt, & quid facies? profundior inferno & unde cognoſces? longior terrâ menſura ejus, & latior mari. *Job.* 11. *v.* 7.

9. An non cogitas, quod Deus excelſior cœlo ſit, & ſuper ſtellarum verticem ſublimetur? *Job.* 22. *v.* 12.

10. Si cœlum & cœli cœlorum te capere non poſſunt, quantò magis domus hæc quam ædificavi. 3. *Reg.* 8. *v.* 27.

11. Ambula coràm me & eſto perfectus. *Gen.* 17. *v.* 1.

12. Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper; quoniam à dextris eſt mihi, ne commovear. *Pſ.* 15. *v.* 7.

Digitized by Google

CAPVT X.

Immutabilitas, veracitas & fidelitas Dei.

1. INitio tu Domine terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cœli, ipſi peribunt: tu autem permanes: & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent: & ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. *Pſ.* 101. *v.* 26.

2. Quid tu vides Jeremia? & dixi: virgam vigilantem ego video, & dixit Dominus ad me: bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo, ut faciam illud. *Ierem.* 1. *v.* 11.

3. Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. *Matth.* 24. *v.* 35.

4. In quo abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis hæredibus immobilitatem conſilii ſui, interpoſuit jusjurandum: ut per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem. *Heb.* 6. *v.* 17.

5. Et ſcies, quia Dominus Deus tuus, ipſe eſt Deus fortis & fidelis, cuſtodiens pactum, & miſericordiam diligentibus ſe, & his, qui cuſtodiunt præcepta ejus, in mille generationes. *Deut.* 7. *v.* 9.

6. Qui accepit ejus teſtimonium, ſignavit, quia Deus verax eſt quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur. *Ioan.* 3. *v.* 33.

7. Porrò Triumphator in Iſraël non parcet: & pœnitudine non flectetur: neque enim homo eſt ut agat pœnitentiam. 1. *Regum* 15. *v.* 29.

8. Eſt autem Deus verax: omnis autem homo mendax. *Rom.* 3. *v.* 4

9. Si negaverimus, & ille negabit nos: Si non credimus, ille fidelis permanet, negare ſeipſum non poteſt. 2. *Tim.* 2. *v.* 12.

10. Fidelis eſt, qui vocavit nos, qui etiam faciet. 1. *Theſ.* 5. *v.* 24.

11. Fidelis Dominus eſt, qui confirmabit nos, & cuſtodiet à malo. 2. *Theſ.* 3. *v.* 3.

12. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de ſurſum deſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. *Iac.* 1. *v.* 17.

13. Non eſt Deus quaſi homo, ut mentiatur, nec ut Filius hominis ut mutetur: dixit ergo & non faciet? locutus eſt, & non implebit? *Num.* 23. *v.* 19.

14. Ego Dominus, & non mutor. *Malac.* 3. *v.* 6.

CA-

CAPUT XI.

Æternitas Dei.

1. NUnquid neſcis, aut non audiſti? Deus ſempiternus Dominus, qui creavit terminos terræ; non deficiet nec laborabit, nec eſt inveſtigatio ſapientiæ ejus. *Iſa.* 40. *v.* 28.

2. Priuſquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis, à ſæculo & uſque in ſæculum, tu es Deus. *Pſ.* 89. *v.* 2.

3. In generationem & generationem anni tui. *Pſ.* 101. *v.* 25.

4. Dominus regnabit in æternum & ultra. *Exo.* 15. *v.* 18.

5. Numerus annorum ejus inæſtimabilis. *Iob.* 36. *v.* 26.

6. Hæc dicit, excelſus & ſublimis, habitans æternitatem. *Iſa.* 57. *verſ.* 15.

7. Miſericordia Dei ab æterno. *Pſ.* 102. *v.* 17.

8. Poteſtas ejus, poteſtas æterna. *Dan.* 7. *v.* 14.

9. Ab æterno ordinata ſum. *Prov.* 8. *v.* 23.

10. In æternum Domine verbum tuum. *Pſ.* 118. *v.* 142.

CAPUT XII.

Incomprehenſibilitas Dei.

1. QUis hominum poterit ſcire conſilium Dei? aut quis poterit cogitare, quid velit Deus? *Sap.* 9. *v.* 13.

2. Difficile æſtimamus, quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt invenimus cum labore; quæ autem in cœlis ſunt, quis inveſtigabit? ſenſum autem tuum quis ſciet? niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris Spiritum Sanctum tuum de altiſsimis? *Sap.* 9. *v.* 16.

3. Quis poterit ſcrutari vias ejus? aut quis poteſt ei dicere, operatus es iniquitatem? memento quod ignores opus ejus, de quo cecinerunt viri: omnes homines vident eum, unuſquiſque intuetur procul, ecce Deus magnus vincens ſcientiam noſtram, numerus annorum ejus inæſtimabilis. *Iob.* 36. *v.* 23.

4. Forſitan veſtigia Dei comprehendes, & uſque ad perfectum omnipotentem reperies. *Job.* 11. *v.* 7.

5. Quàm deſiderabilia omnia opera ejus, & tanquam ſcintilla, quæ

Digitized by Google

eſt conſiderare. *Eccl.* 42. *v.* 23.

6. Qui perficit primus ſcire ipſam, & infirmior non inveſtigabit eam: à mari enim abundavit cogitatio ejus, & conſilium ejus ab abyſſo magna. *Eccl.* 24. *v.* 38.

7. Quomodo ignoras, quæ ſit via ſpiritus, & qua ratione compingantur oſſa in ventre prægnantis: ſic neſcis opera Dei, qui fabricator eſt omnium. *Eccl.* 11. *v.* 5.

8. Ecce hæc ex parte dicta ſunt viarum ejus, & cùm vix parvam ſtillam ſermonis ejus audierimus, quis poterit tonitruum ejus magnitudinis intueri? *Iob.* 26. *v.* 14.

9. Arenam maris & pluviæ guttas, & dies ſæculi quis dinumeravit? altitudinem cœli & latitudinem terræ, & profundum abyſſi, quis dimenſus eſt? ſapientiam Dei præcedentem omnia, quis inveſtigavit? diſciplina Sapientiæ cui revelata eſt & manifeſtata? & multiplicationem ingreſſus illius quis intellexit? unus eſt creator omnipotens & Rex potens & metuendus nimis, ſedens ſuper thronum illius, & dominans Deus ipſe creavit illam in Spiritu ſancto, & vidit & dinumeravit & menſus eſt. *Eccl.* 1. *v.* 2.

10. O altitudo divitiarum, ſapientiæ & ſcientiæ Dei! quàm incomprehenſibilia ſunt judicia ejus & inveſtigabiles viæ ejus! quis enim cognovit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius ejus fuit? *Rom.* 11. *v.* 33.

11. Magnus conſilio & incomprehenſibilis cogitatu, cujus oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam, ut reddas unicuique ſecundùm vias ſuas, & ſecundùm fructum adinventionum ejus. *Ier.* 32. *v.* 19.

12. Qui ſolus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inacceſſibilem: quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt: cui honor & imperium ſempiternum, Amen. 1. *Tim.* 6. *v.* 16.

13. Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus, cùm autem venerit quod perfectum eſt, evacuabitur quod ex parte eſt, cùm eſſem parvulus, loquebar ut parvulus, ſapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus, quando autem factus ſum vir, evacuavi quæ erant parvuli. 1. *Cor.* 13. *v.* 9.

CAPUT XIII.

Ineffabilitas Dei.

1. MAgna ſunt enim judicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua, propter hoc indiſciplinatæ animæ erraverunt. *Sap.* 17. *v.* 1.

Digitized by Google

2. Quis ſufficit enarrare opera illius? quis enim inveſtigabit magnalia ejus? virtutem autem magnitudinis ejus quis enunciabit? aut quis adjiciet enarrare miſericordiam ejus? non eſt minuere, neque adjicere, nec eſt invenire magnalia Dei: cùm conſummaverit homo tunc incipiet: & cùm quieverit, operabitur. *Eccl.* 18. *v.* 2.

3. Ab Aquilone aurum venit, & ad Deum formidoloſa laudatio, dignè eum invenire non poſſumus, magnus fortitudine & judicio & juſtitia & enarrari non poteſt; ideo timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes, qui ſibi videntur eſſe ſapientes. *Job.* 37. *v.* 22.

CAPVT XIV.

Cognoſcitur Deus in hac vita ex effectis creatis.

1. QUod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in iis, Deus enim iis manifeſtavit, inviſibilia enim ipſius, à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoque ejus virtus, & divinitas; ita ut ſint inexcuſabiles. *Rom.* 1. *v.* 19.

2. De his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui eſt, neque operibus attendentes agnoverunt, quis eſſet artifex: ſed aut ignem, aut ſpiritum, aut citatum aërem aut gyrum ſtellarum, aut nimiam aquam, aut Solem & Lunam: rectores orbis terrarum Deos putaverunt, ſciant, quantò his Dominator eorum ſpecioſior eſt, ſpeciei enim generator omnia conſtituit, aut ſi virtutem & opera eorum mirati ſunt, intelligant ab iis, quoniam qui hæc fecit, fortior eſt illis, à magnitudine enim ſpeciei & creaturæ cognoſcibiliter poterit creator horum videri. *Sap.* 13. *v.* 1.

3. Si tantum potuerunt ſcire, ut poſſent æſtimare ſæculum: quomodo hujus Dominum non faciliùs invenerunt. *Sap.* 13. *v.* 9.

4. Noſſe Deum conſummata juſtitia eſt, & ſcire juſtitiam & virtutem tuam radix eſt immortalitatis. *Sap.* 15. *v.* 3.

5. Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei. 1. *Cor.* 2. *v.* 14.

Digitized by Google

CAPVT XV.

Viſio beatifica.

1. BEati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. *Matth.* 5. *v.* 8.

2. Angeli in cœlis eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in cœlis eſt. *Matth.* 18. *v.* 10.

3. Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. *Ioan.* 14. *v.* 21.

4. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem; nunc cognoſco ex Patre: tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum. 1. *Cor.* 13. *v.* 12.

5. Scimus quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt. 1. *Ioan.* 3. *v.* 2.

6. Servi ejus ſervient illi, & videbunt faciem ejus, & nomen ejus in frontibus illorum. *Apoc.* 22. *v.* 4.

7. Hæc eſt vita æterna: ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. *Ioan.* 17. *v.* 3.

CAPVT XVI.

Scientia Dei, qua & ſe comprehendit, & omnia alia creata, creanda, creabilia.

1. DOmine qui habes omnem ſcientiam. *Eſth.* 14. *v.* 14.

2. Nunquid Deum docebit quiſpiam ſcientiam, qui excelſos judicat? *Job* 21. *v.* 22.

3. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt & non potero ad eam. *Pſ.* 130. *v.* 6.

4. Quis hominum ſcit, quæ ſunt hominis, niſi Spiritus hominis, qui in ipſo eſt? ita quæ Dei ſunt, nemo cognovit, niſi Spiritus Dei. 1. *Cor.* 2. *v.* 11.

5. Spiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei. 1. *Cor.* 2. *v.* 10.

6. Oculi Domini contemplantur univerſam terram. 2. *Paralip.* 16. *verſ.* 9.

7. Si dixeris vires non ſuppetunt: qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit,

Digitized by Google

telligit, & ſervatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini juxta opera ſua. *Prov.* 24. *v.* 12.

8. Non eſt ulla creatura inviſibilis in conſpectu ejus, omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis ejus, ad quem nobis ſermo. *Hebr.* 4. *v.* 13.

9. Major eſt Deus corde noſtro, & novit omnia. 1. *Ioan.* 3. *v.* 20.

10. Oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum. *Pſ.* 33. *v.*16.

11. Scrutans corda & renes Deus. *Pſal.* 7. *v.* 10.

12. Pravum eſt cor hominum, & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes: qui do unicuique juxta viam ſuam, & juxta fructum adinventionum ſuarum. *Ierem.* 17. *v.* 9. 10.

13. Hæc dicit Dominus, Sanctus Iſraël Plaſtes ejus: ventura interrogate me inter filios meos, & ſuper opus manuum mearum mandate mihi. *Iſa.* 45. *v.* 11.

14. Priuſquam te formarem in utero, novi te; & antequam exires de vulva, ſanctificavi te, & Prophetam in gentibus dedi te. *Ier.* 1. *v.* 5.

15. Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiant. *Dan.* 13. *v.* 42.

16. Et ſi multitudinem ſcientiæ deſiderat quis, ſcit præterita, & de futuris æſtimat, ſcit verſutias ſermonum & diſſolutiones argumentorum, ſigna & monſtra ſcit antequam fiant, & eventus temporum & ſæculorum. *Sap.* 8. *v.* 8.

17. Ego ſcio, quod non dimittet vos Rex Ægypti, ut eatis, niſi per manum validam. *Exo.* 3. *v.* 19.

18. Scio cogitationes ejus, quæ facturus ſit hodie, antequam introducam eum in terram, quam ei pollicitus ſum. *Deut.* 31. *v.* 21.

19. Non eſt occultatum os meum à te, quod feciſti in occulto, & ſubſtantia mea in inferioribus terræ. Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur: dies formabuntur, & nemo in eis. *Pſal.* 138. *v.* 15. 16.

20. Ipſe fines mundi intuetur: & omnia, quæ ſub cœlo ſunt reſpicit. *Job.* 28. *v.* 24.

21. Abyſſum & cor hominum inveſtigat, & in aſtutia eorum excogitavit, cognovit enim Dominus omnem ſcientiam & inſpexit in ſignum ævi, annuncians, quæ præterierunt, & quæ ſuperventura ſunt, revelans veſtigia occultorum, non præterit eum omnis cogitatus, & non abſcondit ſe ab illo ullus ſermo. *Eccl.* 42. *v.* 18. 19. 20.

22. Multa ſapientia Dei, & fortis in potentia, videns omnes ſine in-

termiſſione, oculi Domini ad timentes eum & ipſe agnoſcit omnem operam hominis. *Eccl.* 15. *v.* 19. 20.

23 Viæ illorum coràm ipſo ſunt ſemper, non ſunt abſconſæ ab oculis illius: in unam quamcunque gentem præpoſuit Rectorem: & pars Dei Iſraël facta eſt manifeſta, & omnia opera illorum velut ſol in conſpectu Dei: & oculi ejus ſine intermiſſione inſpicientes in viis eorum, non ſunt abſconſa teſtamenta per iniquitatem illorum, & omnes iniquitates eorum in conſpectu Dei. *Eccl.* 17. *v.* 13. 14. 15. 16. 17.

24. Opera omnis carnis coràm illo, & non eſt quicquam abſconditum ab oculis ejus, à ſæculo uſque in ſæculum reſpicit, & nihil eſt mirabile in conſpectu ejus. *Eccl.* 30. *v.* 24. 25.

25. Oculi ejus ſuper vias hominum, & omnes greſſus eorum, conſiderat, non ſunt tenebræ & non eſt umbra mortis ut abſcondantur ibi, qui operantur iniquitatem. *Job.* 34. *v.* 21. 22.

26. Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat. Magnus Dominus noſter, & magna virtus ejus, & ſapientiæ ejus non eſt numerus. *Pſal.* 146. *v.* 4. 5.

27. Quis adjuvit Spiritum Domini? aut quis conſiliarius ejus fuit, & oſtendit illi? cum quo iniit conſilium & inſtruxit eum, & docuit eum ſemitam juſtitiæ, & erudivit eum ſcientiam, & viam prudentiæ oſtendit illi? quare dicis Jacob & loqueris Iſraël: abſcondita eſt via mea à Domino, & à Deo meo Judicium meum tranſivit? nunquid neſcis, aut non audiſti? Deus ſempiternus Dominus qui creavit terminos terræ, non deficiet, neque laborabit, nec eſt inveſtigatio ſapientiæ ejus. *Iſa.* 40. *v.* 13. 14. & 24. 25.

28. Ecce ſcriptum eſt coram me, non tacebo, ſed reddam & retribuam in ſinum eorum. *Iſa.* 65. *v.* 6.

29. Quia oculi mei ſuper omnes vias eorum, non ſunt abſconditæ à facie mea, & non fuit occulta iniquitas eorum ab oculis meis. *Jer.* 16. *v.* 17.

30. Ego ſcio Ephraim, & Iſraël non eſt abſconditus à me, quia nunc fornicatus eſt Ephraim, contaminatus eſt Iſrael. *Oſea.* 5. *v.* 3.

31. Reſpicit Dominus vias hominis, & omnes greſſus ejus conſiderat.. *Prov.* 5. *v.* 11.

32. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. *Prov.* 15. *v.* 3.

33. Infernus & perditio coram Domino, quantò magis corda filiorum hominum. *Prov.* 15. *v.* 11.

34. Om-

Digitized by Google

34. Omnes viæ hominis patent oculis ejus, ſpirituum ponderator eſt Dominus. *Prov.* 16. *v.* 2.

35. Ecce in cœlo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis, verboſi amici mei, ad Deum ſtillat oculus meus. *Iob.* 16. *v.* 20. 21.

CAPVT XVII.

Verba impiorum negantium à Deo cognoſci omnia, ut peccent liberiùs; & piorum, quos à peccatis avertit Deus, omnia videns.

1. ET dicis, quid enim novit Deus? & quaſi per caliginem judicat: nubes latibulum ejus, nec noſtra conſiderat, & circa cardines cœli perambulat. Nunquid ſemitam ſæculorum cuſtodire cupis, quam calcârunt viri iniqui? *Iob.* 22. *v.* 13. 14. 15.

2. Non dicas: à Deo abſcondar: & ex ſummo, quis mei memorabitur? in populo magno non agnoſcar: quæ eſt enim anima mea in tam immenſa creatura? ecce cœlum & cœli cœlorum, abyſſus & univerſa terræ, & quæ in eis ſunt, in conſpectu illius commovebuntur: montes ſimul & colles, & fundamenta terræ: cùm conſpexerit illa Deus tremore concutientur: & in omnibus his inſenſatum eſt cor: & omne cor intelligitur ab illo. *Eccl.* 16. *v.* 16. 17. 18. 19. 20.

3. Omnis homo, qui tranſgreditur lectum ſuum contemnens in animam ſuam, & dicens: quis me videt, tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit me: quem vereor? delictorum meorum non memorabitur Altiſſimus, & non intelligit, quoniam omnia videt oculus ejus: quoniam expellit à ſe timorem Dei, hujuſmodi hominis timor, & oculi hominum timentes illum: & non cognovit, quoniam oculi Domini multò plus lucidiores ſunt ſuper Solem, circumſpicientes omnes vias hominum, & profundum abyſſi, & hominum corda intuentes in abſconditas partes. Domino enim Deo, antequam crearentur, omnia ſunt cognita, ſic & poſt perfectum reſpicit omnia. *Eccl.* 23. *v.* 25. 26. 27. 28. 29.

4. Væ, qui profundi eſtis corde, ut à Domino abſcondatis conſilium, quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt, quis videt nos, & quis novit nos? perverſa eſt hæc veſtra cogitatio, quaſi ſi lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori ſuo, non feciſti me, & figmentum dicat fictori ſuo, non intelligis. *Iſa.* 29. *v.* 15. 16.

5. Pe-

5. Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine, quam enim partem haberet in me Deus deſuper, & hæreditatem omnipotens de excelſis? nonne ipſe conſiderat vias meas & cunctos greſſus meos dinumerat? *Iob.* 31. *v.* 1. 2. 4.

6. Beatus vir, qui in ſapientia morabitur, & in juſtitia meditabitur, & in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei. *Eccli.* 14. *v.* 22.

7. Domine probaſti me, & cognoviſti me, tu cognoviſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam: mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, & non potero ad eam: quò ibo à Spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? ſi aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades. Si ſumpſero pennas meas diluculò, & habitavero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. *Pſal.* 138. *v.* 1. 6. 7. 8.

CAPUT XXVIII.

Voluntas Dei efficaciſſima.

1. NOlite timere: num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? *Gen.* 50. *v.* 19.

2. Voluntati ejus, quis reſiſtit? *Rom.* 9. *v.* 19.

3. Dixit Deus, fiat lux, & facta eſt lux. *Gen.* 1. *v.* 3.

4. Deus autem noſter in cœlo, omnia quæcunque voluit fecit. *Pſal.* 113. *v.* 11.

5. Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandavit, & creata ſunt. *Pſal.* 148. *verſ.* 5.

6. Fide intelligimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei: ut ex inviſibilibus viſibilia fierent. *Hebr.* 11. *v.* 3.

7. Subeſt tibi cùm volueris poſſe. *Sap.* 12. *v.* 18.

CAPUT XXIX.

Deus vult malum pœnæ.

1. COngregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas complebo in eis. *Deut.* 32. *v.* 23.

2. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas à Deo ſunt. *Eccli.* 11. *v.* 14.

3. Ego

3. Ego Dominus, & non eſt alter formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum: ego Dominus faciens omnia hæc. *Iſa.* 45. *v.* 7.

4. Si erit malum in civitate, quod Dominus non fecerit. *Amos* 3. *v.* 6.

5. Dominus ignoravit, quis eſt iſte, qui dixit, ut fieret Domino non jubente? ex ore altiſſimi non egredientur nec mala nec bona. quid murmuravit homo vivens, vir pro peccatis ſuis? ſcrutemur vias noſtras, & quæramus, & revertamur ad Dominum. *Thren.* 3. *v.* 37. 38. 39.

CAPVT XX.

Malum culpæ nullo modo vult Deus.

1. DEus fidelis & abſque ulla iniquitate, juſtus & rectus. *Deut.* 32. *v.* 4.

2. Nunquid iniquus eſt Deus, qui infert iram? abſit, alioquin quomodo judicabit Deus hunc mundum? *Rom.* 3. *v.* 5. 6.

3. Mendacium fugies, inſontem & juſtum non occides, quia aверſor impium. *Exo.* 23. *v.* 7.

4. Vſque dum non peccarent in conſpectu Dei ſui, erant cum illis bona: Deus enim illorum odit iniquitatem. *Judith* 5. *v.* 21.

5. Manè aſtabo tibi & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es: neque habitabit juxta te malignus, neque permanebunt injuſti ante oculos tuos: odiſti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium. *Pſal.* 5. *v.* 5. 6. 7.

6. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. *Pſ.* 44. *v.* 8.

7. Abominatio eſt Domino via impii: qui ſequitur juſtitiam, diligitur ab eo. *Prov.* 15. *v.* 9.

8. Similiter autem odio ſunt Deo, impius & impietas ejus. *Sap.* 14. *v.* 9.

Digitized by Google

CAPVT XXI.

Deus liberè vult omne bonum extra ſe.

1. APeriet os ſuum in oratione, & pro delictis ſuis deprecabitur, ſi enim Dominus magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ replebit illum. *Eccl.* 39. *v.* 7. 8.

2. Prædeſtinati ſecundùm propoſitum ejus, qui operatur omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ. *Epheſ.* 1. *v.* 11.

3. Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti: quia non defecerunt miſerationes ejus. *Thren.* 3. *v.* 22.

CAPVT XXII.

Voluntas Dei antecedens, & conſequens conditionata, illa mutatur aliquando, hæc nunquam.

1. SI pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum adversùs eam: agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitavi, ut ei facerem: & ſubitò loquar de gente, & de regno, ut ædificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam: pœnitentiam agam ſuper bono, quod locutus ſum, ut facerem ei. *Jerem.* 18. *v.* 8. 9. 10.

2. Quis ſcit, ſi convertatur & ignoſcat Deus: & revertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus? & vidit Deus opera eorum: quia converſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt Deus ſuper malitia, quam locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit. *Iona.* 3. *v.* 9. 10.

3. Nonne vidiſti humilitatem Achab coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus ejus, ſed in diebus filii ſui inferam malum domui ejus. 3. *Regum.* 21. *v.* 29.

4. Juravit Dominus exercituum, dicens: ſi non, ut putavi, ita erit, & quomodo mente tractavi, ſic eveniet, hoc conſilium, quod cogitavi ſuper omnem terram, & hæc eſt manus extenta ſuper univerſas gentes, Dominus enim exercituum decrevit, & quis poterit infirmare? & manus ejus extenta, & quis avertet eam? *Iſa.* 14. *v.* 24. 26. 27.

Digitized by Google

5. Ab initio ego ipſe, & non eſt, qui de manu mea eruat: operabor, & quis avertet illud? *Iſa.* 43. *v.* 15.

6. Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. *Iſa.* 46. *v.* 10.

7. Nunc itaque dico vobis, diſcedite ab hominibus iſtis, & ſinite illos: quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium hoc, aut opus, diſſolvetur: ſi verò ex Deo eſt, non poteritis diſſolvere illud, ne fortè & Deo repugnare inveniamini: conſenſerunt autem illi. *Act.* 5. *v.* 38. 39.

8. Dominus diſſipat conſilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia Principum. Conſilium autem Domini in æternum manet: cogitationes cordis ejus in generatione & generationem. *Pſal.* 32. *v.* 10. 11.

CAPVT XXIII.

Omnipotentia Dei.

1. EGo Deus omnipotens, ambula coram me, & eſto perfectus. *Gen.* 17. *v.* 1.

2. Domine Rex omnipotens, in ditione enim tua, cuncta ſunt poſita, & non eſt, qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati. *Eſther.* 13. *v.* 9.

3. In verbo ejus ſtetit aqua, ſicut congeries: & in ſermone oris illius ſunt exceptoria aquarum: quoniam in præcepto ipſius placor fit, & non eſt minoratio in ſalute ipſius. *Eccl.* 39. *v.* 22. 23.

4. Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum, equus paratur ad diem belli, Dominus autem ſalutem tribuit. *Prov.* 21. *v.* 30. 31.

5. Multi tyranni ſederunt in throno, & inſuſpicabilis portavit diadema, multi potentes oppreſſi ſunt validè, & glorioſi traditi in manus alterorum. *Eccl.* 11. *v.* 5. 6.

6. Adonai Domine, magnus es tu, & præclarus in virtute tua, quem nemo ſuperare poteſt. Tibi ſerviat omnis creatura tua: quia dixiſti, & facta ſunt, miſiſti ſpiritum tuum, & creata ſunt, & non eſt, qui reſiſtat voci tuæ. *Judith.* 16. *v.* 16. 17.

7. Ecce cœlum & cœli cœlorum, abyſſus & univerſa terra, & omnia, quæ in eis ſunt, in conſpectu illius commovebuntur, montes ſimul & colles, & fundamenta terræ, cum conſpexerit illa Deus, tremore concutientur. *Eccli.* 16. *v.* 18. 19.

Digitized by Google

8. In judicio Dei opera illius ab initio & ab inſtitutione ipſorum diſtinxit partes illorum, & initia eorum in gentibus ſuis, ornavit in æternum opera illorum, nec eſurierunt, nec laboraverunt, & non deſtiterunt ab operibus ſuis, unuſquiſque proximum ſibi non anguſtiabit uſque in æternum. *Eccli.* 16. *v.* 26. 27.

9. Qui vivit in æternum, creavit omnia ſimul, Deus ſolus juſtificabitur, & manet invictus Rex in æternum. *Eccl.* 18. *v.* 1.

10. Ipſe ſolus eſt, & nemo poteſt avertere cogitationem: & anima ejus, quodcunque voluit, hoc fecit. *Job.* 23. *v.* 13.

11. Multum valere, tibi ſoli ſupererat ſemper: & virtuti brachii tui quis reſiſtet? quoniam tanquam momentum ſtateræ, ſic eſt ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, quæ deſcendit in terram. *Sap.* 11. *v.* 22.

12. Subeſt tibi, cum volueris, poſſe. *Sap.* 12. *v.* 18.

13. Tu es Domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem, & deducis ad portas mortis, & reducis. Sed tuam manum effugere impoſſibile eſt. *Sap.* 16. *v.* 13. 15.

14. Quis dicit tibi: quid feciſti? aut quis ſtabit contra judicium tuum? aut quis in conſpectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit, ſi perierint nationes, quas tu feciſti? *Sap.* 12. *v.* 12.

15. Deus cujus iræ nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curvantur, qui portant orbem. *Job.* 9. *v.* 13.

16. Si ſubverterit omnia, vel in unum coarctaverit, quis contradicit ei, vel quis dicere ei poteſt, cur ita facis? *Iob.* 11. *v.* 10.

17. Adducit conſiliarios in ſtultum finem, & judices in ſtuporem: Balteum Regum diſſolvit, & præcingit fune renes eorum. *Iob.* 12. *v.* 17.

18. Qui ſedet ſuper gyrum terræ, & habitatores ejus ſunt quaſi locuſtæ: qui extendit velut nihilum cœlos, & expandit eos ſicut tabernaculum ad inhabitandum, qui dat ſecretorum ſcrutatores, quaſi non ſint, judices terræ velut inane fecit. Levate in excelſum oculos veſtros, & videte, quis creavit hæc, qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat: præ multitudine fortitudinis, & roboris, virtutisque ejus, neque unum reliquum fuit. *Iſa.* 40. *v.* 22. 26.

19. Ego ſum Dominus faciens omnia, extendens cœlos ſolus, ſtabiliens terram, & nullus mecum. Irrita faciens ſigna divinorum, & ariolos in furorem vertens: convertens ſapientes retrorsùm, & ſcien-

tiam,

Digitized by Google

tiam illorum ſtultam faciens: ſuſcitans verbum ſervi ſui, & conſilium nunciorum ſuorum complens. Qui dico Jeruſalem: habitaberis; & civitatibus Juda: ædificabimini, & deſerta ejus ſuſcitabo; qui dico profundo: deſolare: & flumina tua areſaciam: qui dico Cyro: paſtor meus es, & omnem voluntatem meam complebis, qui dico Jeruſalem, ædificaberis; & templo fundaberis. *Iſa.* 44. *v.* 24.

CAPVT XXIV.

Juſtitia Dei.

1. JUſtus Dominus & juſtitiam dilexit, æquitatem vidit vultus ejus. *Pſal.* 10. *v.* 7.

2. Juſtus es Domine, & rectum judicium tuum. *Pſal.* 118. *v.* 17.

3. Juſtitia tua, juſtitia in æternum. *Pſal.* 118. *v.* 142.

4. Reddet unicuique ſecundùm opera ejus, iis quidem qui ſecundùm patientiam boni operis gloriam, honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam; iis autem, qui ſunt ex contentione, & non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio. *Rom.* 2. *v.* 6. 7. 8.

5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut reddat unuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum. 2. *Cor.* 5. *v.* 10.

6. Curſum conſummavi, fidem ſervavi: in reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus judex, non ſolùm autem mihi, ſed & iis, qui diligunt adventum ejus. 2. *Timo.* 4. *v.* 8.

7. Viri cordati audite me, abſit à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas, opus enim hominis reddet ei, & juxta vias ſingulorum reddet eis, verè enim Deus non condemnabit fruſtrà, nec omnipotens ſubvertet judicium. *Job.* 34. *v.* 10.

8. Nonne ſi bene egeris, recipies: ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit? *Gen.* 4. *v.* 7.

9. Date & dabitur vobis menſuram bonam & confertam, & coagitatam, & ſuper effluentem dabunt in ſinum veſtrum: eâdem quippe menſurâ, qua menſi fueritis, remetietur vobis. *Luca* 6. *v.* 38.

10. In die bona fruere bonis, & malam diem præcave, ſicut enim hanc, ſic & illam fecit Deus, ut non inveniat homo, contra eum

juſtas quærimonias. *Eccli. 7. v. 15.*

11. Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in judicium pro omni errato, ſive bonum, ſive malum ſit. *Eccli. 12. c. 14.*

12. In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus: ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur juſtitiam, acceptus eſt illi. *Actor. 10. v. 34.*

13. Qui non accipit perſonas Principum, non cognovit Tyrannum: cum diſceptaret contra pauperem, opus enim manuum ejus ſunt univerſi. *Iob. 34. v. 19.*

14. Non ſubtrahet perſonam cujuſquam Deus: nec verebitur magnitudinem cujuſquam: quoniàm puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt ei cura de omnibus. *Sap. 6. v. 8.*

15. Fugite à facie gladii, quoniam ultor iniquitatum gladius eſt, & ſcitote eſſe judicium. *Job. 19. v. 29.*

De juſtitia vindicativa Dei, actum eſt titulo de juſtitia. Cap. 31. & ſequentibus, uti & de aliis huc etiam ſpectantibus.

CAPVT XXV.

Miſericordia Dei.

1. EGo ſum Dominus Deus tuus, faciens miſericordiam in millia, his qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea. *Exo. 20. v. 6.*

2. Dominator Domine Deus, miſericors & clemens, patiens & multæ miſerationis, ac verax. *Exo. 34. v. 6.*

3. Miſericordiâ Domini plena eſt terra. *Pſal. 32. v. 5.*

4. Quia liberabit pauperem à potente, & pauperem, cui non erat adjutor. *Pſal. 71. v. 12.*

5. Secundùm magnitudinem ipſius, ſic & miſericordia cum ipſo eſt. *Eccli. 2. v. 23.*

6. Melior eſt miſericordia tua ſuper vitas. *Pſal. 62. v. 4.*

7. Suavis Dominus univerſis, & miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus. *Pſal. 144. v. 9.*

8. Non tardat Dominus promiſſionem ſuam, ſicut quidam exiſtimant: ſe dpatienter agit propter vos, nolens aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam reverti. *2. Pet. 3. v. 9.*

9. Suſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum:

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXVI.

Cauſæ, cur noſtri miſereatur Deus.

1. QUomodo miſeretur Pater filiorum, miſeratus eſt Dominus timentibus ſe, quoniam ipſe cognovit figmentum noſtrum: recordatus eſt, quoniam pulvis ſumus; homo ſicut fœnum, dies ejus tanquam flos agri ſic efflorebit. *Pſal:* 102: *v.* 13:

2. Hæc dicit Dominus Deus: non propter vos ego faciam domus Iſraël, ſed propter ſanctum meum, quod polluiſtis in gentibus, ad quas intrâſtis. *Ezech.* 36. *v.* 22.

3. Non propter vos ego faciam, ait Dominus Deus, notum ſit vobis: confundimini & erubeſcite, ſuper viis veſtris, domus Iſraël. *Ezech.* 36. *v.* 32:

4. Quàm magna miſericordia Domini, & propitiatio illius convertentibus ad ſe! nec enim omnia poſſunt eſſe in hominibus, quoniam non eſt immortalis filius hominis, & in vanitate malitiæ placuerunt. Quid lucidiùs Sole? & hic deficiet, aut quid nequiùs, quàm quod excogitavit caro & ſanguis? & hoc arguetur. Virtutem altitudinis cœli ipſe conſpicit, & omnes homines terra & cinis. *Eccli.* 17: *v.* 28.

5. Quid eſt homo, & quæ eſt gratia illius? & quid eſt bonum aut nequam illius? numerus dierum hominum ut multum centum anni, quaſi guttæ aquæ maris deputati ſunt, & ſicut calculus arenæ, ſic exigui anni in die ævi. Propter hoc patiens eſt Deus in illis, & affundit ſuper eos miſericordiam ſuam. Vidit præſumptionem cordis eorum, quoniam mala eſt, & cognovit ſubverſionem eorum, quoniam nequam eſt: ideò adimplevit propitiationem ſuam in illis, & oſtendit eis viam æquitatis. *Eccl.* 18. *v.* 7. 8. 9. 10. 11.

CAPVT XXVII.

Miſericordia Dei & juſtitia ſimul.

1. MIſericordiam & judicium cantabo tibi Domine: *Pſal.* 100. *v.* 1:

2. Univerſæ viæ Domini miſericordia & veritas: *Pſal.* 24. *v.* 10.

3. Mi-

3. Miſericordia & ira eſt cum illo: potens exoratio, & effundens iram: ſecundùm miſericordiam ſuam, ſic correptio illius hominem ſecundùm opera ſua judicat. Non effugiet in rapina peccator, & non retardabit ſufferentia miſericordiam facientis. *Eccli.* 16. *v.* 12.

4. Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. *Habac.* 3. *v.* 2.

5. Superexaltat autem miſericordia judicium. *Iac.* 2. *v.* 13.

6. Quoniam ira in indignatione ejus, & vita in voluntate ejus: ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. *Pſal.* 29. *v.* 6.

7. Sicut in monte diviſionum ſtabit Dominus: ſicut in valle, quæ in Gabaon iraſcetur, ut faciat opus ſuum, alienum opus ejus, ut operetur opus ſuum, peregrinum eſt opus ejus ab eo. *Iſa.* 28. *v.* 21.

8. Quia non repellet in ſempiternum Dominus quia ſi abjecit, & miſerebitur. Secundùm multitudinem miſerationum ſuarum: non enim humiliavit ex corde ſuo, & abjecit filios hominum. *Thren.* 3. *v.* 31.

9. Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis. *Iſa.* 1. *v.* 24.

CAPUT XXVIII.

In præſumentes de miſericordia Dei.

1. NE dixeris: peccavi, & quid mihi accidit triſte? altiſſimus enim eſt patiens redditor, & ne dicas: miſeratio Domini magna eſt: multitudinis peccatorum meorum miſerebitur, miſericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores reſpicit ira illius. *Eccli.* 5. *v.* 4. 6. 7.

2. Etenim quia non profertur citò contra malos ſententia, abſque timore ullo filij hominum perpetrant mala. *Eccl.* 8. *v.* 11.

Vide infra verbo Deſperatio & Præſumptio.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXIX.

Amor Dei erga omnes, etiam peccatores.

1. MIſereris omnium, quia omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam, diligis enim omnia, quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti: nec enim odiens aliquid conſtituiſti aut feciſti. *Sap.* 11. *v.* 24.

2. Parcis omnibus, quoniam tua ſunt Domine, qui amas animas. *Sap.* 11. *v.* 27.

3. O quàm bonus & ſuavis eſt Domine Spiritus tuus in omnibus! ideoque eos, qui exerrant, partibus corripis: & de quibus peccant, admones & alloqueris: ut relictâ malitiâ credant in te Domine. *Sap.* 12. *v.* 1.

4. Ob hoc, quòd omnium Dominus es, omnibus tuis parcere facis. *Sap.* 12. *v.* 16.

5. Videte, qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur, & ſimus. 1. *Joan.* 3. *v.* 1.

6. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum unigenitum miſit Deus in mundum, vt vivamus per eum. In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris: in hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, ut fiduciam habeamus in die judicii: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. 1. *Ioan.* 4. *v.* 9.

7. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. *Joan.* 3. *v.* 16.

CAPVT XXX.

Amat Deus peccatores non quà peccatores, ſed quà homines Chriſti ſanguine redemptos, iiſq; peccata condonat.

1. IN charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miſerans. *Hier.* 31. *v.* 3.

2. Sanabo contritiones eorum, diligam eos ſpontaneè: quia

averſus eſt furor meus ab eis. *Oſee.* 14. *v.* 5.

3. Ego ſum ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. *Iſa.* 43. *v.* 25.

4. Propter nomen meum longè faciam furorem meum: propter me, propter me faciam, ut non blaſphemer. *Iſa.* 48. *v.* 9.

5. Ita gaudium erit in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta novem juſtis, qui non indigent pœnitentiâ. *Luca* 15. *v.* 7.

CAPVT XXXI.

Deus omnibus hominibus vult æternam Beatitudinem.

1. OMnes homines vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 1. *Tim.* 2. *v.* 4.

2. Hæc eſt voluntas ejus, qui miſit me Patris: ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in noviſſimo die; hæc eſt autem voluntas Patris mei, qui miſit me, ut omnis, qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die. *Ioan.* 6. *v.* 39.

3. Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam: in capite turbarum clamitat, in foribus portarum urbis profert verba ſua, dicens: uſquequo parvuli diligitis infantiam, & ſtulti ea, quæ ſunt ſibi noxia diligent? & imprudentes odibunt ſcientiam? *Prov.* 1. *v.* 20.

4. Ei autem, qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter, quam petimus, aut intelligimus, ſecundùm virtutem, quæ operatur in nobis: ipſi gloria in Eccleſia, & in Chriſto Ieſu in omnes generationes ſæculi ſæculorum, Amen. *Epheſ.* 3. *v.* 20.

5. Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. 1. *Cor:* 5. *v:* 19.

Vide plura verbo, Chriſtus, cap: 11:

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXXII.

Providentia Dei ergà omnes.

1. PUſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt illa cura de omnibus. *Sap.* 6. *v.* 8.

2. Affingit à fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaviter. *Sap.* 8. *v:* 1.

3, Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum quæ faciunt verbum ejus. *Pſal.* 148. *v.* 8.

4. Domine in cœlo miſericordia tua: & veritas tua uſque ad nubes. *Pſal.* 35. *v.* 6.

5. Qui præcipit Soli, & non oritur: & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo. *Iob.* 9. *v.* 7.

6. Præceptum poſuit, & non præteribit. *Pſal.* 148. *v.* 6.

7. Nonnè duo paſſeres aſſe væneruut: & unus ex illis non cadet in terram ſine Patre veſtro? *Matt.* 10. *v.* 29.

8. Reſpicite volatilia cœli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater veſter cœleſtis paſcit illa: nonnè vos magis pluris eſtis illis? *Matt.* 6. *v.* 26.

9. Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt: non laborant, neque nent. Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quantò magis vos modicæ fidei. *Matth.* 6. *v.* 28.

10. Non eſt alius Deus quam tu: cui cura eſt de omnibus. *Sap.* 12. *v.* 13.

11. Tua autem providentia gubernat. *Sap.* 14. *v.* 3.

CAPVT XXXIII.

In negantes Providentiam Dei.

1. VIſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis: qui dicunt in cordibus ſuis: non faciet benè Dominus, & non faciet malè. *Sopho.* 1. *v.* 12.

2. Laborare feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris, & dixiſtis:

in quo eum fecimus laborare? in eo, quod dicitis: omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu Domini, & tales ei placent: aut certè, ubi eſt Deus judicii? *Malach. 2. v. 17.*

3. Dixiſtis: vanus eſt, qui ſervit Deo, & quod emolumentum, quia cuſtodivimus præcepta ejus, & quia ambulavimus triſtes coram Domino exercituum? ergo nunc beatos dicimus arrogantes, ſiquidem ædificati ſunt facientes impietatem, & tentaverunt Deum, & ſalvi facti ſunt. *Malach. 3. v. 14.*

4. Ne dederis os tuum, ut peccare facias carnem tuam, neque dicas coram Angelo, non eſt providentia: ne fortè iratus Deus contra ſermones tuos diſſipet cuncta opera manuum tuarum. *Eccle. 5. v. 5.*

5. Certè vides fili hominis, quæ ſeniores domus Iſraël faciunt in tenebris, unuſquiſque in abſcondito cubilis ſui: dicunt enim, non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram. Ergò & ego faciam in furore, non parcet oculus meus, nec miſerebor: & cum clamaverint ad aures meas voce magnâ, non exaudiam eos. *Ezech. 8. v. 12.*

6. Iniquitas domûs Iſraël & Iuda magna eſt, nimis valdè, & repleta eſt terra ſanguinibus, & civitas repleta eſt averſione: dixerunt enim: dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt, igitur & meus non parcet oculus, neque miſerebor, viam eorum ſuper caput eorum reddam. *Ezech. 9. v. 9.*

7. Propter quid irritavit impius Deum? dixit enim in corde ſuo non requiret, vides, quoniam tu laborem & dolorem conſideras, ut tradas eos in manus tuas. *Pſal. 9. v. 13.*

CAPUT XXXIV.

Electio, Prædeſtinatio, Vocatio generatim.

1. Elegit nos in ipſo ante conſtitutionem mundi. *Epheſ. 1. verſ. 4.*

2. Prædeſtinavit nos in adoptionem filiorum Dei. *Epheſ. 1. v. 5.*

3. Loquimur Dei Sapientiam, quam prædeſtinavit Deus ante ſæcula. *1. Cor. 2. v. 7.*

4. Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. *Matt. 25. v. 34.*

5. Quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imaginis filii ſui. *Rom. 8. v. 29.*

6. Quos

Digitized by Google

6. Quos prædeſtinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & juſtificavit: quos autem juſtificavit, illos & glorificavit. *Rom.* 8. *verſ.* 30.

7. Multi vocati, pauci verò electi. *Matt.* 20. *v.* 16.

CAPVT XXXV.

Electionem ad gloriam fieri ex mera Dei miſericordia & liberalitate, adeóque priorem eſſe Prædeſtinatione.

1. CRediderunt, quotquot erant præordinati ad vitam æternam. *Act.* 13. *v.*48.

2. Nolite timere puſillus grex, quoniam complacuit Patri veſtro, dare vobis regnum. *Luca* 12. *v.* 22.

3. Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum ejus: placita enim erat Deo anima illius. *Sap.* 4. *v.* 14.

4. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt Sancti. *Rom.* 8. *verſ.* 18.

5. Niſi breviati fuiſſent dies illi, non fieret ſalva omnis caro: ſed propter electos breviabuntur dies. *Matt.* 24. *v.* 22. *Et paulò poſt*: Pſeudoprophetæ dabunt ſigna magna: ita ut in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi. *ibidem v.* 24.

6. Non eſt volentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis. *Rom.* 9. *v.* 16.

7. Si autem gratia jam non ex operibus; alioqui gratia jam non eſt gratia. *Rom.* 11. *v.* 6.

8. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, ut eatis & fructum afferatis. *Ioan.* 15. *v.* 16.

9. Stipendium peccati mors: gratia autem Dei vita æterna. *Rom.* 6. *v.* 23.

10. Cùm nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent aut mali, ut ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret: non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei: quia major ſerviet minori; ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. *Rom.* 9. *v.* 11. *ubi & ſubdit.*

Digitized by Google

11. An non habet poteſtatem figulus luti ex eâdem maſsâ facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? *Ibidem verſ.* 21.

12. Quis enim te diſcernit? quid autem habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? 1. *Corint.* 4. *verſ.* 7.

CAPUT XXXVI.

Retributionem præmii juxta ordinem executionis fieri intuitu meritorum.

1. VEnite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſurivi enim & dediſtis mihi manducare; &c. *Matt.* 25. *v.* 34.

2. Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit; quæ præparavit Deus iis, qui diligunt eum. 1. *Cor.* 2. *v.* 9.

3. Quodcunque facitis, ex animo operamini, ſicut Domino & non hominibus, ſcientes, quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis. *Coloſ.* 3. *v.* 23.

4. Si autem filii & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Si tamen compatimur, ut & conglorificemur. *Rom.* 8. *verſ.* 17.

5. Bonum certamen certavi, in reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus judex. 2. *Timo.* 4. *verſ.* 8.

Vide plura verbo Meritum, & *verbo* Arbitrium liberum, *verbo* Gratia & *verbo* Acceptio perſonarum. *Vide etiam hîc ſupra. c.* 31.

CAPUT XXXVII.

Specialis amor Dei erga fideles, prædeſtinatos, & juſtos.

1. IN die illa vinea meri cantabit ei: ego Dominus, qui ſervo eam, repentè propinabo ei: ne fortè viſitetur contra eam, nocte & die ſervo eam. Indignatio non eſt mihi, quis dabit me ſpinam & veprem in prælio: gradiar ſuper eam, ſuccendam eam pariter? an

Digitized by Google

an potius tenebit fortitudinem meam, faciet pacem mihi, pacem faciet mihi? Iſa. 27. v. 2.

2. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet: in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo levabit: fœtas ipſe portabit. Iſa. 40. v. 11.

3. Audite me domus Jacob, & omne reſiduum domus Iſrael, qui portamini à meo utero, qui geſtamini à mea vulvâ: uſque ad ſenectam ego ipſe, & uſque ad canos ego portabo: ego feci: & ego feram, ego portabo & ſalvabo. Iſa. 46. v. 3.

4. Si filius honorabilis mihi Ephraim, ſi puer delicatus: quia ex quo ſum locutus de ipſo, adhuc recordabor ejus, idcircò conturbata ſunt viſcera mea ſuper eum, miſerans miſerebor ejus, ait Dominus. Hierem. 31. v. 20.

5. Cuſtodiet rectorum ſalutem, & proteget gradientes ſimpliciter, ſervans ſemitas juſtitiæ, & vias Sanctorum cuſtodiens. Prov. 2. verſ. 7.

6. Ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio ejus. Zach. 2. v. 5.

7. Aliquoties uſque ad mortem periclitatus ſum, horum causâ & liberatus ſum gratia Dei. Spiritus timentium Deum quæritur, & in reſpectu illius benedicetur. Spes enim illorum in ſalvantem eos, & oculi Dei in diligentes ſe. Eccli. 34. v. 13.

8. Si non eſt offenſio populi hujus, coram Deo ſuo, non poterimus reſiſtere illis: quoniam Deus illorum defendet illos: & erimus opprobrium univerſæ terræ. Iudith 5. v. 25.

9. Ubicunque ingreſſi ſunt ſine arcu & ſagitta, & abſque ſcuto & gladio Deus eorum prò eis pugnavit & vicit, & non fuit, qui inſultaret populo iſti, niſi quando receſſit à cultu Domini Dei ſui. Judith 5. v. 16.

10. Quàm bonus Iſraël Deus his, qui recto ſunt corde! Pſ. 72. v. 1.

11. Oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum: vultus autem Domini ſuper facientes mala, ut perdet de terra memoriam eorum. Pſal. 33. v. 15. 16.

12. Deus non projiciet ſimplicem, nec porriget manum ſuam malignis: donec impleatur riſu os tuum, & labia tua jubilo. Qui oderunt te, induentur confuſione: & tabernaculum impiorum non ſubſiſtet. Job. 8. v. 20.

Vide verbo, Juſtitia.

Digitized by Google

CAPVT XXXVIII.

Prædeſtinationis certitudo.

1. OVes meæ vocem meam audiunt, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea. *Ioan.* 10. *v.* 27.

2. Firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc: cognovit Dominus, qui ſunt ejus. 2. *Timo.* 2. *v.* 19.

3. Ut oſtenderet divitias gloriæ ſuæ, in vaſa miſericordiæ, quæ præparavit in gloriam. *Rom.* 9. *v.* 23.

4. Quis nos ſeparabit à Charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? ſed in his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos. *ad Rom.* 8. *verſ.* 35. & 36.

5. Certus enim ſum, quia neque mors, neque vita, neque creatura alia poterit nos ſeparare à Charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. *ibidem. v.* 38.

Vide verbo, Fiducia juſtorum: & *verbo* Impiorum præſumptio.

CAPVT XXXIX.

Liber Vitæ.

1. GAudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. *Lucæ* 10. *v.* 20.

2. Recedentes à te in terrâ ſcribentur. *Hier.* 17. *v.* 13.

3. Deleantur de libro viventium, & cum juſtis non ſcribantur. *Pſal.* 68. *verſ.* 29.

4. Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur. *Pſal.* 138. *v.* 15.

5. Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro, quem ſcripſiſti. *Exo.* 32. *v.* 32.

6. Qui peccaverit delebo eum de libro meo. *ibidem.*

7. Optabam ego anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis: *Rom.* 9. *v.* 3.

Digitized by Google

CAPUT XL.

Reprobationis poſitivæ cauſa & effectus.

1. DEus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum. *Sap.* 1. *v.* 13.

2. Nolo mortem peccatoris, ſed ut magis convertatur & vivat. *Ezech.* 18. *v.* 32.

3. Perditio tua Iſraël tantummodò in me auxilium tuum. *Oſeæ* 13. *v.* 9.

4. Commutaverunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt & ſervierunt creaturæ potius quàm creatori: propterea tradidit illos Deus in paſſione ignominiæ. *Rom.* 1. *v.* 25.

5. Sicut non probaverunt Deum habere in notitiâ, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum. *ibidem v.* 16.

6. Eò quòd charitatem veritatis non receperunt, ut ſalvi fierent, ideò mittet illis Deus operationem erroris. 2. *Theſ.* 2. *v.* 10.

7. Durâ cervice & incircumciſis cordibus & auribus; vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis. *Act.* 7. *v.* 51.

8. Vocavi, & renuiſtis. *Prov.* 1. *v.* 24.

9. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti. *Matt.* 23. *v.* 37.

10. Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra. *Pſal.* 94. *v.* 8.

11. Ira & indignatio in omnem animam hominis operantis malum. *Rom.* 2. *v.* 9.

12. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis ejus. Eſurivi enim & non dediſtis mihi manducare. *Matth.* 25. *v.* 41.

CAPUT XLI.

Reprobationis negativæ cauſa & effectus.

1. PEr unum hominem peccatum intravit in hunc mundum, & per peccatum mors. *Rom.* 5. *v.* 12.

2. Per inobedientiam unius, peccatores conſtituti ſunt multi. *Rom.* 5. *v.* 19.

Digitized by Google

3. Cùm nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent aut mali (ut ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret) non ex operibus, ſed ex voluntate dictum eſt ei: quia major ſerviet minori; ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau odio habui. *Rom.* 9. *v.* 11.

4. Cujus vult miſeretur, & quem vult indurat. *ibidem v.* 18.

5. An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? *ibid.* v. 21.

6. Deus in præteritis generationibus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas. *Act.* 14. *v.* 15.

7. Fracti ſunt rami propter incredulitatem. *Rom.* 11. *v.* 20.

8. Deus non odit Eſau hominem, ſed Eſau peccatorem. *S. Auguſtin. lib.* 1. *ad Simplicia.* 9. *v.* 2.

9. Quibus Deus miſericordiam non impertitur, ut non impertiatur, merentur. *S. Aug. Epiſt.* 105. *vide ſupra c.* 35.

CAPVT XLII.

Numerus electorum exiguus quidem reſpectu omnium reproborum, nihilominus abſolutè magnus.

1. Multi ſunt vocati, pauci verò electi. *Matt.* 20. *v.* 16.

2. Lata porta & ſpacioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui ambulant per eam. *Matt.* 7. *v.* 13.

3. Quàm anguſta porta & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam! & pauci ſunt, qui inveniunt eam. *Matt.* 7. *v.* 14.

4. Contendite intrare per anguſtam portam, quia multi, dico vobis, quærent intrare & non poterunt. *Luca* 13. *v.* 24.

5. Neſcitis, quòd ii, qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt; ſed unus accipit bravium? 1. *Cor.* 9. *v.* 24.

6. Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet; & illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam. 1. *Cor.* 9. *v.* 25.

7. Et relinquetur in eo ſicut racemus, & ſicut excuſſio oleæ duarum vel trium olivarum in ſummitate rami, ſive quatuor aut quinque in cacuminibus ejus fructus ejus, dicit Dominus Deus Iſraël. *Iſa.* 17. *verſ.* 6.

8. In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ & ſertum ex-

Digitized by Google

exultationis reſiduo populi ſui. *Iſa.* 28. *v.* 5.

9. Erit anima Domini mei cuſtodita, quaſi in faſciculo viventium, apud Dominum Deum tuum. 1. *Regum.* 25. *v.* 29.

10. Domine à paucis de terra divide eos. *Pſal.* 16. *v.* 14.

11. Qui ædificat in cœlo aſſenſionem ſuam, & faſciculum ſuum ſuper terram fundavit. *Amos* 9. *v.* 6.

12. Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro, dare vobis regnum. *Lucæ* 12. *v.* 32.

13. Ab Oriente portæ tres, & ab Aquilone portæ tres, & ab Auſtro portæ tres, & ab Occaſu portæ tres. *Apoc.* 21. *verſ.* 13.

14. Venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Auſtro, & accumbent in regno Dei. *Lucæ* 13. *v.* 29.

15. Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis ſtantes ante thronum, & in conſpectu agni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum. *Apoc.* 7. *v.* 9.

16. Acceſſiſtis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis Ieruſalem cœleſtem, & multorum millium Angelorum frequentiam. *Hebr.* 12. *v.* 22.

17. Millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei. *Dan.* 7. *v.* 10.

18. Nunquid eſt numerus militum ejus? & ſuper quem non ſurget lumen illius? *Job.* 25. *v.* 3.

19. Illuc aſcenderunt tribus, tribus Domini teſtimonium Iſrael, ad confitendum nomini Domini. *Pſal.* 121. *v.* 4.

PARS II.

De Sanctiſsima Trinitate.

PRÆFATIO.

De hoc myſterio ſcripſit Magiſter Sententiarum cum Scholaſticis *in* 1. *Diſt.* 2. S. Thomas 1. *p. q.* 27. *& ſequentibus.* De eodem etiam Auguſtinus edidit libros 15. Hilarius 12. Richardus Victorinus 6. Boetius 2. Scripturæ divinæ do-

cumenta, quibus Myſterium hoc declaratur, ad ſequentia capita congruè videntur poſſe revocari.

CAPUT PRIMUM.

Trinitas Perſonarum in Unitate Naturæ.

1. DIxit Deus: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. *Gen.* 1. *v.* 26.

2. Et dixit Deus: Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt. *Gen.* 3. *v.* 22.

3. Dixit Dominus: Venite deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum. *Gen.* 11. *v.* 7.

4. Apparuit Dominus Abrahæ in convalle Mambre, ſedenti in oſtio tabernaculi ſui, in ipſo fervore diei. Cumque elevâſſet oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes propè eum: quos cùm vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum, de oſtio tabernaculi ſui, & adoravit in terram; & dixit: Domine, ſi inveni gratiam in oculis tuis, &c. *Gen.* 18. *v.* 1.

5. Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem à Domino de cœlo. *Gen.* 19. *v.* 24.

6. Verbo Domini cœli firmati ſunt: & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum, *Pſal.* 32. *v.* 6.

7. Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ. *Pſal.* 66. *v.* 8.

8. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum: plena eſt omnis terra gloriâ ejus. *Iſa.* 6. *v.* 3.

9. Dicit Dominus: ſalvabo eos in Domino Deo ſuo: *Oſee* 1. *verſ.* 7.

10. Dixit Dominus ad ſatan: increpet Dominus in te ſatan; & increpet Dominus in te. *Zach.* 3. *verſ.* 2.

11. Et aperti ſunt ei cœli: & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cœlis, dicens: hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui. *Matt.* 3. *v.* 16. *Marci* 1. *v.* 10. *Lucæ* 3. *v.* 22.

12. Euntes ergò docete omnes gentes: baptizantes eos, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. *Matt.* 28. *v.* 19.

13. Spi-

13. Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: ideoque & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. *Luc.* 1. *v.* 35.

14. Rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum, Spiritus veritatis. Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. *Joan.* 14. *v.* 15.

15. Cùm venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit. *Ioan.* 15. *v.* 26.

16. Dexterâ igitur Dei exaltatus Ieſus, & promiſſione Spiritûs Sancti acceptâ à Patre, effudit hunc, quem vos videtis & auditis. *Act.* 2. *verſ.* 33.

17. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio Spiritus Sancti ſit cum omnibus vobis. 2. *Corr.* 13. *v.* 13.

18. Quoniam eſtis filii, miſit Deus Spiritum Filii ſui in corda veſtra clamantem: Abba Pater. *Galat.* 4. *v.* 6.

19. Habemus acceſſum ad Patrem per Filium in uno Spiritu. *Epheſ.* 2. *v.* 18.

20. Flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur, ut det vobis ſecundùm divitias gloriæ ſuæ virtute corroborari, per Spiritum ejus in interiore homine. *Epheſ.* 3. *v.* 14.

21. Electis ſecundùm præſcientiam Dei Patris; in ſanctificationem Spiritus, in obedientiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti. 1. *Pet.* 1. *v.* 2.

22. In hoc cognoſcimus, quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis: quoniam de Spiritu ſuo dedit nobis, & nos videmus & teſtificamur, quoniam Pater miſit filium ſuum Salvatorem mundi. 1. *Joan.* 4. *v.* 13.

23. Et Spiritus eſt, qui teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veritas. Quoniam tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo; Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus: & hi tres unum ſunt. 1. *Joan.* 5. *v.* 6.

24. In Spiritu Sancto orantes voſmetipſos in dilectione Dei ſervate, exſpectantes miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti. *Juda* 1. *verſ.* 20.

CAPVT II.

Pater eſt verus Deus.

1. ASCENDO ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum. *Ioan.* 20. *v.* 17.

2. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. *Ioan.* 17. *v.* 3.

3. Et verbum erat apud Deum. *Ioan.* 1. *v.* 1.

Vide plura verbo Unitas Dei. *Part.* 1. *cap.* 4. *& hic cap.* 2. *numero* 12. *& ſequentibus.*

CAPVT III.

Filius verus eſt Deus æterno Patri conſubſtantialis.

1. DOMINUS dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te. *Pſal.* 2. *v.* 7.

2. Dixit Dominus Domino meo; ſede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus Sanctorum: ex utero ante Luciferum genui te. *Pſal.* 109. *v.* 1. 2. 4.

3. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel. *Iſa.* 9. *v.* 14.

4. Parvulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt Principatus ſuper humerum ejus: & vocabitur nomen ejus admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis. *Iſa.* 9. *v.* 6.

5. Deus ipſe veniet & ſalvabit vos, tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt, tunc ſaliet ſicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum. *Iſa.* 35. *v.* 4.

6. Hæc dicit Dominus: labor Ægypti & negociatio Æthyopiæ, & Sabaim viri ſublimes ad te tranſibunt & tui erunt: poſt te ambulabunt, vincti manicis pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur: tantùm in te eſt Deus, & non eſt abſque te Deus. Verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſraël & Salvator. *Iſa.* 45. *v.* 14. *& ſeq.*

7. Ecce

Digitized by Google

7. Ecce, dies veniunt, dicit Dominus: & ſuſcitabo David germen juſtum; hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, Dominus juſtus noſter. *Jerem.* 23. *v.* 5.

8. Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius adversùs eum. Hic adinvenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt. *Baruch.* 3. *v.* 36.

9. Baptizatus Ieſus confeſtim aſcendit de aqua. Et ecce aperti ſunt ei cœli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe: & ecce vox de cœlis dicens: hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. *Matt.* 3. *v.* 16.

10. Petrus dixit: Tu es Chriſtus Filius Dei vivi. *Matt.* 16. *v.* 16.

11. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. *Joan.* 1. *verſ.* 1.

12. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. *Ioan.* 3. *v.* 16.

13. Iudæi quærebant Chriſtum interficere: quia non ſolùm ſolvebat ſabbathum, ſed & Patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo. *Joan.* 5. *v.* 18.

14. Antequam Abraham fieret, Ego ſum. *Ioan.* 8. *v.* 58.

15. Ego & Pater unum ſumus. *Ioan.* 10. *v.* 30.

16. Creditis in Deum, & in me credite. *Ioan.* 14. *v.* 1.

17. Omnia, quæcunque habet Pater, mea ſunt. *Ioan.* 16. *v.* 15.

18. Thomas dixit Chriſto: Dominus meus & Deus meus. *Joan.* 20. *v.* 29.

19. Vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo. *Act.* 20. *v.* 28.

20. Ex quibus eſt Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula. *Rom.* 9. *v.* 5.

21. Non ab homine accepi Evangelium, neque didici, ſed per revelationem Jeſu Chriſti. *Galat.* 1. *v.* 12.

22. Chriſtus cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo. *Philip.* 2. *v.* 6.

23. In ipſo condita ſunt univerſa in cœlis & in terra viſibilia & invisi-

viſibilia, ſive Throni, ſive Dominationes, ſive Principatus, ſive Poteſtates; omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt: & ipſe eſt ante omnes: & omnia in ipſo conſtant. *Coloſſ.* 1. *v.* 16.

24. Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus; cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, Ego hodie genui te? *Heb.* 1. *v.* 3. & 5.

25. In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit. 1. *Ioan.* 3. *v.* 16.

26. Tres ſunt qui Teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum & Spiritus Sanctus, & hi tres unum ſunt. Et ſimus in vero Filio ejus. Hic eſt verus Deus & vita æterna. 1. *Joan.* 5. *v.* 7. & 20.

27. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Omnipotens, qui erat; & qui eſt, & qui venturus eſt. Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam & honorem & virtutem. *Apoc.* 4. *v.* 8. & 11.

28. Agnus vincet illos, quoniam Dominus Dominorum eſt, & Rex Regum. *Apoc.* 17. *v.* 14.

CAPVT IV.

Spiritus Sanctus Verus Deus eſt, Patri & Filio Conſubſtantialis.

1. SPiritus Domini locutus eſt per me, & ſermo ejus per linguam meam: Dixit Deus Iſraël mihi, locutus eſt fortis Iſraël, Dominator hominum. 2. *Reg.* 23. *v.* 2.

2. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. *Matth.* 28. *v.* 19.

3. Dixit autem Petrus: Anania, cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto? non es mentitus hominibus, ſed Deo. *Act.* 5. *v.* 3. & 4.

4. Neſcitis, quia Templum Dei eſtis? & Spiritus Dei habitat in vobis, ſi quis autem Templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. 1. *Cor.* 3. *v.* 16.

5. An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus Sancti, qui in vobis eſt? glorificate & portate Deum in corpore veſtro. 1. *Cor.* 6. *v.* 19. & 20.

6. Spi-

Digitized by Google

6. Spiritu Sancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. 2. *Pet.* 1. *v.* 21.

7. Multifariam multiſque modis olim loquens Deus in Prophetis. *Heb.* 1. *v.* 1.

8. Attendite vobis & univerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei. *Act.* 10. *v.* 28.

CAPUT V.

Spiritus Sanctus à Patre Filioq; procedit.

1. CUm venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, qui à Patre procedit. *Ioan.* 15. *v.* 26.

2. Ille (Spiritus Sanctus) me clarificabit: quia de meo accipiet,& annuntiabit vobis. *Ioan.* 16. *v.* 14.

3. Inſufflavit (Jeſus) & dicit eis: Accipite Spiritum Sanctum. *Ioan.* 20. *v.* 22.

4. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu: ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus. *Rom.* 8. *v.* 8.

5. Omnia quæ habet Pater, mea ſunt. *Joan.* 16. *v.* 15. (*Exceptâ Paternitate, ut exponit B. Auguſtinus. Pater autem habet potentiam ſpirandi: ergo & Filius.*)

Vide plura capite ſequenti.

CAPUT VI.

Æqualitas, Miſsio & Operatio Perſonarum.

1. QUæcunque Pater facit, hæc & Filius ſimiliter faciet. *Ioan.* 5. *v.* 19.

2. Cùm venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum. *Galat.* 4. *v.* 4.

3. Neſcitis, quia templum Dei eſtis, & Spiritus Sanctus habitat in vobis? 1. *Cor.* 3. *v.* 10.

4. Mea doctrina non eſt mea, ſed ejus qui miſit me. *Ioan.* 7. *verſ.* 16.

5. Cùm tradent vos, nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini, non enim eſtis vos, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. *Matt.* 10. *v.* 19; 20.

6. Ipſe Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filii Dei. *Rom.* 8: *v.* 16.

7. Et vos unctionem, quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis: & non neceſſe habetis, ut aliquis doceat vos, ſed ſicut unctio ejus docet vos de omnibus, & verum eſt, & non eſt mendacium: & ſicut docuit vos, manete in eo. 1. *Ioan.* 2. *v.* 27.

8. Et dabo eis cor unum, & ſpiritum novum tribuam in viſceribus eorum: & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum: ut in præceptis meis ambulent, & præcepta mea cuſtodiant, faciantque ea; ut ſint mihi in populum, & ego ſim eis in Deum. *Ezech.* 11. *v.* 19. 20.

9. Et erit poſt hæc: effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ, ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt, & iuvenes veſtri viſiones videbunt. Sed & ſuper ſervos meos & ancillas in diebus illis effundam ſpiritum meum. *Ioël.* 2. *verſ.* 28. 29.

10. Diviſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. 1. *Cor.* 12. *v.* 4.

11. Fructus Spiritus eſt, charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. *Ad Gal.* 5. *v.* 22. 23.

12. Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, Spiritus Sapientiæ & intellectûs, Spiritus conſilii & fortitudinis, Spiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini. *Iſa.* 11. *v.* 2. 3.

PARS

Digitized by Google

PARS III.

De Deo, ut cauſa efficiens eſt omnium creaturarum, & de harum præcipuis univerſim ac ſpeciatim.

PRÆFATIO.

ALlata hactenus S. Paginæ Documenta ſunt de Deo, quatenus unus eſt in eſſentia, & trinus in perſonis. Adducenda deinceps ſunt de Deo, quatenus eſt Author & Gubernator creaturarum omnium, ac generis humani Redemptor; ſimul etiam de ipſis creaturis, quarum aliæ Spirituales ſunt, ut Angeli; aliæ Corporales, ut opera pleraque ſex dierum; aliæ Mixtæ, & ſpiritu & corpore, ut homines.

CAPUT PRIMUM.

Deus ut Creator.

1. IN Principio creavit Deus cœlum & terram. *Gen. 1. v. 1.* Fiat lux *Ibidem v. 3. & reliqua ſex dierum opera deſcripta ibidem, uſque ad verſum 39.*

2. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona. *Gen. 1. verſ. 31.*

3. Cuncta fecit bona in tempore ſuo. *Eccl. 3. verſ. 11.*

4. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. *Ioan. 1. v. 3.*

5. Domine tu es, qui feciſti cœlum & terram, mare & omnia, quæ in eis ſunt. *Act. 4. v. 24.*

6. Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. *Rom. 11. v. 36.*

Digitized by Google

7: Manus tuæ fecerunt me, & plaſmaverunt me totum in circuitu: & ſic repentè præcipitas me? Memento quæſo, quòd ſicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me. *Job.* 10. *v.* 8. 9.

8. Ego ſum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumeſcunt fluctus ejus, Dominus Exercituum nomen meum. *Iſa.* 51. *v.* 15.

9. Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum; lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti. *Pſ.* 8. *v.* 4.

10. Qui producit in montibus fœnum, & herbam ſervituti hominum, qui dat jumentis eſcam ipſorum, & pullis cervorum invocantibus eum. *Pſ.* 146. *v.* 8. 9.

11. Pater meus uſque modò operatur, & ego operor. *Ioan.* 5. *verſ.* 17.

12. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. *Iacob.* 1. *v.* 17.

CAPUT II.

Opera Dei perfecta & ſummâ ſapientiâ condita.

1. Didici, quòd omnia opera, quæ fecit Deus, perſeverent in perpetuum, non poſſumus eis quidquam addere, nec auferre iis, quæ fecit Deus, ut timeatur. *Eccl.* 3. *v.* 14.

2. Non eſt minuere, neque adjicere, neque invenire magnalia Dei. *Eccli.* 18. *v.* 50.

3. Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti. *Sap.* 11. *v.* 21.

4. Dominus Sapientiâ fundavit terram, cœlos prudentiâ ſtabilivit. Sapientiâ illius eruperunt abyſſi, & nubes rore concreſcunt. *Prov.* 3. *v.* 19. & 20.

5. Quàm magnificata ſunt opera tua Domine? omnia in ſapientia feciſti, impleta eſt terra poſſeſſione tua. *Pſ.* 103. *v.* 24.

6. Omnis ſapientia à Domino Deo eſt, & fuit cum illo ſemper, & eſt ante ævum. Prior omnium creata eſt Sapientia, & intellectus prudentiæ ab ævo. Ipſe creavit illam in Spiritu Sancto, & vidit, & numeravit, & dimenſus eſt. *Eccl.* 11. *v.* 4. & 9.

Digitized by Google

CAPUT III.

Deus ut Gubernator & Conſervator rerum omnium.

1. SOlvat manum ſuam, & ſuccidat me. *Iob.* 6. *v.* 9.
2. Hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vobis. *Sap.* 1. *v.* 7.
3. Quomodo poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes, aut quod à te vocatum non eſſet, conſervaretur? *Sap.* 11. *v.* 26.
4. In ipſo vivimus, & movemur & ſumus. *Act.* 17.
5. Omnia in ipſo conſtant. *Coloſſ.* 1. *v.* 17.
6. Portans omnia verbo virtutis ſuæ. *Heb.* 1. *v.* 3.
7. Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eam. *Pſ.* 126. *v.* 2.
8. Fornacem cuſtodiens in operibus ardoris: tripliciter ſol exurens montes radios igneos exſufflans, & refulgens radiis ſuis obcœcat oculos. *Eccli.* 43. *v.* 4.
9. Ordinatione tua perſeverat dies, quoniam omnia ſerviunt tibi. *Pſal.* 118. *v.* 91.

CAPUT IV.

Deus ut Cooperator & Adjutor.

1. NOn ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis; ſed omnis noſtra ſufficientia, ex Deo eſt. 2. *Cor.* 3. *verſ.* 5.
2. Sine me nihil poteſtis facere. *Joan.* 15. *v.* 25.
3. Deus eſt, qui operatur in vobis velle & perficere. *Phil.* 2. *v.* 13.
4. Deus noſter refugium & virtus, adjutor in tribulationibus. *Pſal.* 45. *v.* 1.
5. Deus adjutor noſter in æternum. *Pſ.* 61. *v.* 9.

CAPUT V.

Deus ut Salvator & Redemptor.

1. DEus in nomine tuo ſalvum me fac. *Pſ.* 51. *v.* 1.
2. Nam & ipſe Deus meus, & Salvator meus. *Pſ.* 61. 3.
3. Ecce Deus Salvator meus. *Iſa.* 12. *v.* 2.

4. Deus ipſe veniet & ſalvabit nos. *Iſa.* 36. *v.* 7.

5. Verè in Domino Deo noſtro ſalus. *Jerem.* 3. *v.* 23.

Vide plura verbo Chriſtus, *& verbo* Gratia.

CAPVT VI.

Angelorum productio, natura, & functio.

1. IN ipſo condita ſunt univerſa in cœlis & terra, viſibilia & inviſibilia, ſive Throni ſive Dominationes. *Coloſſ.* 1. *v.* 16.

2. Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientiâ & decore. *Ezech.* 28. *v.* 12.

3. In nocte illa venit Angelus Domini, & percuſſit in Caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia. 4. *Reg.* 19. *v.* 35.

4. Cùm invenit Agar Angelus Domini, dixit ad illam: Agar, ancilla Sarai, unde venis? & quo vadis? Quæ reſpondit: à facie Sarai Dominæ meæ ego fugio. Dixitque ei Angelus Domini. Revertere ad Dominam tuam, & humilia te ſub manu illius: multiplicans multiplicabo ſemen tuum, & non numerabitur præ multitudine. *Gen.* 17. *verſ.* 7.

5. Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum ſtantem in via evaginato gladio, adoravitque eum pronus in terram. *Num.* 22. *v.* 31.

6. Cùm autem eſſet Ioſue in agro urbis Jericho, vidit virum ſtantem contra ſe, evaginatum tenentem gladium, perexitque ad eum, & ait: noſter es, an adverſariorum? Qui reſpondit, nequaquam, ſed ſum Princeps exercitûs Domini, & nunc venio. Cecidit Joſue pronus in terram, & adorans ait. Quid Dominus meus loquitur ad ſervum ſuum? *Joſue* 5. *v.* 13.

7. Benedicite Domino omnes Angeli ejus, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum ejus. *Pſal.* 102. *verſ.* 20.

8. Qui facit Angelos ſuos Spiritus, & miniſtros ſuos ignem urentem. *Pſ.* 103. *v.* 4.

9. Laudate eum omnes Angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus. *Pſ.* 148. *v.* 2.

10. Millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei. *Dan.* 7. *v.* 10.

11. Ego

Digitized by Google

11. Ego ſum Raphaël, Angelus unus ex ſeptem, qui aſtamus ante Dominum; Cùm eſſem vobiſcum, per voluntatem Dei eram. Videbar quidem vobiſcum manducare & bibere: Sed ego cibo inviſibili & potu, qui ab hominibus videri non poteſt, utor. Tempus eſt ergò ut revertar ad eum, qui me miſit. Et cùm hæc dixiſſet, ab aſpectu eorum ablatus eſt, & ultrà eum videre non potuerunt. *Tob.* 12. *v.* 15. 18. 19. *&* 21.

12. Menſe ſexto miſſus eſt Angelus Gabriel ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Joſeph. *Lucæ* 1. *v.* 26.

13. Ecce, Angelus Domini ſtetit juxta Paſtores, & charitas Dei circumfulſit illos, & dixit illis Angelus: Ecce, Evangelizo vobis gaudium magnum, quia natus eſt vobis hodiè Salvator. Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis laudantium Deum & dicentium: Gloria in altiſſimis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Lucæ* 2. *v.* 9.

14. Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: ſede à dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? Nonnè omnes ſunt adminiſtratorii Spiritus: in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis? *Heb.* 1. *v.* 13.

15. Acceſſiſtis ad multorum millium Angelorum frequentiam. *Heb.* 12. *v.* 22.

16. Profectus eſt Chriſtus in cœlum ſubjectis ſibi Angelis, & Poteſtatibus, & Virtutibus. 1. *Pet.* 3. *v.* 22.

17. Et vidi, & audivi vocem Angelorum multorum in circuitu Throni, & animalium, & Seniorum & erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna: Dignus eſt Agnus, &c. *Apoc.* 5. *verſ.* 11.

CAPVT VII.

Hierarchia Angelorum.

1. Collocavit Deus ante Paradiſum voluptatis Cherubim & flammeum gladium, atque verſatilem, ad cuſtodiendam viam ligni vitæ. *Gen.* 3. *v.* 24.

2. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & elevatum, & ea quæ ſub ipſo erant, replebant Templum. Seraphim ſtabant ſuper illud; ſex alæ uni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem ejus, & duabus

Digitized by Google

duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Exercituum. *Iſa. 6. v. 1.*

3. Michaël unus de Principibus primis venit in adjutorium meum. *Dan. 10. v. 13.*

4. Deus Pater ſuſcitavit Chriſtum à mortuis, conſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus ſupra omnem Principatum & Poteſtatem & virtutem, & Dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolùm in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. *Epheſ. 1. v. 20.*

4. In ipſo condita ſunt univerſa in cœlis & in terra, viſibilia & inviſibilia, ſive Throni, ſive Dominationes, ſive Principatus, ſive Poteſtates: Omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. *Coloſſ. 1. v. 16.*

6. Profectus in cœlum, ſubjectis ſibi Angelis, & poteſtatibus & virtutibus. *1. Pet. 3. v. 22.*

7. Cùm Michaël Archangelus cum Diabolo diſputans, altercaretur de Moyſi corpore, &c. *Judæ. 9.*

CAPUT VIII.

Angeli Deo obediunt, Homines cuſtodiunt, Dæmones pellunt.

1. BEnedicite Domino omnes Angeli ejus, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum ejus. Benedicite Domino omnes virtutes ejus: miniſtri ejus, qui facitis voluntatem ejus. *Pſ. 102. v. 20. & 21.*

2. Et circumbabo domum meam ex his, qui militant mihi, euntes & revertentes, & non tranſibit ſuper eos ultrà exactor. *Zach. 9. v. 8.*

3. Præcedet te Angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum. *Exo. 23. v. 23.*

4. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos. *Pſ. 33. v. 8.*

5. Quoniam Angelis ſuis mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis: in manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. *Pſ. 90. v. 11. & 12.*

6. Videte, ne contemnatis unum ex his puſillis: Angeli enim eorum in cœlis ſemper vident faciem Patris mei, qui in cœlis eſt. *Matt. 10. v. 10.*

7 An-

Digitized by Google

7. Angelus meus vobiſcum eſt. *Baruch* 6. *v*. 6.

8. Angelus ejus eſt. *Act*. 12. *v*. 15.

9. Omnes ſunt Adminiſtratorii Spiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis. *Hebr*. 1. *v*. 14.

10. Et factum eſt prælium magnum in cœlo, Michael & Angeli ejus præliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli ejus non valuerunt, neque locus inventus eſt eorum amplius in cœlo, & projectus eſt Draco, ille magnus ſerpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanas, qui ſeducit univerſum Orbem, & projectus eſt in terram, & angeli ejus cum illo miſſi ſunt. *Apoc*. 12. *v*. 7. 8. 9. 10.

11. Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locum, quem præparavi, obſerva eum, & audi vocem ejus, nec contemnendum putes: quia non dimittet cùm peccaveris, & eſt nomen meum in illo. Quod ſi audieris vocem ejus, & feceris omnia, quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. *Exo*. 23. *v*. 20. 21. 22.

CAPUT IX.

Invocantur licitè & honorantur.

1. Ecce vir luctabatur cum Jacob uſque manè, dixitque ad eum: dimitte me, jam enim aſcendit aurora. Reſpondit, non dimittam te, niſi benedixeris mihi. *Gen*. 32. *v*. 24.

2. Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis, & invocetur ſuper eos nomen meum. *Gen*. 48. *v*. 16.

3. Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum ſtantem in via evaginato gladio, adoravitque eum pronus in terram. *Num*. 22. *v*. 31.

4. Cùm eſſet Ioſue in agro urbis Iericho, levavit oculos, & vidit virum ſtantem contra ſe, evaginatum tenentem gladium, perrexitque ad eum, & ait: Noſter es? an adverſariorum? Qui reſpondit. Nequaquam: Sed ſum Princeps exercitûs Domini, & nunc venio: Cecidit Ioſue pronus in terram, & adorans ait: Quid Dominus meus loquitur ad ſervum ſuum? Solve, inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, ſanctus eſt, fecitque Joſue, ut ſibi

 fuerat

duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Exercituum. *Iſa.* 6. *v.* 1.

3. Michaël unus de Principibus primis venit in adjutorium meum. *Dan.* 10. *v.* 13.

4. Deus Pater ſuſcitavit Chriſtum à mortuis, conſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus ſupra omnem Principatum & Poteſtatem & virtutem, & Dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolùm in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. *Epheſ.* 1. *v.* 20.

4. In ipſo condita ſunt univerſa in cœlis & in terra, viſibilia & inviſibilia, ſive Throni, ſive Dominationes, ſive Principatus, ſive Poteſtates: Omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. *Coloſſ.* 1. *v.* 16.

6. Profectus in cœlum, ſubjectis ſibi Angelis, & poteſtatibus & virtutibus. 1. *Pet.* 3. *v.* 22.

7. Cùm Michaël Archangelus cum Diabolo diſputans, altercaretur de Moyſi corpore, &c. *Judæ.* 9.

CAPVT VIII.

Angeli Deo obediunt, Homines cuſtodiunt, Dæmones pellunt.

1. BEnedicite Domino omnes Angeli ejus, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum ejus. Benedicite Domino omnes virtutes ejus: miniſtri ejus, qui facitis voluntatem ejus. *Pſ.* 102. *v.* 20. & 21.

2. Et circumdabo domum meam ex his, qui militant mihi, euntes & revertentes, & non tranſibit ſuper eos ultrà exactor. *Zach.* 9. *v.* 8.

3. Præcedet te Angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum. *Exo.* 23. *v.* 23.

4. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos. *Pſ.* 33. *v.* 8.

5. Quoniam Angelis ſuis mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis: in manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. *Pſ.* 90. *v.* 11. & 12.

6. Videte, ne contemnatis unum ex his puſillis: Angeli enim eorum in cœlis ſemper vident faciem Patris mei, qui in cœlis eſt. *Matt.* 10. *v.* 10.

7 An-

Digitized by Google

7. Angelus meus vobiſcum eſt. *Baruch* 6. *v.* 6.

8. Angelus ejus eſt. *Act.* 12. *v.* 15.

9. Omnes ſunt Adminiſtratorii Spiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis. *Hebr.* 1. *v.* 14.

10. Et factum eſt prælium magnum in cœlo, Michael & Angeli ejus præliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli ejus non valuerunt, neque locus inventus eſt eorum amplius in cœlo, & projectus eſt Draco, ille magnus ſerpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanas, qui ſeducit univerſum Orbem, & projectus eſt in terram, & angeli ejus cum illo miſſi ſunt. *Apoc.* 12. *v.* 7. 8. 9. 10.

11. Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locum, quem præparavi, obſerva eum, & audi vocem ejus, nec contemnendum putes: quia non dimittet cùm peccaveris, & eſt nomen meum in illo. Quod ſi audieris vocem ejus, & feceris omnia, quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. *Exo.* 23. *v.* 20. 21. 22.

CAPVT IX.

Invocantur licitè & honorantur.

1. ECce vir luctabatur cum Jacob uſque manè, dixitque ad eum: dimitte me, jam enim aſcendit aurora. Reſpondit, non dimittam te, niſi benedixeris mihi. *Gen.* 32. *v.* 24.

2. Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis, & invocetur ſuper eos nomen meum. *Gen.* 48. *v.* 16.

3. Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum ſtantem in via evaginato gladio, adoravitque eum pronus in terram. *Num.* 22. *v.* 31.

4. Cùm eſſet Ioſue in agro urbis Iericho, levavit oculos, & vidit virum ſtantem contra ſe, evaginatum tenentem gladium, perrexitque ad eum, & ait: Noſter es? an adverſariorum? Qui reſpondit. Nequaquam: Sed ſum Princeps exercitûs Domini, & nunc venio: Cecidit Ioſue pronus in terram, & adorans ait: Quid Dominus meus loquitur ad ſervum ſuum? Solve, inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, ſanctus eſt, fecitque Joſue, ut ſibi

Digitized by Google

3. Traxit ſecum tertiam partem ſtellarum. *Apoc.* 12. *v.* 4.

4. Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in judicium reſervari. 2. *Pet.* 2. *v.* 4.

5. Angelos, qui non ſervaverunt ſuum Principatum, ſed deſeruerunt ſuum domicilium, in Iudicium magni diei vinculis æternis ſub caligine reſervavit. *Judæ verſ.* 6.

6. Videbam Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. *Lucæ* 10. *verſ.* 18.

7. Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes. *Iſaiæ* 14. *v.* 12

8. Ecce, qui ſerviunt ei, non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis reperit pravitatem. *Job.* 4. *v.* 18.

9. Diabolus, qui ſeducebat illos miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris. *Apoc.* 20. *v.* 9.

CAPVT XI.

Sunt ſuperbi, invidi, impuri, mendaces.

1. HÆc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me. *Matth.* 4. *verſ.* 9.

2. Omne ſublime videt, ipſe eſt rex ſuper univerſos filios ſuperbiæ. *Job.* 41. *v.* 25.

3. Invidiâ Diaboli mors intravit in orbem terrarum: imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius. *Sap.* 2. *verſ.* 24.

4. Deprecabantur eum Spiritus dicentes: mitte nos in porcos, ut in eos introeamus. *Marci* 5. *v.* 12.

5. Cùm autem immundus Spiritus exierit ab homine, &c. *Matthæi* 12. *v.* 43.

6. Sub umbra dormit in ſecreto calami, & in locis humentibus. *Iob.* 40. *v.* 16.

7. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit: quia non eſt veritas in eo: cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt, & pater ejus. *Joan.* 8. *v.* 44.

8. Egrediar, & ero Spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus, & dixit Dominus: decipies & prævalebis: egredere & fac ita. 3. *Reg.* 22. *v.* 22.

Digitized by Google

9. Duxit illum (Chriſtum) Diabolus in montem excelſum, & oſtendit illi omnia Regna Orbis terræ in momento temporis, & ait illi: Tibi dabo poteſtatem hanc univerſam & gloriam illorum, quia mihi tradita ſunt, & cui volo, do illa: Tu ergò, ſi adoraveris coram me, erunt tua omnia. *Lucæ* 4. *v.* 5. 6. 7.

10. Nunquid Iob fruſtrà timet Deum? nonnè tu, vallâſti eum, ac domum ejus, univerſamque ſubſtantiam per circuitum, operibus manuum ejus benedixiſti, & poſſeſſio ejus crevit in terra? ſed extende paululùm manum tuam, & cuncta, quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi. Cui (Deo ſcilicet) reſpondens Satan ait: pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima ſua. *Job.* I. *v.* 10. 11.

11. Nequaquam moriemini: ſcit enim Deus, quod in quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri: & eritis ſicut Dii ſcientes bonum & malum. *Gen.* 3. *v.* 4. 5.

CAPUT XII.

Nocent Eccleſiæ, ejuſq́ filiis fidelibus, quoad poſſunt.

1. DRaco ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura, ut, cum peperiſſet, filium ejus devoraret. *Apoc.* 12. *v.* 4.

2. Væ terræ & mari, quia deſcendit Diabolus ad vos habens iram magnam, ſciens quod modicum tempus habet, & poſtquam vidit Draco, quod projectus eſſet in terram, perſecutus eſt mulierem, quæ peperit maſculum. *Apoc.* 12. *v.* 12.

3. Et miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem, aquam, tanquam flumen, ut eam faceret trahi à flumine. *Ibidem* 12. *v.* 15.

4. Ut reſipiſcant à Diaboli laqueis, à quo captivi tenentur, ad ipſius voluntatem. 2. *ad Tim.* 2. *v.* 26.

5. Et iratus eſt Draco in mulierem: & abiit facere prælium cum reliquis de ſemine ejus, qui cuſtodiunt mandata ejus, & habent teſtimonium Ieſu Chriſti. *Apoc.* 12. *v.* 17.

6. Adverſarius veſter Diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens, quem devoret. 1. *Pet.* 5. 8.

7. Dœmon Chriſtum de tribus tentat, de gula, ſuperbia, & avaritia, ſeu cupiditate rerum terrenarum. *Matt.* 4.

8. Diabolus miſit in cor Iudæ, ut traderet Chriſtum. *Ioan.* 13. *v.* 2.

9. Ec-

Digitized by Google

9. Ecce miſſurus eſt Diabolus aliquos ex vobis in carcerem, ut tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem. *Apoc.* 2. *v.* 10.

10. Volumus venire ad vos: ego quidem Paulus, & ſemel, & iterum, ſed impedivit nos Satanas. 1. *ad. Theſ.* 2. *v.* 18.

11. Cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritu Sancto, & fraudare de pretio agri? *Act.* 5. *v.* 3.

12. Venit Diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes ſalvi fiant. *Luca* 8. *v.* 12.

13. Cùm veniſſet trans fretum in regionem Geraſenorum, occurrerunt ei duo, habentes Dæmonia, de monumentis exeuntes, ſævi nimis, ita ut nemo poſſet tranſire per viam illam. *Matth.* 8. *v.* 28.

14. Et oſtendit mihi Dominus Jeſum Sacerdotem magnum, ſtantem coram Angelo Domini: & Satan ſtabat à dextris ejus, ut adverſaretur ei. *Zach.* 3. *v.* 1.

15. Circuivi terram, & perambulavi eam. *Job.* 1. *v.* 7.

16. Egreſſus Satan à facie Domini percuſſit Iob ulcere peſſimo à planta pedis, uſque ad verticem ejus: qui teſta ſaniem radebat, ſedens in ſterquilinio. *Job.* 2. *v.* 7. 8.

17. Conſurrexit Satan contra Iſraël, & concitavit David, ut numeraret Iſraël. 1. *Paralip.* 21. *v.* 1.

18. Ecce Satanas expetivit vos, ut cribaret ſicut triticum. *Luca* 22. *v.* 31.

29. Et vos cùm eſſet mortui delictis & peccatis veſtris, in quibus aliquando ambulâſtis, ſecundùm ſeculum mundi hujus: Spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ. *Epheſ.* 2. *v.* 1. 2.

20. Serpens dicit ad mulierem, cur præcepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno Paradiſi? *Gen.* 3. *v.* 1.

CAPVT XIII.

Infidelium converſionem impediunt, decipiunt ſpecie boni & veri: quantumvis potentes ſunt, non tamen nocere poſſunt, niſi Deo permittente.

1. QUod ſi etiam opertum eſt Evangelium noſtrum, in iis, qui pereunt, eſt opertum: in quibus Deus hujus ſeculi excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei. 2. *Cor.* 4. *v.* 3. 4.

2. Ipſe Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis. 2. *Corinth.* 11. *verſ.* 14.

3. Si filius Dei es, mitte te deorſum, ſcriptum eſt enim: quia Angelis ſuis mandavit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. *Matt.* 4. *v.* 6.

4. Ecce equus niger: & qui ſedebat ſuper illum, habebat ſtateram in manu ſua. *Apoc.* 6. *v.* 5.

5. Non eſt ſuper terram poteſtas, quæ comparetur ei, qui factus eſt, ut nullum timeret. *Iob.* 14. *v.* 24.

6. Tu commoviſti me adversùs eum, ut affligerem eum fruſtra. *Iob.* 2. *v.* 3.

7. Et dixit Dominus ad Satan; increpet Dominus in te Satan, & increpet Dominus in te, qui elegit Hieruſalem: nunquid non iſte forte is eſt erutus de igne? *Zach.* 3. *v.* 2.

8. Vinum & Oleum ne læſeris. *Apoc.* 6. *v.* 6.

9. Animam illius ſerva. *Iob.* 2. *v.* 6.

10. Dixit Dominus ad Satan, ecce, univerſa, quæ habet, in manu tua ſunt: tantùm in eum ne extendas manum tuam, egreſſuſque eſt Satan à facie Domini. *Iob.* 1. *v.* 12.

11. Extende paululùm manum tuam, & tange cuncta, quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi. *Iob.* 1. *v.* 11.

12. Erat ibi grex porcorum multorum paſcentium in monte: & rogabant eum, ut permitteret eis in illos ingredi, & permiſit eis. *Luca* 8. *v.* 32.

13. Rogabant illum, ne imperaret illis, ut in abyſſum irent. *Luca* 8. *verſ.* 33.

CAPUT XIV.

Signa edunt, & ſeducunt multos, per ſe, & ſuos miniſtros. Inſtrumenta Dei ſunt, ad impios puniendos.

1. CUjus eſt adventus ſecundùm operationem Satanæ in omni virtute & ſignis, & prodigiis mendacibus, ut in omni ſeductione iniquitatis, in iis, qui pereunt, eo quòd charitatem veritatis non receperunt, ut ſalvi fierent. Ideò mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut judicentur omnes, qui non crediderunt

runt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. 2. *ad Theſ.* 2. *v.* 9. 10.

2. Surgent enim pſeudo-chriſti, & pſeudo-prophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi. *Matth.* 24. *v.* 24.

3. Dedit illi Draco virtutem & poteſtatem magnam. *Apoc.* 13. *verſ.* 2.

4. Feceruntque ſimiliter venefici incantationibus ſuis, ut educerent ſciniphes tam in hominibus, quàm in jumentis. *Exo.* 8. *v.* 18.

5. Sunt Spiritus, qui ad vindictam creati ſunt, in furore ſuo confirmaverunt tormenta ſua; in tempore conſummationis effundent virtutem: & furorem ejus, qui fecit illos, placabunt. *Eccli.* 39. *v.* 33. 34.

6. Audio, quia tradita eſt ſeptem viris, & mortui ſunt: ſed & hoc audivi, quia dæmonium occidit illos. *Tob.* 6. *v.* 14.

7. Miſit in eos iram indignationis ſuæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immiſſiones per Angelos malos. *Pſ.* 77. *v.* 54.

CAPVT XV.

Hominis Productio, & Natura quoad Corpus.

1. FOrmavit Dominus Deus hominem de limo terræ. *Gen.* 2. *verſ.* 7.

2. Quia ſemel cœpi, loquar ad Dominum meum, cùm ſim pulvis & cinis. *Gen.* 18. *v.* 27.

3. Manus tuæ fecerunt me, & plaſmaverunt me totum in circuitu: & ſic repentè præcipitas me? memento quæſo, quòd ſicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me. *Iob.* 10. *v.* 8. 9.

4. Recordatus eſt, quia caro ſunt: ſpiritus vadens & non rediens. *Pſ.* 77. *v.* 39.

5. Væ qui contradicit fictori ſuo, teſta de ſamiis terræ, nunquid dicit lutum figulo ſuo, quid facis, & opus tuum abſque manibus eſt? *Iſa.* 45. *v.* 9.

6 Vox dicentis, clama: & dixi, quid clamabo? omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quaſi flos agri. Exſiccatum eſt fœnum & cecidit flos, quia Spiritus Domini ſufflavit in eo, verè fœnum eſt populus, exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, verbum autem Domini noſtri manet in æternum. *Iſaia.* 40. *v.* 6. 7. 8.

7. Non-

7. Nonnè ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulâſti? pelle & carnibus veſtiſti me, oſſibus & nervis compegiſti me. *Iob.* 10. *verſ.* 11.

8. Scimus, quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis. 2. *Cor.* 5. *v.* 1.

9. Habemus Theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. 2. *Cor.* 4. *v.* 7.

10. Ecce vos eſtis ex nihilo. *Iſa.* 41. *v.* 42.

11. Quid ſuperbit terra & cinis. *Eccli.* 10. *v.* 9.

12. Ipſe cognovit figmentum noſtrum, recordatus eſt, quoniam pulvis ſumus, homo ſicut fœnum dies ejus, tanquam flos agri ſic efflorebit. *Pſal.* 102. *v.* 14. & 15.

13. Contra folium, quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam & ſtipulam ſiccam perſequeris. *Job.* 13. *v.* 25.

CAPUT XVI.

Fragilitas Hominis & mortalitas quantum attinet ad corpus.

1. Quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. *Iob.* 14. *v.* 2.

2. Manè ſicut herba tranſeat, manè floreat & tranſeat; veſperè decidat, induret & areſcat. *Pſ.* 89. *v.* 9.

3. Unus introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus. *Sap.* 7. *verſ.* 6.

4. Nec omnia poſſunt eſſe in hominibus, quoniam non eſt immortalis filius hominis, & in vanitate malitiæ placuerunt. *Eccl.* 17. *verſ.* 29.

5. Deus creavit de terra hominem, & ſecundùm imaginem ſuam, fecit illum. Et iterum convertit illum in ipſam, & ſecundùm ſe veſtivit illum virtute. *Eccli.* 17. *v.* 1. 2.

6. Omnia quæ de terra ſunt, in terram convertentur: ſic impii à maledicto in perditionem. *Eccli.* 41. *v.* 13.

7. Quanto magis hi, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, conſumentur velut à tinea? *Job.* 4. *v.* 19.

Digitized by Google

8. Deficiet omnis caro ſimul, & homo in cinerem revertetur. *Job.* 34. *v.* 15.

9. In ſudore vultûs tui veſceris pane tuo, donec revertaris in terram, de qua ſumptus es, quia pulvis es, & in pulverem reverteris. *Gen.* 3. *v.* 19.

10. Spiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet: & non cognoſcet ampliùs locum ſuum. *Pſ.* 102. *v.* 16.

11. Qui quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum quod comeditur à tinea. *Iob.* 13. *v.* 12.

CAPVT XVII.

Immortalitas Hominis ac dignitas quoad animam.

1. IUſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: Et æſtimata eſt afflictio exitus illorum, & quod à nobis eſt iter, exterminium: illi autem ſunt in pace. Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes illorum immortalitate plena eſt. *Sap.* 3. *v.* 1. 2. 3. 4.

2. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere: ſed potiùs timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam. *Matth.* 10. *v.* 28.

3. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. *Gen.* 1. *v.* 26.

4. Hæc cogitaverunt & erraverunt: excæcavit enim illos malitia eorum, & neſcierunt Sacramenta Dei, neque mercedem ſperaverunt juſtitiæ, nec judicaverunt honorem animarum ſanctarum. *Sap.* 2. *v* 21. 22.

5. Quid prodeſt homini, ſi mundum univerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? ad quam dabit homo commutationem pro anima ſua? *Matt.* 16. *v.* 26.

CAPVT XVIII.

Status Hominis ante & poſt lapſum.

1. DEus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum: creavit enim, ut eſſent omnia. Et ſanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non eſt in illis medicamentum extermінii,

minii, nec inferorum regnum in terra. Iuſtitia enim perpetua eſt, & immortalis. Impii autem manibus & verbis accerſierunt illam: & exiſtimantes illam amicam defluxerunt, & ſponſiones poſuerunt ad illam: quoniam digni ſunt, qui ſint ex parte illius. *Sap.* 1. *v.* 13. 14. 15. 16.

2. Deus creavit hominem inexterminabilem & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum. *Sap.* 2. *v.* 23.

3. Invidiâ Diaboli mors intravit in orbem terrarum, imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius. *Sap.* 2. *v.* 24. 25.

4. Non eſt in hominis poteſtate prohibere Spiritum, nec habet poteſtatem in die mortis, nec ſinitur quieſcere ingruente bello; neque ſalvabit impietas impium. *Eccli.* 8. *v.* 8.

5. Scio, quia morti trades me, ubi conſtituta eſt domus omni viventi. *Iob.* 30. *v.* 23.

6. Omnes morimur & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur, nec vult Deus perire animam, ſed retractat cogitans, nè pœnitus pereat, qui abjectus eſt. 2. *Reg.* 14. *v.* 14.

7. Statutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem judicium. *Heb.* 9. 27.

8. Nemo eſt, qui ſemper vivat, & qui hujus rei habeat fiduciam: melior eſt canis vivus, leone mortuo. *Eccle.* 9. *v.* 4.

9. Quis eſt homo, qui vivet, & non videbit mortem: eruet animam ſuam de manu inferi. *Pſal.* 88. *v.* 49.

10. Conſtituiſti terminos ejus, qui præteriri non poterunt. *Iob* 14. *v.* 5.

11. Mons cadens defluit, & ſaxum transfertur de loco ſuo. Lapides excavant aquæ, & alluvione paulatim terra conſumitur: & hominem ergò ſimiliter perdes. *Iob.* 14. *v.* 18. 19.

CAPVT XIX.

Variæ Hominis Miſeriæ quoad Corpus & Animam.

1. HOmo naſcitur ad laborem, & avis ad volatum. *Job.* 5. *verſ.* 7.

2. Militia eſt vita hominis ſuper terram: & ſicut dies mercenarii dies ejus. *Iob.* 7. *v.* 1.

3. Ho-

3. Homo natus de muliere brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis. *Iob.* 14. *v.* 1.

4. Cuncti dies ejus doloribus & ærumnis pleni ſunt, nec per noctem mente requieſcit: & hoc nonnè vanitas eſt? *Eccle.* 2. *v.* 23.

5. Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus, & jugum grave ſuper filios Adam à die exitûs de ventre matris eorum, uſque in diem ſepulturæ in matrem omnium. Cogitationes eorum & timores cordis, adinventio exſpectationis & dies finitionis. A reſidente ſuper ſedem glorioſam uſque ad humiliatum in terra & cinere. *Eccli.* 40. *v.* 1. 2. 3.

CAPVT XX.

Hominis Ignorantia.

1. OMni negotio tempus eſt, & opportunitas, & multa hominis afflictio: quia ignorat præterita, & futura nullo ſcire poteſt nuncio. *Eccle.* 8. *v.* 6. 7.

2. Ignorat homo, quid ante ſe fuerit, & quid poſt ſe futurum ſit quis ei poterit indicare? *Eccle.* 10. *v.* 14.

3. Quomodo ignoras, quæ ſit via ſpiritûs, & quâ ratione compingantur oſſa in ventre prægnantis: ſic neſcis opera Dei, qui fabricator eſt omnium. *Eccle.* 11. *v.* 5.

4. Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ providentiæ noſtræ. *Sap.* 9. *v.* 14.

5. Vidi caſum in omnibus. *Eccle.* 9. *v.* 11.

CAPVT XXI.

Infirmitas ad Bonum, ad Malum propenſio.

1. NEc omnia poſſunt eſſe in hominibus, quoniam non eſt immortalis filius hominis, & in vanitate malitiæ placuerunt: Quid lucidius ſole? & hic deficiet; aut quid nequius, quàm quæ excogitavit caro & ſanguis? & hoc arguetur. Virtutem altitudinis cæli ipſe conſpicit: & omnes homines terra & cinis. *Eccli.* 17. *v.* 29. 30. 31.

 2. Vi-

Digitized by Google

2. Videns Deus, quod multa malitia eſſet hominum in terra, & cuncta cogitatio cordis intentæ eſſet ad malum, pœnituit eum, quòd hominem feciſſet in terra. *Gen. 6. v. 5.*

3. Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua: non igitur ultra percutiam omnem animam viventem ſicut feci: *Gen. 8. v. 21.*

4. Scio quia non habitat in me, hoc eſt in carne mea bonum, nam velle adjacet mihi: perficere autem bonum non invenio: non enim quod volo bonum, hoc facio: ſed quod nolo malum, hoc ago. *Rom. 7. v. 18. 19.*

5. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem in lege peccati, quæ eſt in membris meis *Rom. 7. v. 23.*

6. Mente ſervio legi Dei: carne autem legi peccati. *Rom. 7. v. 25.*

CAPUT XXII.

Quantulus ſit Homo reſpectu Dei?

1. VErè ſcio, quòd ita ſit, eo quod non juſtificetur homo compoſitus Deo: ſi voluerit contendere cum eo, non poterit ei reſpondere unum pro mille, ſi repentè interroget, quis reſpondebit ei? vel quis dicere poteſt, cur ita facis? Deus cujus iræ reſiſtere nemo poteſt, & ſub quo curvantur, qui portant orbem. Quantus ergo ſum ego ut reſpondeam ei, & loquar verbis meis cum eo? *Iob. 9. v. 2. 3. 12. 13. 14.*

2. Nunquid Deo poteſt comparari homo, etiam cum perfectæ fuerit ſcientiæ? *Iob. 22. v. 2.*

3. Nunquid juſtificari poteſt homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ecce luna etiam non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu ejus? quantò magis homo putredo & filius hominis vermis. *Iob. 25. v. 45.*

4. Vani ſunt omnes homines, in quibus non eſt ſcientia Dei. *Sap. 13.*

PARS

Digitized by Google

PARS IV.

Meſsias, ſive Chriſtus, Humani generis Reparator.

PRÆFATIO.

INfinita propemodum ſunt ſacræ paginæ Teſtimonia de Chriſto Mundi Salvatore: ipſe enim univerſæ ſcripturæ finis & ſcopus eſt, Deus pariter atque homo *Primogenitus omnis creaturæ*, ad Col. 1. *v.* 15. Venturus fuiſſet ex multorum ſententia, etiamſi Adam non peccâſſet. Notitiæ igitur Divinitatis conjungenda eſt cognitio humanitatis Chriſti: ipſa enim eſt ſpeculum omnis ſanctitatis, in quo clariſsimè relucet omnis perfectio, quæ ex conſideratione Divinitatis & perfectionum divinarum colligi poteſt: Non omnia tamen encomia ipſius adduci hîc poſſunt: paucula tantùm, eaque ſelectiora, juxtà ſervatam hactenus methodum adferentur. Reliqua differentur in locum opportuniorem. Tota Domini noſtri vita ordinatè deſcripta videri poteſt in ſumma Evangeliorum.

CAPUT PRIMUM.

Promiſſus Orbi Meſsias.

1. BEnedicentur in ſemine tuo omnes gentes. *Gen.* 22. *verſ.* 18.
2. Benedicentur in ſemine tuo cunctæ tribus terræ. *Gen.* 28. *v.* 14.
3. Non auferetur Sceptrum de Juda & Dux de femore ejus, do-

nec veniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit exſpectatio gentium. *Gen.* 49. *v.* 10.

4. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. *Pſ.* 131. *v.* 11.

4. David Propheta cùm eſſet, & ſciret, quia jurejurando juráſſet illi Deus de fructu lumbi ejus ſedere ſuper ſedem ejus, &c. *Act.* 2. *verſ.* 30.

6. Leo de tribu Juda, radix David. *Apoc.* 5. *v.* 5.

7. Qui factus eſt ei ex ſemine David ſecundùm carnem. *Rom.* 1. *verſ.* 3.

CAPVT II.

Incarnatio Chriſti prædicta à Prophetis, & deſiderata.

1. ECce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel. *Iſa.* 7. *v.* 14.

2. Inimicitias ponam inter te, & mulierem; & ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo ejus. *Gen.* 3. *v.* 15.

3. Creavit Dominus novum ſuper terram, fœmina circumdabit virum. *Jerem.* 31. *v.* 22.

4. Deſcende ſicut pluvia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. *Pſ.* 71. *v.* 6.

5. Utinam diſrumperes cælos, & deſcenderes. *Iſa.* 64. *v.* 1.

6. Rorate cœli deſuper, & nubes pluant juſtum: aperiatur terra & germinet Salvatorem. *Iſa.* 45. *v.* 8.

7. Oſculetur me oſculo oris ſui. *Cant.* 1. *v.* 1.

8. Quis mihi det te fratrem meum ſugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, & deoſculer te? *Cant.* 8. *v.* 5.

9. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis. *Pſ.* 84. *v.* 7.

CAPVT III.

Adventus Chriſti in carne paſſibili.

1. FActum eſt autem, cùm eſſent ibi, impleti ſunt dies, ut pareret: & peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præſepio. *Luc.* 2. *v.* 6.

2. Et

Digitized by Google

2. Et verbum caro factum eſt. *Ioan.* 1. *v.* 14.

3. Qui factus eſt ex ſemine David ſecundùm carnem. *Rom.* 1. *verſ.* 3.

4. At ubi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege. *Gal.* 4. *v.* 4.

5. Qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. *Philip.* 2. *v.* 6.

6. Unus mediator Dei & hominum, Homo Chriſtus Ieſus. 1. *Timoth.* 2. *v.* 5.

7. Quia ergò pueri communicaverunt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participavit eiſdem: ut per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium. Nuſquam Angelos apprehendit: ſed ſemen Abrahæ apprehendit, unde debuit per omnia fratribus ſimilari. *Heb.* 2. *v.* 14. 16.

8. Mortificatus quidem carne, vivificatus autem ſpiritu. 1. *Pet.* 3. *v.* 18.

9. Chriſto igitur paſſo in carne. 1. *Pet.* 4. *v.* 1.

10. Omnis Spiritus, qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt. 1. *Ioan.* 4. *v.* 2.

11. Multi ſeductores exierunt in mundum, qui non confitentur Ieſum Chriſtum veniſſe in carne. 2. *Ioan.* 1. *v.* 7.

CAPVT IV.

Chriſtus eſt Primogenitus, Caput, & Princeps omnium Creaturarum.

1. EST imago Dei inviſibilis, primogenitus omnis creaturæ. *Coloſſ.* 1. *v.* 15.

2. Eſtis in illo repleti, qui eſt caput omnis Principatûs, & poteſtatis. *Coloſſ.* 2. *v.* 10.

3. Ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam. *Epheſ.* 1. *verſ.* 22.

4. Quis eſt, qui condemnet? Chriſtus Ieſus, qui mortuus eſt, imò qui reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro

pro nobis. *Rom.* 8. *v.* 34.

5. Creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput, Chriſtus. *Epheſ.* 4. *verſ.* 15.

6. Chriſtus caput Eccleſiæ: ipſe Salvator corporis ejus. *Epheſ.* 5. *verſ.* 23.

7. Ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium. *Coloſſ.* 1. *verſ.* 18.

CAPUT V.

Chriſtus etiam quà Homo, fuit Rex potentiſſimus & fortiſſimus.

1. EGo autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus, prædicans præceptum ejus. *Pſ.* 2. *v.* 6.

2. Gratia vobis & pax à Ieſu Chriſto, qui eſt Princeps Regum terræ. *Apoc.* 1. *v.* 5.

3. Et habet in veſtimento & in femore ſuo ſcriptum: Rex Regum & Dominus Dominantium. *Apoc.* 19. *v.* 16.

4. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. *Matth.* 11. *v.* 27.

5. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. *Matth.* 28. *verſ.* 18.

6. Dediſti ei poteſtatem omnis carnis. *Ioan.* 17. *v.* 2.

7. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu ejus. *Joan.* 3. *v.* 35.

8. Omnia ſubjecit ſub pedibus ejus. *Epheſ.* 1. *v.* 21.

9. Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſſidet, ſi autem fortior eo ſuperveniens vicerit eum, univerſa arma ejus auferet, in quibus confidebat, & ſpolia ejus diſtribuet. *Luc.* 11. *v.* 21. 22.

10. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime. *Pſ.* 44. *verſ.* 4.

11. Sagittæ tuæ acutæ (populi ſub te cadent in corda inimicorum Regis. *Pſ.* 44. *v.* 7.

12. Quis ſuſcitavit ab oriente juſtum, vocavit eum, ut ſequeretur ſe? dabit in conſpectu ejus gentes & Reges obtinebit, dabit quaſi pulverem gladio ejus, ſicut ſtipulam vento raptam, arcus ejus. *Iſa.* 41. *v.* 2.

CA-

Digitized by Google

CAPUT VI.

Chriſti Charitas, Gratia, Scientia, Pulchritudo.

1. NOn enim ad menſuram dat Deus Spiritum. *Ioan.* 3. *verſ.* 34

2. Vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. *Ioan.* 1. *v.* 14.

3. Sicut malus inter ligna ſylvarum, ſic dilectus meus inter filios. *Cant.* 2. *v.* 3.

4. Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti. *Epheſ.* 3. *v.* 19.

5. Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur juſtitia Dei in ipſo. 2. *Cor.* 5. *v.* 21.

6. Qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus. 1. *Pet.* 2. *v.* 22.

7. Et ſcitis quia ille apparuit, ut peccata noſtra tolleret, & peccatum in eo non eſt. 1. *Joan.* 3. *v.* 5.

8. Et ſcient omnes Eccleſiæ, quia ſum ſcrutans renes & corda, & dabo unicuique veſtrûm ſecundùm opera ſua. *Apoc.* 2. *v.* 23.

8. Nunc ſcimus, quia ſcis omnia, & non eſt opus tibi, ut quis te interroget: in hoc credimus, quia à Deo exiſti. *Joan.* 16. *v.* 30.

10. Domine tu omnia noſti, tu ſcis, quia amo te. *Ioan.* 21. *v.* 17.

11. Apparuit gratia Dei Salvatoris noſtri omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem & ſecularia deſideria ſobriè & juſtè, & piè vivamus in hoc ſæculo, exſpectantes beatam ſpem, & adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti. *ad Tit.* 2. *v.* 11. 12. 13.

12. Specioſus formâ præ filiis hominum. *Pſ.* 44. *v.* 3.

13. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. *Pſ.* 44. *v.* 3.

14. Mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipſius. *Luca.* 4. *v.* 22.

15. Nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo. *Ioan.* 7. *v.* 46.

16. Guttur illius ſuaviſſimum. *Cant.* 5. *v.* 16.

Digitized by Google

CAPUT VII.

Chriſti Paupertas Voluntaria.

1. VUlpes foveas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet. *Matth.* 8. *verſ.* 20.

2. Exſpectatio Iſraël, Salvator ejus in tempore tribulationis, quare quaſi colonus futurus es in terra, & quaſi viato declinans ad manendum? quare futurus es velut vir vagus, ut fortis, qui non poteſt ſalvare. *Hier.* 14. *v.* 9.

3. Scitis gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cum eſſet dives, ut illius inopia vos divites eſſetis. 2. *Cor.* 8. *v.* 9.

4. Pauper ſum ego, & in laboribus à juventute mea, exaltatus autem, humiliatus ſum & conturbatus. *Pſ.* 87. *v.* 16.

5. Non erat ei locus in Diverſorio. *Luc.* 2. *v.* 7.

CAPUT VIII.

Chriſtus, Sacerdos, Pontifex & Mediator Dei & Hominum.

1. IUravit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedech. *Pſ.* 109. *verſ.* 4.

2. Chriſtus non ſemetipſum clarificavit, ut Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum; Filius meus tu es, ego hodiè genui te. *Heb.* 5. *verſ.* 5.

3. Hinc apparuit Chriſtus D. Ioanni veſtitus podêre. *Apoc.* 1. *verſ.* 13.

4. Talem habemus Pontificem, qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cælis, Sanctorum Miniſter: Omnis enim Pontifex ad offerendum munera & hoſtias conſtituitur, unde neceſſe eſt, hunc habere, quod offerat. *Heb.* 8. *v.* 3.

5. Tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in

in odorem ſuavitatis. *Epheſ.* 5. *verſ.* 2.

6. Unus enim Deus, unus & Mediator Dei & hominum Homo Chriſtus Ieſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus. 1. *Tit.* 2. *v.* 5.

7. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit ſibi per Chriſtum. 2. *Cor.* 5. *v.* 18.

8. Ideo novi Teſtamenti Mediator eſt, ut morte intercedente repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt, æternæ hæreditatis. *Heb.* 9. *verſ.* 10.

9. Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata. *Heb.* 9. *verſ.* 28.

APVT IX.

Paſſionis Amor, & Obedientia Chriſti conſummata.

1. BAptiſmo habeo baptizari: & quomodo coarctor uſque dum perficiatur. *Luca* 12. *v.* 50.

2. Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me, ut perficiam opus ejus. *Ioan.* 4. *v.* 34.

3. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum. *Matth.* 20. *verſ.* 22.

4. Qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contemptâ. *Heb.* 12. *v.* 2.

5. Ut quid enim Chriſtus, cùm adhuc eſſemus infirmi, ſecundùm tempus pro impiis mortuus eſt? vix enim pro juſto quis moritur, nam pro bono forſitan quis audeat mori? commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. *Rom.* 5. *v.* 6. 7. 8.

6. Et quidem cum eſſet filius Dei, didicit ex iis, quæ paſſus eſt, obedientiam, & conſummatus. *Heb.* 5. *v.* 8. *Vide infra* C. 11. *n.* 3.

7. Decebat eum propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem ſalutis eorum per paſſionem conſummare, qui enim ſanctificat, & qui ſanctificantur ex uno omnes propter quam cauſam non confunditur fratres eos vocare. *Heb.* 2. *v.* 10. 11.

8. Quia ergò pueri communicaverunt carni & ſanguini, & ipſe

Digitized by Google

ſimiliter participavit eiſdem, ut per mortem deſtrueret eum qui habebat mortis imperium, id eſt Diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant ſervituti. *Heb.* 14. *v.* 15.

9. Unde debuit per omnia fratribus aſſimulari, ut miſericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, ut repropitiaret delicta populi: in eo enim in quo paſſus eſt ipſe, & tentatus potens eſt, & eis, qui tentantur, auxiliari. *Heb.* 2. *v.* 17. 18.

10. Humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem Crucis, propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, Cæleſtium, Terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. *Philip.* 2. *v.* 8. 9. 10. 11.

CAPVT X.

Victoria Crucis ac Triumphus.

1. EXſpolians Principatus & Poteſtates traduxit confidenter palàm triumphans illos in ſemetipſo. *Coloſſ.* 2. *v.* 15.

2. Cornua in manibus ejus: ibi abſcondita eſt fortitudo ejus: ante faciem ejus ibit mors: & egredietur Diabolus ante pedes ejus. *Abac.* 3. *v.* 4. 5.

3. Et ego, ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. *Joan.* 12. *v.* 32.

4. Nos prædicamus Chriſtum crucifixum: Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam; ipſis autem vocatis Judæis, atque Græcis Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam: quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus: & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus. 1. *Cor.* 23. *v.* 24. 25.

5. Parvulus natus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis, & factus eſt Principatus ſuper numerum ejus. *Iſa.* 9. *v.*6.

6. Dixi: aſcendam in palmam, & apprehendam fructum ejus. *Cant.*7. *v.* 8.

7. Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longævum, & voluntas Domini in manu ejus dirigetur. Pro eo, quod laboravit anima ejus, videbit & ſaturabitur: in ſcientia ſua juſtificabit ipſe

Digitized by Google

ipſe juſtus ſervus meus multos, & iniquitates eorum ipſe portabit. Ideo diſpertiam ei plurimos, & fortium dividet ſpolia, pro eo, quod tradidit in mortem animam ſuam, & cum ſceleratis reputatus eſt: & ipſe peccata multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus rogavit. *Iſa.* 53. *v.* 10. 11. 12.

8. Chriſto igitur paſſo in Cruce, & vos eâdem cogitatione armamini: quia qui paſſus eſt in carne, deſiit à peccatis: ut jam non deſideriis hominum, ſed voluntati Dei, quod reliquum eſt in carne vivat temporis. 1. *Pet.* 4. *v.* 1. 2.

9. De plenitudine ejus omnes accepimus. *Joan.* 1. *v.* 16.

CAPVT XI.

Meritum & Satisfactio Chriſti, atque omnium hominum Redemptio.

1. NIſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum frumentum adfert. *Ioan.* 12. *v.* 24.

2. Ego, ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. *Ioan.* 12. *v.* 32.

3. Conſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſâ ſalutis æternæ. *Heb.* 7. *v.* 27.

4. Juſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. *Rom.* 3. *v.* 24.

5. Habemus redemptionem per ſanguinem ipſius, remiſſionem peccatorum ſecundùm divitias gratiæ ejus, quæ ſuperabundavit in nobis. *Ephes.* 1. *v.* 7.

6. Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus. 2. *Cor.* 6. *v.* 15.

7. Dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus. 1. *Tim.* 2. *v.* 6.

8. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi. 1. *Joan.* 2. *v.* 2.

9. Dicant, qui redempti ſunt à Domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregavit eos. *Pſ.* 106. *v.* 2.

10. Apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. *Pſ.* 129. *v.* 7.

11. Deus erat in Chriſto, Mundum reconcilians ſibi. 2. *Cor.* 5. *v.* 19.

Digitized by Google

12. In quo habemus redemptionem per ſanguinem ejus, & remiſſionem peccatorum. *Coloſſ.* 1. *v.* 14.

13. In ipſo complacuit omnem plenitudinem divinitatis inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipſum pacificans per ſanguinem crucis ejus, ſive quæ in terris, ſive quæ in cælis ſunt. *Coloſſ.* 1. *v.* 19. 20.

14. Delens, quod adversùs nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud Cruci, & expolians Principatus & Poteſtates, traduxit confidenter palam triumphans illos in ſemetipſo. *Coloſſ.* 2. *v.* 14. 15.

CAPUT XII.

Sanguine ſuo Chriſtus peccatores redemit, & peccata abluit gratis.

1. NUnc autem in Chriſto Ieſu, vos, qui aliquando eratis longè facti, eſtis propè in ſanguine Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum, & mediam parietem maceriæ ſolvens, inimicitias in carne ſua: Legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in ſemetipſo in unum novum hominem faciens pacem, & reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in ſemetipſo. *Epheſ.* 2. *v.* 13. 14. 15. 16.

2. Scientes quod non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra converſatione paternæ traditionis: ſed pretioſo ſanguine, quaſi agnis immaculati Chriſti & incontaminati. 1. *Petri* 1. *verſ.* 19.

3. Chriſtus per proprium ſanguinem introivit ſemel in Sancta: æterna redemptione inventa. *Heb.* 9. *v.* 12.

4. Hæc dicit Dominus gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini. *Iſa.* 5. *v.* 2. 3.

5. Ego ſum, Ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. *Iſa.* 43. *v.* 25.

6. Pro nihilo ſalvos facies illos. *Pſ.* 55. *v.* 6.

7. Et vos cum mortui eſſetis delictis & præputio carnis veſtræ, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta. *Coloſſ.* 2. *v.* 13.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XIII.

Chriſtus conſtitutus à Deo Iudex vivorum & mortuorum.

1. EGo ſum A. & O. principium & finis dicit Dominus qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, omnipotens. *Apoc.* 1. *verſ.* 8.

2. Omnes ſtabimus ante Tribunal Chriſti, ſcriptum eſt enim, vivo ego dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. *Rom.* 14. *v.* 10. 11.

3. Omnes manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum. 2. *Cor.* 5. *v.* 10.

4. Præcepit nobis prædicare populo, & teſtificari, quia ipſe eſt, qui conſtitutus eſt à Deo Iudex vivorum & mortuorum. *Act.* 10. *verſ.* 42.

5. Statuit diem, in qua iudicaturus eſt orbem, in æquitate, in viro, in quo ſtatuit: fidem præbens omnibus, ſuſcitans eum à mortuis. *Act.* 17. *v.* 31.

6. Judicium ſedit, & libri aperti ſunt. *Dan.* 7. *v.* 10.

7. Aſpiciebam in viſione noctis, & ecce cum nubibus Cæli, quaſi filius hominis veniebat, & uſque ad antiquum dierum pervenit, & in conſpectu ejus obtulerunt eum, & dedit ei poteſtatem & honorem, & regnum. Et omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſervient: poteſtas ejus poteſtas æterna, quæ non auferetur: & regnum ejus, quod non corrumpetur. *Dan.* 7. *v.* 13. 14.

8. Videbunt Filium Hominis, venientem in nubibus cæli cum virtute multa & Majeſtate. *Matt.* 24. *v.* 30.

9. Dico vobis: à modò videbitis filium Hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. *Matt.* 26. *v.* 64.

10. Neque Pater judicat quenquam, ſed omne judicium dedit filio. *Joan.* 5. *v.* 22.

Digitized by Google

CAPVT XIV.

Chriſti Orbem judicaturi ſententiæ nemo poterit reſiſtere.

1. DE ore ejus gladius utraque parte acutus exibat. *Apoc.* 1. *v.* 16. & *c.* 19. *v.* 15.

2. Et poſuit os meum quaſi gladium acutum. *Iſa.* 49. *v.* 2.

3. Reges eos in virga ferrea & tanquam vas figuli confringes eos. *Pſal.* 2. *v.* 9.

4. Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi, ex tunc ira tua. *Pſal.* 75: *verſ.* 8.

5. Quis eſt iſte Paſtor, qui reſiſtat vultui meo? *Hier.* 50. *v.* 44.

6. Omne quod voluerit faciet: & ſermo illius plenus poteſtate eſt. Nec dicere ei poteſt quiſquam: quare ita facis? *Eccle.* 8. *v.* 3. 4.

7. Dominus exercituum decrevit, & quis poterit infirmare? & manus ejus extenta, & quis avertat eam? *Iſa.* 14. *v.* 27.

8. Væ deſiderantibus diem Domini: Ad quid eam vobis? Dies Domini iſta tenebræ & non lux. Quomodo ſi fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei urſus: & ingrediatur domum, & innitatur manu ſuper parietem, & mordeat eum coluber. *Amos* 5. *v.* 18. 19.

9. Quid facietis in die viſitationis, & calamitatis de longè venientis? ad cujus confugietis auxilium? & ubi derelinquetis gloriam veſtram? *Iſa.* 10. *v.* 3.

10. Deus, cujus iræ nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curvantur, qui portant orbem. *Job.* 9. *v.* 13.

CAPVT XV.

Iaculatoriæ laudantis Chriſtum & Amantis.

1. O Splendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ Patris, portanſque omnia verbo virtutis tuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedens ad dexteram Majeſtatis in excelſis, tantò melior angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditaſti. *Heb.* 1. *v.* 3.

2. O

2. O flos campi, ô lilium convallium: ſicut malus inter ligna ſilvarum, ſic dilectus meus inter filios. *Cant.* 2. *v.* 13.

3. Pulchriores ſunt oculi tui vino: & dentes tui lacte candidiores: *Gen.* 49. *v.* 11.

4. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Caput ejus aurum optimum. *Cant.* 5. *v.* 10.

5. O ſpecioſe formâ præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. *Pſal.* 44. *v.* 3.

6. O imago Dei inviſibilis, primogenite omnis creaturæ, in quo condita ſunt univerſa in cælis & in terra. O caput corporis Eccleſiæ, ô principium, ô primogenite ex mortuis, in omnibus primatum tenens, in quo complacuit omnem plenitudinem divinitatis inhabitare, & pacificare per ſanguinem Crucis tuæ, ſive quæ in terris, ſive quæ in cælis ſunt. *Ad Coloſſ.* 1. *v.* 15. 16.

7. Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. *Joan.* 6. *verſ.* 68.

8. Quis me ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? Certus ſum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit me ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu Domino noſtro. *Rom.* 6. *v.* 35. 36. 37.

9. Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quòd veniſti Ieſu Chriſte in hunc Mundum, peccatores ſalvos facere, quorum primus ego ſum 1. *ad Timot.* 1. *v.* 15.

CAPUT XVI.

Iaculatoria Deſiderantis, ut Regnum & Gloria Chriſti propagetur.

1. O Quando fiet Regnum hujus mundi Domini noſtri & Chriſti ejus, & regnabit in ſæcula ſæculorum. *Apoc.* 11. *verſ.* 15.

2. Quando erit ſalus & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti ejus. *Apoc.* 12. *v.* 10.

Digitized by Google

3. Utinam dominetur à mari uſque ad mare, & à flumine uſque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procidant Æthiopes & inimici ejus terram lingant, Reges Tharſis & Inſulæ manera offerant, Reges Arabum & Saba dona adducant. Et adorent eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſerviant ei. *Pſ. 77. v. 8. 9.*

4. In nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jeſus in gloria eſt Dei Patris. *Philip. 2. v. 10.*

PARS V.

Maria Virgo Deipara.

PRÆFATIO.

Quamvis complura ex Cantico Canticorum & aliis veteris Teſtamenti libris in laudem Beatiſsimæ Chriſti Matris, ſemper Virginis Mariæ adferri ſolita teſtimonia à Magnis Auctoribus ad ſponſam Chriſti Eccleſiam referantur: tamen ab ipſa Eccleſia clarius ad princeps Eccleſiæ membrum, Virginem Deiparam accommodantur: imò quædam eorum ad aliam perſonam vix, ne ad Eccleſiam totam quidem, niſi ad beatiſsimam Virginem Mariam poſſunt applicari. Nihil ergò moramur Lutherum & alios Novatores, adversùs Eccleſiam, quòd Beatæ Virgini iſta accommodet, verbis contumelioſis inſurgentem.

CAPUT PRIMUM.

Conceptio & Nativitas immaculata B. Virginis Deiparæ.

1. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. *Cant. 4. v. 7.*

2. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. *Cant. 2. verſ. 3.*

3. Inimi-

3. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum & tu inſidiaberis calceaneo ejus. *Gen.* 3. *v.* 15.

4. Signum magnum apparuit in cælo, mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus ejus. *Apoc.* 12. *v.* 1.

5. Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens. *Cant.* 6. *verſ.* 9.

6. O pulcherrima inter mulieres. *Cant.* 1. *v.* 8.

7. O pulcherrima mulierum. *Cant.* 5. *v.* 9.

8. Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es. *Cant.* 4. *v.* 1.

9. Pulchra es amica mea, ſuavis & decora ſicut Hieruſalem. *Cant.* 6. *v.* 3.

CAPVT II.

Deipara fuit virgo ante partum, quamvis deſponſata viro.

1. MIſſus eſt Angelus Gabriel ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph. *Lucæ* 1. *v.* 26.

2. Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei. *Luc.* 1. *v.* 35.

3. Veni Auſter & perfla hortum meum, & fluent aromata illius. *Cant.* 4. *v.* 16.

4. Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Hieruſalem. *Cant.* 1. *v.* 4.

5. Inventa eſt in utero habens de Spiritu Sancto. *Matt.* 1. *v.* 18.

6. Quod in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt. *Matt.* 1. *v.* 20.

7. Non cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum primogenitum. *Matt.* 1. *v.* 25.

8. Creavit Dominus novum ſuper terram, fœmina circundabit virum. *Jer.* 31. *v.* 22.

9. Ubi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere. *ad Gal.* 4. *v.* 4.

Digitized by Google

CAPVT III.

Fuit etiam Virgo in partu.

1. TU es, qui extraxiſti me de ventre. *Pſ.* 21. *v.* 10.
2. Ecce Virgo concipiet & pariet filium. *Iſa.* 7. *v.* 14.
3. Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra es. *Cant.* 1. *verſ.* 15.
Quam pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa: pulchriora ſunt ubera tua vino. *Cant.* 4. *v.* 10.
5. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimulavi te amica mea. *Cant.* 1. *v.* 9.
6. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. *Cant.* 4. *v.* 12.
7. Venter tuus ſicut acervus tritici, vallatus liliis. *Cant.* 7. *verſ.* 2.

CAPVT IV.

Deipara permanſit virgo poſt partum.

1. POrta hæc clauſa erit, & vir non tranſibit per eam, quoniam Dominus Deus Iſraël ingreſſus eſt per eam, eritque clauſa Principi. *Ezech.* 44. 2. & 46. *v.* 2. 12.
2. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco. *Luc.* 1. *verſ.* 34.
3. Ecce mater tua, ecce filius tuus. *Joan.* 19. *v.* 27. (*quibus verbis Matrem Virginem Virgini commendavit.*)
4. Una eſt columba mea. *Cant.* 6. *v.* 8.
5. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt, ex fortiſſimis Iſraël. *Cant.* 3. *v.* 7.
6. Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens? pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata. *Cant.* 6. *v.* 9.
7. Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ & thuris, & univerſi pulveris pigmentarii. *Cant.* 3. *verſ.* 6.

Digitized by Google

CAPUT V.

Fuit Mater Chriſti Domini, veri Dei & Hominis.

1. ERat Mater Jeſu ibi. *Joan.* 2. *v.* 1.
2. Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? *Luc.* 1. *v.* 43.
3. Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo. *Eccli.* 2. *v.* 4.
4. Simeon dixit ad Mariam Matrem ejus. *Luc.* 2. *v.* 34.
5. Accipe puerum & matrem ejus. *Matth.* 2. *v.* 13.
6. Quod ex te naſcetur ſanctum, vocabitur filius Dei. *Luc.* 1. *v.* 35.
7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel, quod eſt interpretatum nobiſcum Deus. *Matth.* 1. *verſ.* 23.

CAPUT VI.

Gratia excellens, ac Virtutes Heroicæ Virginis Matris.

1. SExaginta ſunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus. Una eſt columba mea, perfecta mea, una eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ. *Cant.* 6. *v.* 7. 8.
2. Fundamenta ejus in montibus ſanctis, diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Jacob. *Pſ.* 86. *v.* 1.
3. Erit in noviſſimis diebus præparatus mons domûs Domini in virtute montium. *Iſa.* 2. *v.* 2.
4. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. *Eccle.* 1. *v.* 7.
5. In plenitudine Sanctorum detentio mea. *Eccli.* 24. *v.* 16.
6. Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu ſupergreſſa es univerſas. *Prov.* 31. *v.* 29.
7. Caput tuum ut Carmelus. *Cant.* 7. *v.* 5.
8. Ave gratiâ plena. *Luc.* 1. *v.* 28.
9. Spiritus Sanctus ſuperveniet in te. *Luc.* 1. *v.* 35.
10. Fecit mihi magna, qui potens eſt. *Luc.* 1. *v.* 49.

CAPUT VII.

Deiparæ Virtutes ſigillatim.

1. BEata, quæ credidiſti, quoniam perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi à Domino. *Luc.* 1. *v.* 45.
2. Exurgens Maria in diebus illis abiit in montana cum feſtinatio-

ne in civitatem Juda, & intravit in domum Zachariæ, & ſalutavit Elizabeth. *Luc.* 1. *v.* 39.

3. Deficiente vino dicit Mater Ieſu ad eum: vinum non habent. *Ioan.* 2. *v.* 3.

4. Ibant parentes ejus per omnes annos in Jeruſalem in die ſolenni Paſchæ. *Luc.* 2. *v.* 42.

5. Aſcendit Joſeph in Bethlehem, ut profiteretur cum Maria. *Luc.* 2. *v.* 4.

6. Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundùm legem Moyſi, tulerunt Jeſum in Ieruſalem. *Luc.* 2. *v.* 22.

7. Magnificat anima mea Dominum. *Luc.* 1. *v.* 46.

8. Emiſſiones tuæ Paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus, Cypri cum Nardo, Nardus & Crocus, fiſtula & Cinamomum cum univerſis lignis Libani, myrrha & aloë cum omnibus primis unguentis. *Cant.* 4. *v.* 13.

9. Pulchra es amica mea, ſuavis & decora ſicut Jeruſalem, terribilis ut Caſtrorum acies ordinata. *Cant.* 6. *v,* 3.

10. Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia Principis? *Cant.* 7. *v.* 1.

11. Collum tuum ſicut turris eburnea. *Cant.* 7. *v.* 3.

12. Statura tua aſſimilata eſt palmæ. *Cant.* 7. *v.* 7.

13. Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum *Luc.* 1. *v.* 38.

14. Erat Mater Jeſu ibi. *Ioan.* 2. *v.* 1.

15. Stabat juxta crucem Ieſu Mater ejus. *Ioan.* 19. *v.* 25.

16. Signum magnum apparuit in cœlo, Mulier amicta. *Apoc.* 12. *verſ.* 1.

17. In capite ejus corona ſtellarum duodecim. *Apoc.* 12. *v.* 1.

18. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris & agnitionis & ſanctæ ſpei. *Eccli.* 24. *v.* 24.

19. Quaſi Cedrus exaltata ſum in libano, & quaſi Cypreſſus in monte Sion, &c. *Eccli.* 24. *v.* 17.

20. Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate. Omnis gloria ejus Filiæ Regis ab intus in fimbriis aureis circumamicta varietatibus. *Pſ.* 44. *v.* 11. 15.

Digitized by Google

LIBER II.

De Fine Ultimo, & mediis eum obtinendi.

PRÆFATIO.

SVperiore libro Sacræ Paginæ teſtimonia allata ſunt, de Deo, quatenùs eſt unus in eſſentia, & trinus in perſonis, quatenùs eſt auctor omnium creaturarum; De Chriſto item Deo pariter ac Homine, ac de ſanctiſsima ipſius Matre. Secundo hoc libro adducenda Scripturæ Divinæ documenta ſunt de Deo ſub alia conſideratione, quatenùs eſt Finis Vltimus, & ſuprema beatitudo, ad quam creati ſumus; de mediis item, quibus finem illum aſſequimur, & de impedimentis, quibus ab ejuſdem conſecutione retardamur: illa ſunt bona opera, in quibus exercendis dirigimur per legem, & juvamur per gratiam. Hæc verò ſunt peccata, quibus admittendis deficimus à lege, & gratiam Dei repellimus: quamobrem de utraque hac priùs, quàm de illis Sacræ Paginæ documenta proponentur. Omnis autem à libero hominis arbitrio procedens

dens actio ex termino & fine, tanquam Principio ſuo perficitur: cùm igitur finis ultimus, ſive humanæ, ſive Angelicæ vitæ ſit Deus; rectè atque ordine D. Thomas diſputaturus de actibus humanis orditur à Diſputatione de fine, in ſequentibus de Beatitudine formali & objectiva controverſiam omnem perſequitur.

PARS I.

Finis noſter ultimus & Beatitudo.

CAPUT PRIMUM.

Finis ultimus rerum omnium Deus.

1. Univerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, impium quoque ad diem malum: *Prov.* 16. *verſ.* 4.

2. Quis adjuvit Spiritum Domini? aut quis conſiliarius ejus fuit, & oſtendit ei? *Iſa.* 40. *v.* 13.

3. Quis conſiliarius ejus fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia. *Rom.* 11. *v.* 34. 35. 36.

4. Ego ſum A. & O. Principium & finis dicit Dominus. *Apoc.* 1. *verſ.* 8.

5. Ego ſum Dominus Deus veſter. *Levit.* 18. *v.* 2.

6. Quoniam Dominus ipſe eſt Deus: nos autem populus ejus, & oves paſcuæ ejus. *Pſ.* 99. *v.* 34.

Vide plura, parte 3. C. 1. 2. 3. *titulo, Deus ut Creator & Gubernator.*

C A-

Digitized by Google

CAPVT II.

Beatitudo objectiva Deus eſt, non res ulla creata.

1\. NOli timere Abraham, ego Protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. *Gen.* 15. *v.* 1.

2\. Quid mihi eſt in Cælo, & à te, quid volui ſuper terram: Defecit caro mea & cor meum. Deus cordis mei & pars mea Deus in æternum. *Pſ.* 72. *v.* 25. 26.

3\. Mihi adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam. *Pſ.* 72. *v.* 28.

4\. Vanitas vanitatum & omnia vanitas. *Eccle.* 1. *v.* 2

5\. Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt. 1. *Ioan.* 2. *v.* 15.

6\. Vidi afflictionem, quam dedit Deus filiis hominum, ut diſtendantur in ea, Cuncta fecit bona in tempore ſuo, & mundum tradidit diſputationi eorum, ut non inveniat homo opus, quod operatus eſt Deus, ab initio uſque in finem. *Eccle.* 3. *v.* 10. 11.

7\. Cunctæ res difficiles: non poteſt eas homo explicare ſermone, non ſaturatur oculus viſu, nec auris auditu impletur. *Eccle.* 1. *v.* 8.

8\. Intellexi, quod omnium operum Dei nullam poſſit homo invenire rationem eorum, quæ fiunt ſub ſole, & quantò plus laboraverit ad quærendum, tantò minùs inveniat: etiamſi dixerit ſapiens ſe noſſe non poterit reperire. *Eccleſ.* 8. *v.* 17.

9\. Dedi cor meum ut ſcirem prudentiam, atque doctrinam, erroreſque ad ſtultitiam: & agnovi quod in his quoque eſſet labor & afflictio ſpiritus, eo quod in multa ſapientia, multa ſit indignatio, & qui addit ſcientiam, addit & laborem. *Eccle.* 1. *v.* 17. 18.

CAPUT III.

Formalis Beatitudo in Intellectu.

1\. REgem in decore ſuo videbunt oculi ejus, cernent terram de longè. *Iſa.* 33. *v.* 17.

2\. Per vicos ejus Alleluya cantabitur. *Tob.* 13. *v.* 22.

Digitized by Google

3. Poſt hæc audivi vocem quaſi tubarum multarum in cælo, dicentium Alleluya, ſalus & gloria & virtus Deo noſtro eſt. *Apoc.* 19. *verſ.* 1.

4. Exaltationes Dei in faucibus eorum. *Pſ.* 149. *v.* 6.

5. Beati, qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculorum laudaubnt te. *Pſ.* 83. *v.* 5.

6. Oſtende mihi faciem tuam, ut ſciam te. *Exo.* 33. *v.* 13.

7. Apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. *Pſ.* 35. *v.* 10.

8. Gratiam & gloriam dabit Dominus. *Pſ.* 83. *v.* 12.

9. Gratia Dei vita æterna. *Rom.* 6. *v.* 23.

10. Quæ ſunt Dei, nemo novit niſi Spiritus Dei. 1. *Cor.* 2. *verſ.* 11.

11. Claritas Dei illuminabit illam. *Apoc.* 21. *v.* 23.

12. Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me, & ego vitam æternam do eis. *Ioan.* 10. *v.* 27.

13. Oſtende nobis Patrem & ſufficit nobis. *Ioan.* 14. *v.* 8.

14. Tranſiens miniſtrabit illis. *Luca* 12. *v.* 37.

Vide ſupra verbo, Viſio beatifica.

CAPVT IV.

Gaudium Beatorum in voluntate.

1. EUge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. *Matth.* 25. *v.* 21.

2. Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus Regnum, ut edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo: & ſedeatis ſuper thronos, judicantes duodecim tribus Iſraël. *Luc.* 22. *v.* 29. 30.

3. Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis. *Joan.* 16. *v.* 22.

4. Non eſt regnum Dei eſca & potus, ſed juſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. *Rom.* 14. *v.* 17.

5. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. *Pſ.* 35. *v.* 9.

6. Notas mihi feciſti vias vitæ: adimplebis me lætitiâ cum vultu

Digitized by Google

tu tuo, delectationes in dextera tua uſque in finem. *Pſ.* 15. *v.* 11.

7. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te. *Pſ.* 86. *v.* 7.

8. Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. *Iſa.* 35. *v.* 6.

9. Quomodo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos, & in Ieruſalem conſolabimini, videbitis & gaudebit cor veſtrum, & oſſa veſtra, quaſi herba germinabunt: & cognoſcetur manus domini ſervis ejus, & indignabitur inimicis ſuis. *Iſa.* 66. *v.* 13. 14.

10. Exultabunt ſancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis. *Pſ.* 149. *v.* 5.

11. Lætitia ſempiterna ſuper caput eorum: gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. *Iſa.* 35. *v.* 10.

12. Gaudebitis & exultabitis uſque in ſempiternum, in his quæ ego creo: quia ecce ego creo Ieruſalem exultationem, & populum ejus gaudium. *Iſa.* 65. *v.* 18.

13. Canticum erit vobis ſicut nox ſanctificatæ ſolemnitatis, & lætitiæ cordis, ſicut qui pergit cum tibia, ut intret in montem Domini ad fortem Iſraël. Et erit tranſitus virgæ fundatus, quam requieſcere faciet Dominus in tympanis & citharis. *Iſa.* 30. *v.* 29. 32.

CAPUT V.

Glorioſi Corporis dotes.

1. FUlgebunt juſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. *Sap.* 3. *v.* 7.

2. Tunc juſti fulgebunt ſicut ſol in Regno Patris eorum. *Matth.* 13. *v.* 43.

3. Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione, ſeminatur in ignobilitate: ſurget in gloria; ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute. Seminatur corpus animale: ſurget corpus ſpiritale. Si eſt corpus animale, eſt & ſpiritale. 1. *Cor.* 15. *v.* 42. 43. 44.

4. Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. *Dan.* 12. *v.* 3.

5. Salvatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,

Digitized by Google

qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ, ſecundùm operationem, quâ etiam poſſit ſubjicere ſibi omnia. *Philipp.* 3. *v.* 20. 21.

6. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. 1. *Cor.* 15. *v.* 53.

7. Qui ſperant in Domino mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. *Iſa.* 40. *v.* 31.

8. Orietur vobis timentibus nomen meum, ſol juſtitiæ, & ſanitas in pennis ejus, & egrediemini & ſalietis ſicut vituli de armento. *Malach.* 4. *v.* 2.

9. In terra ſua duplicia poſſidebunt. *Iſa.* 61. *v.* 7.

CAPVT VI.

Beati omnes futuri ſunt Reges.

1. REgnabunt in ſæcula ſæculorum. *Apoc.* 22. *v.* 5.

2. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. *Matt.* 5. *v.* 3.

3. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. *Matt.* 5. *v.* 10.

4. Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. *Matth.* 25. *v.* 34.

5. Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo: ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno ejus. *Apoc.* 3. *v.* 21.

6. Si ſuſtinebimus & conregnabimus. 2. *ad Tim.* 2. *v.* 12.

7. Ego Ioannes frater veſter, & particeps in tribulatione, & regno. *Apoc.* 1. *v.* 9.

8. Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide & hæredes regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe. *Iacobi.* 2. *v.* 5.

APVT VII.

Poteſtas, Honor & Gloria Beatorum.

1. BEatus ille ſervus, quem cum venerit Dominus ejus, & invenerit ſic facientem. Amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona conſtituet eum. *Matth.* 24. *v.* 46. 47.

2. Beati

Digitized by Google

2. Beati ſervi illi, quos, cùm venerit Dominus, invenerit vigilantes: amen dico vobis, quòd præcinget ſe & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. *Luc.* 12. *v.* 37

3. Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi. In reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ: quam reddet mihi Dominus in illa die Judex: non ſolùm autem mihi, ſed & iis, qui diligunt adventum ejus. 1. *Tim.* 4. *v.* 7. 8.

4. Cùm apparuerit Princeps Paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam. 1. *Pet.* 5. *v.* 4.

5. Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. *Jacobi* 1. *v.* 12.

6. Æquales Angelis ſunt, & filii Dei ſunt, cùm ſint filii reſurrectionis. *Luc.* 20. *v.* 36.

7. Quia illic ſederunt ſedes in Judicio, ſedes ſuper Domum David. *Pſ.* 121. *v.* 5.

CAPVT VIII.

Splendor & Decor Patriæ Cœleſtis.

1. PORtæ Ieruſalem ex Sapphiro & Smaragdo ædificabuntur, & ex lapide pretioſo omnis circuitus murorum ejus, ex lapide candido & mundo omnes plateæ ejus ſternentur, & per vicos ejus alleluia cantabitur. *Tob.* 13. *v.* 21. 22.

2. Erat ſtructura muri ejus ex lapide Iaſpide, ipſa verò civitas aurum mundum, ſimilie vitro mundo. *Apoc.* 21. *v.* 18.

3. Et fundamenta muri Civitatis omni lapide pretioſo ornata. *Apoc.* 21. *v.* 19.

4. Et duodecim portæ duodecim margaritæ ſunt per ſingulas, & ſingulæ portæ erant ex ſingulis margaritis: platea Civitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum. *Apoc.* 21. *v.* 21.

5. Afferent gloriam & honorem gentium in illam. *Apoc.* 21. *v.* 26.

6. Simile eſt Regnum Cœlorum theſauro. *Matth.* 13. *v.* 44.

7. Simile eſt Regnum Cœlorum homini negociatori quærenti bonas margaritas, inventâ autem unâ pretioſâ margaritâ, abiit & vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam. *Matt.* 13. *v.* 45. 46.

Digitized by Google

CAPVT IX.

Magnitudo & multitudo Bonorum Cæleſtium.

1. SCimus, quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam æternam in cælis. 2. *Cor.* 5. *v.* 1.

2. Id quod in præſenti eſt momentaneum, & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis, quæ videntur, ſed quæ non videntur, quæ enim videntur, temporalia ſunt, quæ autem non videntur, æterna ſunt. 2. *Cor.* 4. *v.* 17. 18.

3. Oculi tui videbunt Jeruſalem, habitationem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur clavi ejus in ſempiternum, & omnes funiculi ejus non rumpentur. *Iſa.* 33. *verſ.* 20.

4. Et qui loquebatur mecum, habebat menſuram arundineam auream. *Apoc.* 12. *v.* 15.

5. Exſpectabat fundamenta habentem Civitatem, cujus artifex & conditor Deus. *Heb.* 11. *v.* 10.

6. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te. Perfeciſti eis, qui ſperant in te in conſpectu filiorum hominum. *Pſ.* 30. *v.* 20.

7. Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus iis, qui diligunt illum. 1. *Cor.* 2. *v.* 9.

CAPVT X.

Præmii diverſitas, pro diverſitate laboris.

1. REtribuit mihi Dominus ſecundùm juſtitiam meam & ſecundùm puritatem manuum mearum retribuet mihi. *Pſ.* 17. *v.* 21.

2. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cælorum. *Matth.* 5. *v.* 20.

3. Merces veſtra copioſa eſt in cælis. *Matth.* 5. *v.* 12.

4. Red-

Digitized by Google

4. Reddet unicuique juxtà opera ſua. *Rom.* 2. *v.* 6.

5. Unuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem. 1. *Cor.* 3. *v.* 8.

6. In Domo Patris mei manſiones multæ ſunt. *Ioan.* 14. *v.* 2.

7. Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarum: ſtella enim à ſtella differt in claritate: ſic & reſurrectio mortuorum. 1. *Cor.* 15. *v.* 14.

8. Qui parcè ſeminat, parcè & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. 2. *Cor.* 9. *v.* 6.

9. Qui minor autem eſt in Regno cælorum, major eſt illo. *Matt.* 11. *v.* 11.

10. Sedere ad dextram vel ſiniſtram meam, non eſt meum dare vobis: ſed quibus paratum eſt à patre meo. *Matth.* 20. *v.* 23.

11. Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit. *Iſa.* 56. *v.* 5.

12. Nemo poterat dicere canticum, niſi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti ſunt de terra. *Apoc.* 14. *v.* 3.

Vide plura l. 4. *p.* 6. C. 20. *&* 21.

CAPVT XI.

Satietas ſine faſtidio vita perennis.

1. ERit in die illa, ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte: & per omnes rivos Iudà ibunt aquæ, & fons de domo Domini egredietur. *Joel.* 3. *v.* 18.

2. Relinquitur Sabbatiſmus Populo Dei. *Heb.* 4. *v.* 9.

3. Glorioſa dicta ſunt de te Civitas Dei. *Pſ.* 86. *v.* 3.

4. Benedixit filiis tuis in te. *Pſ.* 147. *v.* 2.

5. Qui replet in bonis deſiderium tuum, renovabitur ut aquilæ juventus tua. *Pſ.* 102. *v.* 5.

6. Satiabor, cùm apparuerit gloria tua. *Pſ.* 16. *v.* 15.

7. Oſtende nobis Patrem & ſufficit nobis. *Ioan.* 14. *v.* 8.

8. Vidi ſanctam Civitatem Ieruſalem novam deſcendentem de Cælo, à Deo paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. Et audivi vo-

cem

Digitized by Google

cem magnam de Throno dicentem: ecce Tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis: & ipſi populus ejus erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus. *Apoc.* 21. *v.* 23.

9. Melior eſt dies una in atriis tuis ſuper millia. *Pſ.* 83. *v.* 11.

10. Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut Patrem, aut Matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. *Matt.* 19. *verſ.* 29.

CAPVT XII.

Puritas Cæleſtis gaudii abſque omnis triſtitiæ admixtione.

1. NOn accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. *Pſ.* 90. *v.* 10.

2. Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit, neque luctus neque clamor, neque dolor erit ultrà, quia prima abierunt. *Apoc.* 21. *v.* 4.

3. Non eſurient neque ſitient amplius, nec cadet ſuper illos ſol, neque ullus æſtus: Quoniam Agnus, qui in medio Throni eſt, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. *Apoc.* 7. *v.* 16. 17.

4. Præcipitabit in monte iſto faciem vinculi colligati, ſuper omnes populos, & telam, quam orditus eſt, ſuper omnes nationes, præcipitabit mortem in ſempiternum: & auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferet de univerſa terra, quia Dominus locutus eſt. *Iſa.* 25. *v.* 7. 8.

5. Fugiet dolor & gemitus. *Iſa.* 35. *v.* 10.

6. Exultabo in Ieruſalem, & gaudebo in populo meo: & non audietur in eo ultrà vox fletus & vox clamoris. *Iſa.* 65. *v.* 19.

7. Non audietur ultra iniquitas in terra tua, vaſtitas & contritio in terminis tuis, & occupabit ſalus muros tuos, & portas tuas laudatio. Non erit tibi amplius ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te: ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. Non occidet ultrà ſol tuus, & luna tua non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & complebitur

Digitized by Google

tur dies luctûs tui. *Iſa.* 60. *v.* 18. 19. 20.

8. Jam hyems tranſiit, imber abiit & receſſit. *Cant.* 2. *v.* 11.

CAPVT XIII.

Securitas ſine Anxietate.

1. POrtæ ejus non claudentur per diem: nox enim non erit illic. *Apoc.* 21. *v.* 25.

2. Meſſui myrrham cum aromatibus meis. *Cant.* 5. *v.* 1.

3. Et apperientur portæ tuæ jugiter: die ac nocte non claudentur, ut afferatur ad te fortitudo gentium, & Reges earum adducantur. *Iſa.* 60. *v.* 11.

4. Iſte in excelſis habitabit: munimenta ſaxorum ſublimitas ejus: panis ei datus eſt, aquæ ejus fideles ſunt. *Iſa.* 33. *v.* 16.

5. Oſtendit mihi Civitatem ſanctam Jeruſalem, & habebat murum magnum & altum. *Apoc.* 21. *v.* 11. 12.

6. Et Civitas in quadro poſita eſt. *Apoc.* 21. *v.* 16.

7. Ipſa Civitas aurum mundum. *Apoc.* 21. *v.* 18.

8. Ego ero ei, ait Dominus, merus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio ejus. *Zach.* 2. *v.* 5.

9. Quoniam confortavit ſeras portarum tuarum. *Pſ.* 147. *v.* 2.

10. Qui poſuit fines tuos pacem. *Pſ.* 147. *v.* 3.

11 Qui vicerit, faciam illum Columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius, & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen civitatis Dei mei novæ Hieruſalem, quæ deſcendit de cælo à Deo meo, & nomen meum novum. *Apoc.* 3. *v.* 12.

CAPVT XIV.

Via certa vitæ æternæ obtinendæ.

1. PAcem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam ſine qua nemo videbit Deum. *Heb.* 12. *v.* 14.

2. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. *Act.* 14. *v.* 21.

3. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. *Matt.* 19. *v.* 17.

4. Qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam. *Matt.* 10. *v.* 39.

5. Neſcitis, quod ii, qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit bravium? ſic currite, ut comprehendatis. 1. *Cor.* 9. *v.* 24.

6. Ipſi tanquam lapides vivi ſuperædificamini. 1. *Pet.* 2. *v.* 5.

7. Hieruſalem, quæ ædificatur ut Civitas. *Pſ.* 121. *v.* 3.

8. Exi citò in plateas & vicos civitatis, & pauperes ac debiles, & cæcos ac claudos introduc huc. *Luca.* 14. *v.* 21.

9. Et nomina inſcripta, quæ ſunt nomina duodecim tribuum filiorum Iſraël. *Apoc.* 21. *v.* 22.

10. Niſi abundaverit juſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in Regnum Cælorum. *Matt.* 5. *v.* 21.

11. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in Regnum Cælorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in Cælis eſt, ipſe intrabit in Regnum Cælorum. *Matt.* 7. *v.* 21.

12. Si ſpiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. *Rom.* 8. *v.* 13.

13. Satagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis, hæc enim facientes non peccabitis aliquando. 2. *Pet.* 1. *verſ.* 20.

CAPVT XV.

Et laboris præmium eſt, & non abſque gratia confertur.

1. QUi metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam. *Ioan.* 4. *v.* 36.

2. Juſti in perpetuum vivent, & apud Dominum eſt merces eorum, & cogitatio illorum apud altiſſimum. *Sap.* 5. *v.* 16.

3. Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt, reddere unicuique ſecundùm opera ſua. *Apoc.* 22. *v.* 12.

4. Quodcunque facitis, ex animo operamini, ſicut Domino & non hominibus. Scientes quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis: Domino Chriſto ſervite. *Coloſſ.* 3. *v.* 23. 24.

5. Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. *Apoc.* 21. *v.* 6.

6. Exiſtimo, quod non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futu-

Digitized by Google

futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. *Rom.* 8. *v.* 18.

7. Venite, emite abſque argento, & abſque ulla commutatione vinum & lac. *Iſa.* 55. *v.* 1.

8. Qui ſitit, veniat, & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. *Apoc.* 22. *v.* 17.

CAPUT XVI.

Non obtinetur in hac vita, nec abſque pugna.

1. NOn videbit me homo & vivet. *Exo.* 33. *v.* 20.
2. Ingrediemur in requiem, qui credidimus. *Heb.* 4. *v.* 3.
3. Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis. *Job.* 14. *v.* 1.
4. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem, nunc cognoſco ex parte, tunc cognoſcam ſicut & cognitus ſum. 1. *Cor.* 13. *v.* 12.
5. Dum ſumus in corpore peregrinamur à Domino (per fidem enim ambulamus & non per ſpeciem) audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum. Et ideò contendimus ſive abſentes ſive præſentes placere illi. 2. *Cor.* 5. *v.* 6. 7. 8.
6. Non coronabitur, niſi qui legitimè certaverit. 2. *Tim.* 2. *v.* 5.
7. Militia eſt vita hominis ſuper terram, & ſicut mercenarii dies ejus. *Job.* 7. *v.* 1.
8. Non habemus hic manentem Civitatem, ſed futuram inquirimus. *Heb.* 13. *v.* 14.
9. Regeneravit nos in ſpem vivam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſſibilem conſervatam in Cælis in vobis. 1. *Pet.* 1. *v.* 3. 4.

CAPUT XVII.

Sed poſt feliciter terminatum hujus vitæ Agonem.

1. HOdie mecum eris in paradiſo. *Luc.* 23. *v.* 43.
2. Ecce video cælos apertos. *Act.* 7. *v.* 55.
3. Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum. *Act.* 7. *v.* 59.

4. Aſcendens in altum captivam duxit captivitatem. *Epheſ.* 4. *verſ.* 8.

5. Deſiderium habens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. *Philip.* 1. *verſ.* 23.

6. Significante Spiritu ſancto, nondum propalatam eſſe Sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente ſtatum. *Heb.* 9. *v.* 8.

7. Acceſſiſtis ad Sion montem & Civitatem Dei viventis Ieruſalem cæleſtem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Eccleſiam primitivorum, qui conſcripti ſunt in cælis, & judicem omnium Deum, & Spiritus juſtorum perfectorum. *Heb.* 12. *v.* 22. 23.

8. Et datæ illis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt illis ut requieſcerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conſervi eorum, & fratres eorum, qui interficiendi ſunt, ſicut & illi. *Apoc.* 6. *v.* 11.

CAPVT XVIII.

Certantibus legitimè & vincentibus promiſſa.

1. Filii ſanctorum ſumus: & vitam illam exſpectamus, quam daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo. *Tob.* 2. *v.* 8.

2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei. *Apoc.* 2. *v.* 7.

3. Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. *Apoc.* 2. *v.* 10.

4. Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen novum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit. *Apoc.* 2. *v.* 17.

5. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. A modò jam dicit Spiritus, ut requieſcant à laboribus ſuis, opera enim illorum ſequuntur illos. *Apoc.* 14. *v.* 13.

6. Qui vicerit & cuſtodierit uſque in finem opera mea, dabo illi poteſtatem ſuper gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur, ſicut & ego accepi à Patre meo: & dabo illi ſtellam matutinam. *Apoc.* 2. *v.* 26. 27. 28.

7. Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis & non delebo nomen

men ejus de libro vitæ, & confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus. Qui vicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno ejus. *Apoc.* 3. *v.* 5. 21.

8. Qui vicerit poſſidebit hæc, & ero illi Deus, & ille erit mihi filius. *Apoc.* 21. *v.* 7.

9. Quos juſtificavit, illos & glorificavit. *Rom.*8. *v.* 30.

10. Afferent gloriam & honorem gentium in illam. *Apoc.* 21. *v.* 26.

11. Populus autem tuus omnes juſti in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum. *Iſa.* 60. *v.* 21.

CAPUT XIX.

Non timidis, incredulis, improbis.

1. TImidis & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure: quod eſt mors ſecunda: non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni. *Apoc.* 21. *v.* 8. 27.

2. Foris canes & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſervientes, & omnis qui amat, & facit mendacium. *Apoc.* 22. *v.* 15.

3. Non adjiciet ultrà, ut pertranſeat per te incircumciſus & immundus. *Iſa.* 52. *v.* 1.

4. Erit Jeruſalem ſancta & alieni non tranſibunt per eam ampliùs. *Joël.* 3. *v.* 17.

5. Amice, quomodo huc intrâſti non habens veſtem nuptialem? at ille obmutuit. Tunc dixit Rex miniſtris: ligatis manibus & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium. *Matt.* 22. *v.* 12. 13.

6. Noviſſimè veniunt & reliquæ virgines dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille reſpondens ait: Amen dico vobis: neſcio vos. *Matt.* 25. *v.* 11, 12.

7. Neſcio vos, unde ſitis: diſcedite à me omnes operarii iniquitatis. *Luc.* 13. *v.* 27.

Digitized by Google

8. Exibunt Angeli & ſeparabunt malos de medio juſtorum & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & ſtridor dentium. *Matt.* 13. *v.* 49. 50.

CAPVT XX.

Deſiderium Patriæ Cæleſtis.

1. SI oblitus fuero tui Ieruſalem, oblivioni detur dextera mea: adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui: ſi non poſuero Jeruſalem in principio lætitiæ meæ. *Pſ.* 136. *v.* 5. 6.

2. Ne ſileas, quoniam advena ego ſum apud te, & peregrinus, ſicut omnes patres mei. *Pſ.* 30. *v.* 13.

3. Quid mihi eſt in cælo, & à te, quid volui ſuper terram. *Pſ.* 72. *v.* 25.

4. Super flumina Babylonis illic ſedimus & flevimus dum recordaremur Sion. *Pſ.* 136. *v.* 1.

5. Noſtra converſatio in cælis eſt. *Philip.* 3. *v.* 20.

6. Quæ habitas in hortis, amici auſcultant, fac me audire vocem tuam. *Cant.* 8. *v.* 13.

7. Juxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſſionibus, ſed à longè eas aſpicientes, & ſalutantes & confitentes, quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram. Qui enim hæc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere. Et ſi quidem ipſius meminiſſent, de qua exierunt, habebant utique tempus revertendi: nunc autem meliorem appetunt, id eſt cæleſtem. *Heb.* 11. *v.* 13. 14.

8. Infælix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis hujus? *Rom.* 7. *v.* 24.

9. Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo me exſpectant juſti, donec retribuas mihi. *Pſ.* 141. *v.* 8.

10. In terra deſerta, invia & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam. *Pſ.* 62. *v.* 3.

11. Circuivi & immolavi in tabernaculo ejus hoſtiam vociferationis, cantabo & pſalmum dicam Domino. *Pſ.* 26. *v.* 11.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXI.

Iaculatoriæ gloriam cæleſtem ardenter optantis.

1. O Quando dabitur lugentibus corona pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mæroris! *Iſa. 61. v. 3.*

2. Unam petii à Domino, hanc requiram, ut inbabitem in Domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, ut videam voluptatem Domini, & viſitem templum ejus. *Pſ. 26. v. 7. 8.*

3. Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei. *Pſ. 41. v. 1. 2.*

4. Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ, & volabo & requieſcam? *Pſ. 54. v. 6.*

5. Quis deducet me in Civitatem munitam. *Pſ. 59. v. 10.*

6. Si inveni gratiam in conſpectu tuo Domine, oſtende mihi faciem tuam. *Exo. 33. v. 13.*

7. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini. *Pſ. 83. v. 1.*

8. Beati, qui habitant in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te. *Pſ. 83. v. 5.*

9. Melior eſt dies una in atriis tuis ſuper millia. *Pſ. 83. v. 11.*

10. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, multùm incola fuit anima mea. *Pſ. 119. v. 5.*

11. Defecit in ſalutare tuum anima mea. *Pſ. 118. v. 81.*

PARS

PARS II.

Liberum Arbitrium, atque actus humani boni ac mali.

PRÆFATIO.

ARbitrium Liberum eſt intellectualis ſubſtantiæ poteſtas, omnibus poſitis requiſitis, agendi vel non agendi, vel agendi oppoſitum. Diciturque facultas rationis & voluntatis, quia homo ſuorum actuum Dominus eſt, per intellectum & voluntatem, ut rectè Magiſter Sententiarum *lib.* 2. *diſt.* 24. & D. Thom. 1. 2. *q.* 1. *a.* 1. Quamvis enim libertas noſtra in voluntate ſit, tanquam in ſubjecto: à ratione tamen, ſive ab intellectu, tanquam à radice dependet, quia huic convenit actus arbitrandi, ſive judicandi, id, quod à voluntate eligitur, vel reſpuitur. Eſt autem duplex libertas, altera contradictionis, ſive quoad exercitium, altera verò contrarietatis, ſive quoad ſpecificationem.

CAPUT PRIMUM.

Liberi arbitrii uſus ad bonum & malum, virtutem & vitium.

1. DEus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilii ſui. *Eccli.* 15. *v.* 14.

2. Adjecit mandata & præcepta ſua; ſi volueris mandata ſervare, conſervabunt te. *Ibidem. v.* 15. *&* 16.

3. Appoſuit tibi ignem & aquam, ad quod volueris, porrige manum tuam. *Ibidem. v.* 18.

4. An

4. An te hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. *Ibid. v.* 18.

5. Conſidera, quod hodiè in conſpectu tuo propoſuerim vitam & bonum, & è contrario mortem & malum, ut diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus, & cuſtodias mandata illius. *Deut.* 30. *verſ.* 15.

6. Teſtes hodiè invoco cælum & terram, quod propoſuerim vobis hodiè vitam & mortem, benedictionem & maledictionem. Elige ergò vitam, ut vivas tu & ſemen tuum, & diligas Dominum Deum, & obedias voci ejus. *Ibid. v.* 19.

7. Sin autem malum vobis videatur, ut Domino ſerviatis, optio vobis datur, eligite hodiè quod placet. *Joſue.* 24. *v.* 15.

8. Nonne ſi benè egeris, recipies: ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit: ſed ſubter te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius. *Gen.* 4. *v.* 7.

9. Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens voluntatis ſuæ. 1. *Cor.* 7. *v.* 37.

10. Sine conſilio tuo nihil volui facere, uti ne velut ex neceſſitate bonum tuum eſſet, ſed voluntarium. *ad Philemon. v.* 14.

11. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Quod ſi nolueritis, & me ad iracundiam provocaveritis, gladius decorabit vos. *Iſa.* 1. *v.* 19.

12. In arbitrio viri erit, ſive faciat, ſive non faciat. *Num.* 30. *v.* 14.

13. Quia vocavi & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo cum vobis, id quod timebatis, advenerit. *Prov.* 1. *v.* 24. 25. 26.

14. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? *Matt.* 23. *v.* 37.

CAPUT II.

Exhortatio ad bonorum operum exercitium.

1. SEminate vobis in juſtitia, & metite in ore miſericordiæ, innovate vobis novale: tempus autem requirendi Dominum, cùm venerit, qui docebit vos juſtitiam. *Oſeæ* 10. *v.* 12.

2. Loquimini veritatem, unuſquiſque cum proximo ſuo: veritatem & judicium pacis judicate in portis veſtris. *Zach.* 8. *v.* 16. 17.

3. Poſui vos ut eatis, & fructum afferatis: & fructus veſter maneat. *Joan.* 15. *v.* 16.

4. Quæ ſeminaverit homo, hæc & metet; quoniam, qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem, qui autem ſeminat in Spiritu, de Spiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim ſuo metemus, non deficientes. Ergò dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei. *Gal.* 6. *v.* 8. 9. 10.

5. Quapropter fratres magis ſatagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis: hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum Regnum Domini noſtri, & Salvatoris Ieſu Chriſti. 2. *Petri* 1. *v.* 10. 11.

CAPVT III.

Honeſtorum operum Præceptum.

1. IAm ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergò arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. *Matt.* 3. *v.* 10.

2. Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in Regnum cælorum: ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe intrabit in Regnum cælorum. *Matt.* 7. *v.* 21.

3. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. *Joan.* 15. *v.* 2.

4. Fidelis ſermo eſt, & de his volo te confirmare, ut curent bonis operibus præeſſe, qui credunt Deo: hæc ſunt bona & utilia hominibus. *ad Tit.* 3. *v.* 8.

5. Quid proderit fratres mihi, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? nunquid poterit fides ſalvare eum? ſi autem frater & ſoror nudi ſunt, & indigent victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis, illis, ite in pace calefacimini & ſaturamini, non dederitis

Digitized by Google

tis autem eis, quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit? Sic & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. *Jac.* 2. *v.* 14. 15. 16. 17.

CAPVT IV.

Honeſtati externæ jungenda Honeſtas & Pietas interna.

1. QUò mihi multitudinem victimarum veſtrarum, dicit Dominus: plenus ſum, holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Lavamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis: quieſcite agere perversè, diſcite benefacere, quærite judicium, ſubvenite oppreſſo, judicate pupillo, defendite viduam, *Iſa.* 1. *v.* 11. 16. 17.

2. Ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos? qui immolat bovem, quaſi qui interficiat virum: qui mactat pecus, quaſi qui excerebret canem: qui offert oblationem, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat. *Iſa.* 66. *v.* 2. 3.

3. Quid dignum offeram Domino? curvabo genu Deo excelſo? nunquid offeram ei holocauſtomata, & vitulos anniculos? nunquid placari poteſt Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? Nunquid dabo primogenitum meum pro ſcelere meo, fructum ventris mei, pro peccato animæ meæ. Indicabo tibi, ô homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te: Utique facere judicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo. *Mich.* 6. *v.* 6. 7. 8.

4. Loquere ad omnem populum terræ & ad Sacerdotes, dicens; cùm jejunaretis & plangeretis in quinto & ſeptimo per hos ſeptuaginta annos: nunquid jejunium jejunâſtis mihi? & cùm comediſtis & bibiſtis, nunquid non vobis comediſtis, & vobiſmetipſis bibiſtis? Hæc ait Dominus Exercituum, dicens, judicium verum judicate, & miſericordiam & miſerationes facite, unuſquiſque cum fratre ſuo, & viduam, & pupillum, & advenam, & pauperem nolite calumniari, & malum vir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo. *Zach.* 7. *v.* 5. 6. 9. 10.

CAPVT V.

In eos qui rectè agere negligunt, ſolo Religionis nomine gloriantes.

1. EGo repletus ſum fortitudine Spiritûs Domini, judicio, & virtute, ut annuntiem Iacob ſcelus ſuum, & Iſraël peccatum ſuum: audite hoc Principes domûs Jacob, & Iudices domûs Iſraël: qui abominamini Judicium, & omnia recta pervertitis. Qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Ieruſalem in iniquitate: Principes ejus in muneribus judicabant, & Sacerdotes ejus in mercede docebant, & Prophetæ ejus in pecunia divinabant, & ſuper Dominum requieſcebant, dicentes: Nunquid non Dominus in medio noſtrum? non venient ſuper nos mala. Propter hoc cauſa veſtri, Sion quaſi ager arabitur, & Ieruſalem quaſi acervus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſilvarum. *Mich.* 3. *v.* 8. 9. 10. 11. 12.

2. Bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra: & habitabo vobiſcum in loco iſto. Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes: Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini eſt. Quoniam ſi bene direxeritis vias veſtras & ſtudia veſtra: Si feceritis judicium inter virum & proximum ejus, habitabo vobiſcum in loco iſto, in terra quam dedi Patribus veſtris à ſæculo, & uſque in ſæculum.

Ecce vos confiditis in ſermonibus mendacii, qui non proderunt vobis; furari, occidere, adulterari, jurare mendaciter, libare Baalim, & ire poſt Deos alienos, quos ignoratis. Et veniſtis, & ſtetiſtis coram me in domo hac, in qua invocatum eſt nomen meum, & dixiſtis: liberati ſumus, eo quod fecerimus omnes abominationes iſtas. *Hier.* 7. *v.* 8. 9. 10.

3. Facite fructum dignum pœnitentiæ. Et ne velitis dicere intra vos Patrem habemus Abraham: dico enim vobis, quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. *Matth.* 3. *v.* 8. 9.

4. Audite hæc domus Jacob, qui vocamini nomine Iſraël, & de aquis Iuda exiſtis, qui juratis in nomine Domini, & Dei Iſraël recordamini non in veritate, neque in juſtitia. De civitate enim ſancta vocati ſunt, & ſuper Deum Iſraël conſtabiliti ſunt; Dominus exercitium nomen ejus. *Iſa.* 48. *v.* 1. 2.

CA-

Digitized by Google

CAPUT VI.

Honeſtè operandi captanda occaſio, & opportunitas exſpectanda.

1. MAnè ſemina ſemen tuum, & veſperè non ceſſet manus tua: quia neſcis, quid magis oriatur, hoc aut illud: & ſi utrumque ſimul, meliùs erit. *Eccli.* 11. *v.* 6.

2. Operamini opus veſtrum ante tempus, & dabit vobis mercedem veſtram in tempore ſuo. *Eccli.* 51. *v.* 38.

3. Venit nox, quando nemo poteſt operari. *Ioan.* 9. *v.* 4.

4. Negotiamini dum venio. *Luc.* 19. *v.* 13.

5. Adhuc modicum lumen in vobis eſt. Ambulate, dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, neſcit quò vadat. *Ioan.* 12. *v.* 35. 36.

6. Videte fratres, quomodo cautè ambuletis: non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. *Epheſ.* 5. *v.* 15. 16.

7. Omni negotio tempus eſt, & opportunitas, & multa hominis afflictio. *Eccleſ.* 8. *v.* 6.

8. Omnia tempus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt univerſa ſub cælo. *Eccleſ.* 3. *v.* 1.

CAPUT VII.

Fructus Bonorum Operum & malorum.

1. QUi operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus, qui autem ſectatur otium, ſtultiſſimus eſt. *Prov.* 12. *v.* 11.

2. Impius facit opus inſtabile: ſeminanti autem iuſtitiam merces fidelis. *Prov.* 11. *v.* 18.

3. Dicite juſto, quoniam benè, quoniam fructum adinventionum ſuarum comedet. *Iſa.* 3. *v.* 10.

4. Opus hominis reddet ei, & juxta vias ſingulorum reſtituet eis. *Job.* 34. *v.* 11.

Digitized by Google

5. Reddet unicuique ſecundùm opera ejus, iis quidem, qui ſecundùm patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam: iis autem, qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati ira & indignatio. Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum & Græci: gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm & Græco: non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum. *Rom.* 2. *v.* 6. 7. 8. 9. 10. 11.

CAPVT VIII.

Opera omnia rectâ ad Dei gloriam intentione perficienda.

1. SI quis loquitur, quaſi ſermones Dei: ſi quis miniſtrat tanquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus: ut in omnibus honorificetur Deus per Jeſum Chriſtum, cui eſt gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum, Amen. 1. *Pet.* 4. *v.* 11.

2. Sive manducatis, ſive bibitis, ſive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. 1. *Cor.* 10. *v.* 31.

3. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, gratias agentes Deo & Patri per ipſum. *Coloſſ.* 13. *v.* 17.

4. Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus, ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit: ſi ergo lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ, quantæ erunt? *Matt.* 6. *v.* 22. 23.

5. Nihil erat in Templo, quod non auro tegeretur. 3. *Reg.* 6. *verſ.* 22.

6. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia ejus. *Pſ.* 117. *v.* 1.

7. Operamini, non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. *Ioan.* 6. *v.* 27.

8. Vulneràſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneràſti cor meum in uno oculorum tuorum. *Cant.* 4. *v.* 9.

Digitized by Google

CAPVT IX.

Puritas intentionis & cordis accepta Deo.

1. OMni cuſtodiâ ſerva cor tuum, quia ex ipſo vita procedit. *Prov.* 4. *v.* 23.

2. Fili mi, attende ad ſapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam, ut cuſtodias cogitationes, & diſciplinam labia tua conſervent. *Prov.* 5. *v.* 1. 2.

3. Verbum nequam immutabit cor: ex quo quatuor partes oriuntur, bonum & malum, vita, & mors: & dominatrix illorum eſt aſſidua lingua. *Eccli.* 37. *v.* 21.

4. Præbe fili mi, cor tuum mihi: & oculi tui vias meas cuſtodiant. *Prov.* 23. *v.* 26.

5. Abominatio Domini cogitationes malæ, & purus ſermo pulcherrimus firmabitur ab eo. *Prov.* 25. *v.* 26.

6. Expurgate vetus fermentum, ut ſitis nova conſperſio, ſicut eſtis azymi, etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaque epulemur non in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis. 1. *Cor.* 5. *v.* 7. 8.

7. Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. *Eccl.* 9. 8.

8. Habes pauca nomina in ſardis, qui non inquinaverunt veſtimenta ſua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt. *Apoc.* 3. *verſ.* 4.

CAPVT X.

Intentio obliqua, Deo ingrata omnem aufert fructum operum.

1. VÆ peccatori terram ingredienti duabus viis. *Eccli.* 2. *verſ.* 14.

2. Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei: ſacrificia eorum, quaſi panis lugentium, omnes qui comedunt eum contaminabuntur, quia panis eorum, animæ ipſorum non intrabit in domum Domini. *Oſeæ* 9. *v.* 4.

3. Ven-

Digitized by Google

3. Ventum ſeminabunt, & turbinem metent. *Oſea. 6. v. 2.*

4. Receperunt mercedem ſuam: *Matt. 6. v. 2.*

5. Germen non faciet farinam, quod etſi fecerit, alieni comedent eam. *Oſea. 8. v. 8.*

6. Amen amen dico vobis: quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducâſtis ex panibus, & ſaturati eſtis. *Ioan. 6. v. 26.*

CAPVT XI.

Hypocriſis varii actus.

1. FRaudulenti vaſa peſſima ſunt: ipſe enim cogitationes concinnavit, ad perdendos mites in ſermone mendacii, cùm loqueretur pauper judicium. *Iſa. 32. v. 7.*

2. Acuerunt linguam ſuam ſicut ſerpentes: venenum aſpidum ſub labiis eorum. *Pſ. 139. v. 4.*

3. Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur: & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant, & dilataverunt ſuper me os ſuum, dixerunt: Euge, euge viderunt oculi noſtri. *Pſ. 34. v. 20. 21.*

4. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis dolosè agebant, venenum aſpidum ſub labiis eorum. *Pſ. 13. v. 3.*

5. Dicunt & non faciunt: alligant enim onera gravia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea movere. Omnia verò opera ſua faciunt, ut videantur ab hominibus: dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias: Væ vobis Scribæ & Phariſæi Hypocritæ: quia clauditis Regnum Cælorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare. Væ vobis Scribæ & Phariſæi Hypocritæ, quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes, propter hoc amplius accipietis judicium: Væ vobis Scribæ & Phariſæi Hypocritæ, quia decimatis mentam, & anethum & cyminum, & reliquiſtis quæ graviora ſunt legis, judicium & miſericordiam & fidem: Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci excolantes culicem, camelum autem glutientes. Væ vobis Scribæ & Phariſæi Hipocritæ, quia mundatis, quod de foris eſt calicis & paropſidis: intus autem pleni eſtis rapinâ & immunditiâ. Phariſee cæce, munda priùs, quod intus eſt calicis & paropſidis, ut fiat id quod de foris eſt, mundum. *Matt. 23. v. 4. 5. 14. 23. 24. 25. 26.*

6. Ge-

Digitized by Google

6. Generatio, quæ ſibi munda videtur, & tamen non eſt lota à ſordibus ſuis. *Prov.* 30. *v.* 12.

7. Eſt, qui nequiter humiliat ſe, & interiora ejus plena ſunt dolo. Et eſt juſtus, qui ſe nimium ſubmittit à multa humilitate: & eſt, qui inclinat faciem ſuam & fingit ſe non videre quod ignoratum eſt: & ſi ab imbecillitate virium vetetur peccare, ſi invenerit tempus malefaciendi, malefaciet. *Eccli.* 19. *v.* 24. 25.

8. Qui dicunt, recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es: iſti fumus erunt in furore meo, ignis tota die ardens. *Iſa.* 65. *v.* 5.

9. Abſcondunt odium labia mendacia. *Prov.* 10. *v.* 18.

CAPVT XII.

Varii Hypocriſis effectus.

1. QUi annuit oculo, dabit dolorem. *Prov.* 10. *v.* 10.

2. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta eſt in ore ſuo, pacem cum amico ſuo loquitur, & occultè ponit ei inſidias. Nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus? aut in gentem hujuſmodi non ulciſcetur anima mea? *Hier.* 9. *v.* 8. 9.

3. Dividet eum, partemque ejus ponet cum Hypocritis, illic erit fletus & ſtridor dentium. *Matt.* 24. *v.* 51.

4. Lingua fallax non amat veritatem: & os lubricum operatur ruinam. *Prov.* 26. *v.* 28.

5. Cor ingrediens duas vias non habebit ſucceſſus, & pravus corde in illis ſcandalizabitur. *Eccli.* 3. *v.* 28.

6. Qui quærit legem, replebitur ab ea: & qui inſidiosè agit, ſcandalizabitur in ea. *Eccli.* 32. *v.* 19.

7. Spes Hypocritæ peribit. Non ei placebit vecordia ſua, & ſicut tela aranearum fiducia ejus. Imitetur ſuper domum ſuam, & non ſtabit: fulciet eam: & non conſurget. *Job.* 8. *v.* 13. 14. 15.

8. Congregatio Hypocritæ ſterilis. *Job.* 15. *v.* 34.

9. Hoc ſcio à principio, ex quo poſitus eſt homo ſuper terram, quod laus impiorum brevis ſit, & gaudium Hypocritæ adinſtar puncti. Si aſcenderit uſque ad Cælum ſuperbia ejus, & caput ejus nubes tetigerit: quaſi ſterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderant, di-

Digitized by Google

cent: ubi eſt? velut ſomnium avolans non invenietur, tranſiet ſicut viſio nocturna. *Job.* 20. *v.* 4. 5. 6. 7. 8.

10. Animæ doloſæ erant in peccatis. *Prov.* 23. *v.* 13.

11. Quæ eſt ſpes Hypocritæ, ſi avarè rapiat, & non liberet Deus animam ejus? nunquid Deus audiet clamorem ejus, cùm venerit ſuper eum anguſtia? aut poterit in omnipotente delectari, aut invocare Deum omni tempore? *Iob.* 27. *v.* 8. 9. 10.

CAPUT XIII.

Hypocriſis tandem detegitur.

1. SI ab imbecillitate virium vetetur peccare, ſi invenerit tempus malefaciendi, malefaciet. *Eccli.* 19. *v.* 25.

2. Nihil eſt opertum, quod non revelabitur: & occultum, quod non ſcietur. *Matt.* 10. *v.* 26.

3. Qui operit odium fraudulenter, revelabitur malitia ejus in Concilio. *Prov.* 26. *v.* 26.

4. Divitias, quas devoravit, evomet, & de ventre illius extrahet eas Deus. *Iob.* 20. *v.* 15.

5. Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter; qui autem depravat vias ſuas, manifeſtus erit. *Prov.* 10. *v.* 9.

6. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis & riſus dentium & ingreſſus hominis enuntiant de illo. *Eccli.* 19. *v.* 26. 27.

CAPVT XIV.

Hypocritas deteſtatur Deus.

1. ABominabile Domino cor pravum, & voluntas ejus in iis, qui ſimpliciter ambulant. *Prov.* 11. *v.* 20.

2. Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. *Sap.* 1. *v.* 5.

3. Non veniet in conſpectu ejus omnis Hypocrita. *Iob.* 13. *v.* 16.

4. Simulatores & callidi provocant iram Dei, neque clamabunt, cùm vincti fuerint. *Iob.* 36. *v.* 13.

5. Vos eſtis, qui juſtificatis vos coram hominibus: Deus autem

novit

Digitized by Google

novit corda veſtra, quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante Deum. *Luc.* 16. *v.* 15.

6. Spiritus eſt Deus: & eos, qui adorant eum in ſpiritu & veritate oportet adorare. *Ioan.* 4. *v.* 24.

7. Eò quòd appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autem ejus longè eſt à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis. Ideò ecce ego addam, ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi & ſtupendo: peribit enim ſapientia à ſapientibus ejus, & intellectus prudentium ejus abſcondetur. *Iſa.* 29. *v.* 13. 14.

CAPVT XV.

Vetatur Hypocriſis, Puritas Cordis ac Synceritas commendatur.

1. DEponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & invidias, & omnes detractiones. 1. *Pet.* 2. *v.* 11.

2. Emundate manus peccatores: & purificate corda duplices animo. *Iac.* 4. *v.* 8.

3. Ne ſis incredibilis timori Domini, & ne acceſſeris ad illum duplici corde. Ne fueris Hypocrita in conſpectu hominum, & non ſcandalizeris in labiis tuis, attende in illis, ne fortè cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem, & revelet Deus abſconſa tua, & in medio Synagogæ elidat te. Quoniam acceſſiſti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum eſt dolo & fallacia. *Eccli.* 1. *v.* 36. 37. 38. 39. 40.

4. Sentite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum. *Sap.* 1. *v.* 1.

CAPVT XVI.

Deo nihil accedit intrinſecè ex actibus noſtris, ſive boni fuerint, ſive mali.

1. SI ſapiens fueris, tibimetipſi eris: ſi autem illuſor, ſolus portabis malum. *Prov.* 9. *v.* 12.

2. Si peccaveris, quid ei nocebis? & ſi multiplicatæ fuerint iniqui-

tates tuæ, quid facies contra eum? porro ſi juſtè egeris, quid donabis ei? aut quid de manu tua accipiet? Homini, qui ſimilis tui eſt, nocebit impietas tua: & filium hominis adjuvabit juſtitia tua. Propter multitudinem calumniatorum clamabunt: & ejulabunt propter vim brachii Tyrannorum. *Iob.* 35. *v.* 6. 7. 8. 9.

3. Quid eſt homo, aut quæ eſt gratia illius? & quid eſt bonum, aut quid nequam illius? *Eccli.* 18. *v.* 7.

4. Quid prodeſt Deo, ſi juſtus fueris? aut quid ei confert, ſi immaculata fuerit via tua? *Iob.* 22. *v.* 3.

5. Cùm feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: ſervi inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. *Luc.* 17. *v.* 10.

6. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? *Rom.* 11. 35.

7. Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni. *Cant.* 2. *v.* 10.

8. Cujus adjutor es? nunquid imbecillis? & ſuſtentas brachium ejus, qui non eſt fortis? cui dediſti conſilium? forſitan illi, qui non habet ſapientiam? & prudentiam tuam oſtendiſti plurimam. *Iob.* 26. *verſ.* 2. 3.

CAPUT XVII.

Poteſt alios in aliorum locum ſubſtituere.

1. Et ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham: dico enim vobis, quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis, ſuſcitare filios Abrahæ. *Matt.* 3. *v.* 9.

2. Et erit numerus filiorum Iſraël, quaſi arena maris, quæ ſine menſura eſt, & non numerabitur, & erit in loco, ubi dicitur eis: non populus meus vos: dicitur eis: filii Dei viventis: & congregabuntur filii Juda, & filii Iſraël pariter, & ponent ſibimet caput unum, & aſcendent de terra, quia magnus dies Iſraël. *Oſeæ.* 1. *v.* 10. 11.

3. Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus. *Matt.* 21. *v.* 43.

4. Tunc ait ſervis ſuis: nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed qui invitati erant, non fuerunt digni. Ite ergò ad exitus viarum, & quoſcunque inveneritis, vocate ad nuptias. *Matt.* 22. *v.* 8. 9.

5. Tene, quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. *Apoc.* 3. *verſ.* 11.

6. Con-

6. Conteret multos & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis. Novit enim opera eorum: Et idcircò inducet noctem, & conterentur. *Job. 34. v. 24.*

PARS III.

Lex Externa & Interna.

PRÆFATIO.

ALlatis Sacræ Paginæ teſtimoniis de Actibus humanis ad Dei gloriam rectâ intentione dirigendis, congruum videtur, ut agatur de Lege Divina ſincero corde excipienda. Poſſe enim judicare de bonitate & malitia actuum humanorum, unum è præcipuis Theologiæ muniis eſt: modus autem judicandi eſt lex, primò quidem divina, tùm etiam humana, ac denique legibus externis conformata conſcientia, quæ lex interna dicitur. Omnis enim illa actio humana bona eſt, cui nulla deeſt conditio, à legibus requiſita: mala autem, in qua reperitur aliqua prævaricatio. Denique ex occaſione ſubnectentur aliqua de paſsionibus, quas ſubinde Apoſtolus legis nomine compellat, quæ ad proximè declarandam gratiæ neceſsitatem congruè præmittuntur.

CAPVT PRIMVM.

Gratia excitans & adjuvans.

1. DOminus legifer noſter, Dominus Rex noſter, ipſe ſalvabit nos. *Iſa. 33. v. 22.*

2. Dabit illi Chriſto Salvatori noſtro, Dominus Deus ſedem David Patris ejus, & regnabit in domo Iacob in æternum. *Luca 1. v. 33.*

3. Om-

5. Reddet unicuique ſecundùm opera ejus, iis quidem, qui ſecundùm patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam: iis autem, qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati ira & indignatio. Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum & Græci: gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm & Græco: non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum. *Rom.* 2. *v.* 6. 7. 8. 9. 10. 11.

CAPVT VIII.

Opera omnia rectâ ad Dei gloriam intentione perficienda.

1. SI quis loquitur, quaſi ſermones Dei: ſi quis miniſtrat tanquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus: ut in omnibus honorificetur Deus per Jeſum Chriſtum, cui eſt gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum, Amen. 1. *Pet.* 4. *v.* 11.

2. Sive manducatis, ſive bibitis, ſive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. 1. *Cor.* 10. *v.* 31.

3. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, gratias agentes Deo & Patri per ipſum. *Coloſſ.* 13. *v.* 17.

4. Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus, ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit: ſi ergo lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ, quantæ erunt? *Matt.* 6. *v.* 22. 23.

5. Nihil erat in Templo, quod non auro tegeretur. 3. *Reg.* 6. *verſ.* 22.

6. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia ejus. *Pſ.* 117. *v.* 1.

7. Operamini, non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. *Ioan.* 6. *v.* 27.

8. Vulnerâſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulnerâſti cor meum in uno oculorum tuorum. *Cant.* 4. *v.* 9.

Digitized by Google

CAPVT IX.

Puritas intentionis & cordis accepta Deo.

1. OMni cuſtodiâ ſerva cor tuum, quia ex ipſo vita procedit. *Prov.* 4. *v.* 23.

2. Fili mi, attende ad ſapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam, ut cuſtodias cogitationes, & diſciplinam labia tua conſervent. *Prov.* 5. *v.* 1. 2.

3. Verbum nequam immutabit cor: ex quo quatuor partes oriuntur, bonum & malum, vita, & mors: & dominatrix illorum eſt aſſidua lingua. *Eccli.* 37. *v.* 21.

4. Præbe fili mi, cor tuum mihi: & oculi tui vias meas cuſtodiant. *Prov.* 23. *v.* 26.

5. Abominatio Domini cogitationes malæ, & purus ſermo pulcherrimus firmabitur ab eo. *Prov.* 25. *v.* 26.

6. Expurgate vetus fermentum, ut ſitis nova conſperſio, ſicut eſtis azymi, etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaque epulemur non in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis. 1. *Cor.* 5. *v.* 7. 8.

7. Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. *Eccl.* 9. 8.

8. Habes pauca nomina in ſardis, qui non inquinaverunt veſtimenta ſua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt. *Apoc.* 3. *verſ.* 4.

CAPVT X.

Intentio obliqua, Deo ingrata omnem aufert fructum operum.

1. VÆ peccatori terram ingredienti duabus viis. *Eccli.* 2. *verſ.* 14.

2. Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei: ſacrificia eorum, quaſi panis lugentium, omnes qui comedunt eum contaminabuntur, quia panis eorum, animæ ipſorum non intrabit in domum Domini. *Oſea* 9. *v.* 4.

3. Ven-

Digitized by Google

3. Ventum ſeminabunt, & turbinem metent. *Oſeæ. 6. v. 2.*

4. Receperunt mercedem ſuam. *Matt. 6. v. 2.*

5. Germen non faciet farinam, quod etſi fecerit, alieni comedent eam. *Oſeæ. 8. v. 8.*

6. Amen amen dico vobis: quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducâſtis ex panibus, & ſaturati eſtis. *Ioan. 6. v. 26.*

CAPVT XI.

Hypocriſis varii actus.

1. FRaudulenti vaſa peſſima ſunt: ipſe enim cogitationes concinnavit, ad perdendos mites in ſermone mendacii, cùm loqueretur pauper judicium. *Iſa. 32. v. 7.*

2. Acuerunt linguam ſuam ſicut ſerpentes: venenum aſpidum ſub labiis eorum. *Pſ. 139. v. 4.*

3. Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur: & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant, & dilataverunt ſuper me os ſuum, dixerunt: Euge, euge viderunt oculi noſtri. *Pſ. 34. v. 20. 21.*

4. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis dolosè agebant, venenum aſpidum ſub labiis eorum. *Pſ. 13. v. 3.*

5. Dicunt & non faciunt: alligant enim onera gravia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea movere. Omnia verò opera ſua faciunt, ut videantur ab hominibus: dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias: Væ vobis Scribæ & Phariſæi Hypocritæ: quia clauditis Regnum Cælorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare. Væ vobis Scribæ & Phariſæi Hypocritæ, quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes, propter hoc amplius accipietis judicium: Væ vobis Scribæ & Phariſæi Hypocritæ, quia decimatis mentam, & anethum & cyminum, & reliquiſtis quæ graviora ſunt legis, judicium & miſericordiam & fidem: Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci excolantes culicem, camelum autem glutientes. Væ vobis Scribæ & Phariſæi Hipocritæ, quia mundatis, quod de foris eſt calicis & paropſidis: intus autem pleni eſtis rapinâ & immunditiâ. Phariſæe cæce, munda priùs, quod intus eſt calicis & paropſidis, ut fiat id quod de foris eſt, mundum. *Matt. 23. v. 4. 5. 14. 23. 24. 25. 26.*

6. Ge-

6. Generatio, quæ ſibi munda videtur, & tamen non eſt lota à ſordibus ſuis. *Prov.* 30. *v.* 12.

7. Eſt, qui nequiter humiliat ſe, & interiora ejus plena ſunt dolo. Et eſt juſtus, qui ſe nimium ſubmittit à multa humilitate: & eſt, qui inclinat faciem ſuam & fingit ſe non videre quod ignoratum eſt: & ſi ab imbecillitate virium vetetur peccare, ſi invenerit tempus malefaciendi, malefaciet. *Eccli.* 19. *v.* 24. 25.

8. Qui dicunt, recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es: iſti fumus erunt in furore meo, ignis tota die ardens. *Iſa.* 65. *v.* 5.

9. Abſcondunt odium labia mendacia. *Prov.* 10. *v.* 18.

CAPUT XII.

Varii Hypocriſis effectus.

1. QUi annuit oculo, dabit dolorem. *Prov.* 10. *v.* 10.

2. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta eſt in ore ſuo, pacem cum amico ſuo loquitur, & occultè ponit ei inſidias. Nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus? aut in gentem hujuſmodi non ulciſcetur anima mea? *Hier.* 9. *v.* 8. 9.

3. Dividet eum, partemque ejus ponet cum Hypocritis, illic erit fletus & ſtridor dentium. *Matt.* 24. *v.* 51.

4. Lingua fallax non amat veritatem: & os lubricum operatur ruinam. *Prov.* 26. *v.* 28.

5. Cor ingrediens duas vias non habebit ſucceſſus, & pravus corde in illis ſcandalizabitur. *Eccli.* 3. *v.* 28.

6. Qui quærit legem, replebitur ab ea: & qui inſidiosè agit, ſcandalizabitur in ea. *Eccli.* 32. *v.* 19.

7. Spes Hypocritæ peribit. Non ei placebit vecordia ſua, & ſicut tela aranearum fiducia ejus. Innitetur ſuper domum ſuam, & non ſtabit: fulciet eam: & non conſurget. *Job.* 8. *v.* 13. 14. 15.

8. Congregatio Hypocritæ ſterilis. *Job.* 15. *v.* 34.

9. Hoc ſcio à principio, ex quo poſitus eſt homo ſuper terram, quod laus impiorum brevis ſit, & gaudium Hypocritæ adinſtar puncti. Si aſcenderit uſque ad Cælum ſuperbia ejus, & caput ejus nubes tetigerit: quaſi ſterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderant, di-

cent: ubi eſt? velut ſomnium avolans non invenietur, tranſiet ſicut viſio nocturna. *Job.* 20. *v.* 4. 5. 6. 7. 8.

10. Animæ doloſæ erant in peccatis. *Prov.* 23. *v.* 13.

11. Quæ eſt ſpes Hypocritæ, ſi avarè rapiat, & non liberet Deus animam ejus? nunquid Deus audiet clamorem ejus, cùm venerit ſuper eum anguſtia? aut poterit in omnipotente delectari, aut invocare Deum omni tempore? *Iob.* 27. *v.* 8. 9. 10.

CAPUT XIII.

Hypocriſis tandem detegitur.

1. SI ab imbecillitate virium vetetur peccare, ſi invenerit tempus malefaciendi, malefaciet. *Eccli.* 19. *v.* 25.

2. Nihil eſt opertum, quod non revelabitur: & occultum, quod non ſcietur. *Matt.* 10. *v.* 26.

3. Qui operit odium fraudulenter, revelabitur malitia ejus in Concilio. *Prov.* 26. *v.* 26.

4. Divitias, quas devoravit, evomet, & de ventre illius extrahet eas Deus. *Iob.* 20. *v.* 15.

5. Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter; qui autem depravat vias ſuas, manifeſtus erit. *Prov.* 10. *v.* 9.

6. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis & riſus dentium & ingreſſus hominis enuntiant de illo. *Eccli.* 19. *v.* 26. 27.

CAPVT XIV.

Hypocritas deteſtatur Deus.

1. ABominabile Domino cor pravum, & voluntas ejus in iis, qui ſimpliciter ambulant. *Prov.* 11. *v.* 20.

2. Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. *Sap.* 1. *v.* 5.

3. Non veniet in conſpectu ejus omnis Hypocrita. *Iob.* 13. *v.* 16.

4. Simulatores & callidi provocant iram Dei, neque clamabunt, cùm vincti fuerint. *Iob.* 36. *v.* 13.

5. Vos eſtis, qui juſtificatis vos coram hominibus: Deus autem

novit

Digitized by Google

novit corda veſtra, quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante Deum. *Luc.* 16. *v.* 15.

6. Spiritus eſt Deus: & eos, qui adorant eum in ſpiritu & veritate oportet adorare. *Ioan.* 4. *v.* 24.

7. Eò quòd appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autem ejus longè eſt à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis. Ideò ecce ego addam, ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi & ſtupendo: peribit enim ſapientia à ſapientibus ejus, & intellectus prudentium ejus abſcondetur. *Iſa.* 29. *v.* 13. 14.

CAPVT XV.

Vetatur Hypocriſis, Puritas Cordis ac Synceritas commendatur.

1. DEponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & invidias, & omnes detractiones. 1. *Pet.* 2. *v.* 11.

2. Emundate manus peccatores: & purificate corda duplices animo. *Iac.* 4. *v.* 8.

3. Ne ſis incredibilis timori Domini, & ne acceſſeris ad illum duplici corde. Ne fueris Hypocrita in conſpectu hominum, & non ſcandalizeris in labiis tuis, attende in illis, ne fortè cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem, & revelet Deus abſconſa tua, & in medio Synagogæ elidat te. Quoniam acceſſiſti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum eſt dolo & fallacia. *Eccli.* 1. *v.* 36. 37. 38. 39. 40.

4. Sentite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum. *Sap.* 1. *v.* 1.

CAPVT XVI.

Deo nihil accedit intrinſecè ex actibus noſtris, ſive boni fuerint, ſive mali.

1. SI ſapiens fueris, tibimetipſi eris: ſi autem illuſor, ſolus portabis malum. *Prov.* 9. *v.* 12.

2. Si peccaveris, quid ei nocebis? & ſi multiplicatæ fuerint iniqui-

tates tuæ, quid facies contra eum? porro ſi juſtè egeris, quid donabis ei? aut quid de manu tua accipiet? Homini, qui ſimilis tui eſt, nocebit impietas tua: & filium hominis adjuvabit juſtitia tua. Propter multitudinem calumniatorum clamabunt: & ejulabunt propter vim brachii Tyrannorum. *Iob.* 35. *v.* 6. 7. 8. 9.

3. Quid eſt homo, aut quæ eſt gratia illius? & quid eſt bonum, aut quid nequam illius? *Eccli.* 18. *v.* 7.

4. Quid prodeſt Deo, ſi juſtus fueris? aut quid ei confert, ſi immaculata fuerit via tua? *Iob.* 22. *v.* 3.

5. Cùm feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: ſervi inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. *Luc.* 17. *v.* 10.

6. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? *Rom.* 11. 35.

7. Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni. *Cant.* 2. *v.* 10.

8. Cujus adjutor es? nunquid imbecillis? & ſuſtentas brachium ejus, qui non eſt fortis? cui dediſti conſilium? forſitan illi, qui non habet ſapientiam? & prudentiam tuam oſtendiſti plurimam. *Iob.* 26. *verſ.* 2. 3.

CAPVT XVII.

Poteſt alios in aliorum locum ſubſtituere.

1. ET ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham dico enim vobis, quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis, ſuſcitare filios Abrahæ. *Matt.* 3. *v.* 9.

2. Et erit numerus filiorum Iſraël, quaſi arena maris, quæ ſine menſura eſt, & non numerabitur, & erit in loco, ubi dicitur eis: non populus meus vos: dicitur eis: filii Dei viventis: & congregabuntur filii Juda, & filii Iſraël pariter, & ponent ſibimet caput unum, & aſcendent de terra, quia magnus dies Iſraël. *Oſeæ.* 1. *v.* 10. 11.

3. Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus. *Matt.* 21. *v.* 43.

4. Tunc ait ſervis ſuis: nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed qui invitati erant, non fuerunt digni. Ite ergò ad exitus viarum, & quoſcunque inveneritis, vocate ad nuptias. *Matt.* 22. *v.* 8. 9.

5. Tene, quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. *Apoc.* 3. *verſ.* 11.

6. Con-

Digitized by Google

6. Conteret multos & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis. Novit enim opera eorum: Et idcircò inducet noctem, & conterentur. *Job. 34. v. 24.*

PARS III.

Lex Externa & Interna.

PRÆFATIO.

ALlatis Sacræ Paginæ teſtimoniis de Actibus humanis ad Dei gloriam rectâ intentione dirigendis, congruum videtur, ut agatur de Lege Divina ſincero corde excipienda. Poſſe enim judicare de bonitate & malitia actuum humanorum, unum è præcipuis Theologiæ muniis eſt: modus autem judicandi eſt lex, primò quidem divina, tùm etiam humana, ac denique legibus externis conformata conſcientia, quæ lex interna dicitur. Omnis enim illa actio humana bona eſt, cui nulla deeſt conditio, à legibus requiſita: mala autem, in qua reperitur aliqua prævaricatio. Denique ex occaſione ſubnectentur aliqua de paſsionibus, quas ſubinde Apoſtolus legis nomine compellat, quæ ad proximè declarandam gratiæ neceſsitatem congruè præmittuntur.

CAPUT PRIMUM.

Gratia excitans & adjuvans.

1. DOminus legifer noſter, Dominus Rex noſter, ipſe ſalvabit nos. *Iſa. 33. v. 22.*

2. Dabit illi Chriſto Salvatori noſtro, Dominus Deus ſedem David Patris ejus, & regnabit in domo Iacob in æternum. *Luca 1. v. 33.*

Digitized by Google

CAPVT V.

In eos qui rectè agere negligunt, ſolo Religionis nomine gloriantes.

1. EGo repletus ſum fortitudine Spiritûs Domini, judicio, & virtute, ut annuntiem Iacob ſcelus ſuum, & Iſraël peccatum ſuum: audite hoc Principes domûs Iacob, & Iudices domûs Iſraël: qui abominamini Judicium, & omnia recta pervertitis. Qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Ieruſalem in iniquitate: Principes ejus in muneribus judicabant, & Sacerdotes ejus in mercede docebant, & Prophetæ ejus in pecunia divinabant, & ſuper Dominum requieſcebant, dicentes: Nunquid non Dominus in medio noſtrum? non venient ſuper nos mala. Propter hoc cauſa veſtri, Sion quaſi ager arabitur, & Ieruſalem quaſi acervus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſilvarum. *Mich.* 3. *v.* 8. 9. 10. 11. 12.

2. Bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra: & habitabo vobiſcum in loco iſto. Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes: Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini eſt. Quoniam ſi bene direxeritis vias veſtras & ſtudia veſtra: Si feceritis judicium inter virum & proximum ejus, habitabo vobiſcum in loco iſto, in terra quam dedi Patribus veſtris à ſæculo, & uſque in ſæculum.

Ecce vos confiditis in ſermonibus mendacii, qui non proderunt vobis; furari, occidere, adulterari, jurare mendaciter, libare Baalim, & ire poſt Deos alienos, quos ignoratis. Et veniſtis, & ſtetiſtis coram me in domo hac, in qua invocatum eſt nomen meum, & dixiſtis: liberati ſumus, eo quod fecerimus omnes abominationes iſtas. *Hier.* 7. *v.* 8. 9. 10.

3. Facite fructum dignum pœnitentiæ. Et ne velitis dicere intra vos Patrem habemus Abraham: dico enim vobis, quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. *Matth.* 3. *v.* 8. 9.

4. Audite hæc domus Jacob, qui vocamini nomine Iſraël, & de aquis Iuda exiſtis, qui juratis in nomine Domini, & Dei Iſraël recordamini non in veritate, neque in juſtitia. De civitate enim ſancta vocati ſunt, & ſuper Deum Iſraël conſtabiliti ſunt; Dominus exercitium nomen ejus. *Iſa.* 48. *v.* 1. 2.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VI.

Honeſtè operandi captanda occaſio, & opportunitas exſpectanda.

1. MAnè ſemina ſemen tuum, & veſperè non ceſſet manus tua: quia neſcis, quid magis oriatur, hoc aut illud: & ſi utrumque ſimul, meliùs erit. *Eccls.* 11. *v.* 6.

2. Operamini opus veſtrum ante tempus, & dabit vobis mercedem veſtram in tempore ſuo. *Eccli.* 51. *v.* 38.

3. Venit nox, quando nemo poteſt operari. *Ioan.* 9. *v.* 4.

4. Negotiamini dum venio. *Luc.* 19. *v.* 13.

5. Adhuc modicum lumen in vobis eſt. Ambulate, dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, neſcit quò vadat. *Ioan.* 12. *v.* 35. 36.

6. Videte fratres, quomodo cautè ambuletis: non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. *Epheſ.* 5. *v.* 15. 16.

7. Omni negotio tempus eſt, & opportunitas, & multa hominis afflictio. *Eccleſ.* 8. *v.* 6.

8. Omnia tempus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt; univerſa ſub cælo. *Eccleſ.* 3. *v.* 1.

CAPVT VII.

Fructus Bonorum Operum & malorum.

1. QUi operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus, qui autem ſectatur otium, ſtultiſſimus eſt. *Prov.* 12. *v.* 11.

2. Impius facit opus inſtabile: ſeminanti autem iuſtitiam merces fidelis. *Prov.* 11. *v.* 18.

3. Dicite juſto, quoniam benè, quoniam fructum adinventionum ſuarum comedet. *Iſa.* 3. *v.* 10.

4. Opus hominis reddet ei, & juxta vias ſingulorum reſtituet eis. *Job.* 34. *v.* 11.

5. Reddet unicuique ſecundùm opera ejus, iis quidem, qui ſecundùm patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam: iis autem, qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati ira & indignatio. Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum & Græci: gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm & Græco: non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum. *Rom.* 2. *v.* 6. 7. 8. 9. 10. 11.

CAPVT VIII.

Opera omnia rectâ ad Dei gloriam intentione perficienda.

1. SI quis loquitur, quaſi ſermones Dei: ſi quis miniſtrat tanquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus: ut in omnibus honorificetur Deus per Jeſum Chriſtum, cui eſt gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum, Amen. 1. *Pet.* 4. *v.* 11.

2. Sive manducatis, ſive bibitis, ſive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. 1. *Cor.* 10. *v.* 31.

3. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, gratias agentes Deo & Patri per ipſum. *Coloſſ.* 13. *v.* 17.

4. Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus, ſi oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit: ſi ergo lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ, quantæ erunt? *Matt.* 6. *v.* 22. 23.

5. Nihil erat in Templo, quod non auro tegeretur. 3. *Reg.* 6. *verſ.* 22.

6. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia ejus. *Pſ.* 117. *v.* 1.

7. Operamini, non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. *Ioan.* 6. *v.* 27.

8. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum. *Cant.* 4. *v.* 9.

CA-

Digitized by Google

CAPVT IX.

Puritas intentionis & cordis accepta Deo.

1. OMni cuſtodiâ ſerva cor tuum, quia ex ipſo vita procedit. *Prov.* 4. *v.* 23.

2. Fili mi, attende ad ſapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam, ut cuſtodias cogitationes, & diſciplinam labia tua conſervent. *Prov.* 5. *v.* 1. 2.

3. Verbum nequam immutabit cor: ex quo quatuor partes oriuntur, bonum & malum, vita, & mors: & dominatrix illorum eſt aſſidua lingua. *Eccli.* 37. *v.* 21.

4. Præbe fili mi, cor tuum mihi: & oculi tui vias meas cuſtodiant. *Prov.* 23. *v.* 26.

5. Abominatio Domini cogitationes malæ, & purus ſermo pulcherrimus firmabitur ab eo. *Prov.* 25. *v.* 26.

6. Expurgate vetus fermentum, ut ſitis nova conſperſio, ſicut eſtis azymi, etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaque epulemur non in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis. 1. *Cor.* 5. *v.* 7. 8.

7. Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. *Eccl.* 9. 8.

8. Habes pauca nomina in ſardis, qui non inquinaverunt veſtimenta ſua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt. *Apoc.* 3. *verſ.* 4.

CAPVT X.

Intentio obliqua, Deo ingrata omnem aufert fructum operum.

1. VÆ peccatori terram ingredienti duabus viis. *Eccli.* 2. *verſ.* 14.

2. Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei: ſacrificia eorum, quaſi panis lugentium, omnes qui comedunt eum contaminabuntur, quia panis eorum, animæ ipſorum non intrabit in domum Domini. *Oſeæ* 9. *v.* 4.

3. Ven-

Digitized by Google

3. Ventum ſeminabunt, & turbinem metent. *Oſea. 6. v. 2.*

4. Receperunt mercedem ſuam. *Matt. 6. v. 2.*

5. Germen non faciet farinam, quod etſi fecerit, alieni comedent eam. *Oſea. 8. v. 8.*

6. Amen amen dico vobis: quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducâſtis ex panibus, & ſaturati eſtis. *Ioan. 6. v. 26.*

CAPVT XI.

Hypocriſis varii actus.

1. FRaudulenti vaſa peſſima ſunt: ipſe enim cogitationes concinnavit, ad perdendos mites in ſermone mendacii, cùm loqueretur pauper judicium. *Iſa. 32. v. 7.*

2. Acuerunt linguam ſuam ſicut ſerpentes: venenum aſpidum ſub labiis eorum. *Pſ. 139. v. 4.*

3. Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur: & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant, & dilataverunt ſuper me os ſuum, dixerunt: Euge, euge viderunt oculi noſtri. *Pſ. 34. v. 20. 21.*

4. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis dolosè agebant, venenum aſpidum ſub labiis eorum. *Pſ. 13. v. 3.*

5. Dicunt & non faciunt: alligant enim onera gravia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea movere. Omnia verò opera ſua faciunt, ut videantur ab hominibus: dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias: Væ vobis Scribæ & Phariſæi Hypocritæ: quia clauditis Regnum Cælorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare. Væ vobis Scribæ & Phariſæi Hypocritæ, quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes, propter hoc amplius accipietis judicium: Væ vobis Scribæ & Phariſæi Hypocritæ, quia decimatis mentam, & anethum & cyminum, & reliquiſtis quæ graviora ſunt legis, judicium & miſericordiam & fidem: Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci excolantes culicem, camelum autem glutientes. Væ vobis Scribæ & Phariſæi Hipocritæ, quia mundatis, quod de foris eſt calicis & paropſidis: intus autem pleni eſtis rapinâ & immunditiâ. Phariſæe cæce, munda priùs, quod intus eſt calicis & paropſidis, ut fiat id quod de foris eſt, mundum. *Matt. 23. v. 4. 5. 14. 23. 24. 25. 26.*

6. Ge-

Digitized by Google

6. Generatio, quæ ſibi munda videtur, & tamen non eſt lota à ſordibus ſuis. *Prov.* 30. *v.* 12.

7. Eſt, qui nequiter humiliat ſe, & interiora ejus plena ſunt dolo. Et eſt juſtus, qui ſe nimium ſubmittit à multa humilitate: & eſt, qui inclinat faciem ſuam & fingit ſe non videre quod ignoratum eſt: & ſi ab imbecillitate virium vetetur peccare, ſi invenerit tempus malefaciendi, malefaciet. *Eccli.* 19. *v.* 24. 25.

8. Qui dicunt, recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es: iſti fumus erunt in furore meo, ignis tota die ardens. *Iſa.* 65. *v.* 5.

9. Abſcondunt odium labia mendacia. *Prov.* 10. *v.* 18.

CAPVT XII.

Varii Hypocriſis effectus.

1. QUi annuit oculo, dabit dolorem. *Prov.* 10. *v.* 10.

2. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta eſt in ore ſuo, pacem cum amico ſuo loquitur, & occultè ponit ei inſidias. Nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus? aut in gentem hujuſmodi non ulciſcetur anima mea? *Hier.* 9. *v.* 8. 9.

3. Dividet eum, partemque ejus ponet cum Hypocritis, illic erit fletus & ſtridor dentium. *Matt.* 24. *v.* 51.

4. Lingua fallax non amat veritatem: & os lubricum operatur ruinam. *Prov.* 26. *v.* 28.

5. Cor ingrediens duas vias non habebit ſucceſſus, & pravus corde in illis ſcandalizabitur. *Eccli.* 3. *v.* 28.

6. Qui quærit legem, replebitur ab ea: & qui inſidiosè agit, ſcandalizabitur in ea. *Eccli.* 32. *v.* 19.

7. Spes Hypocritæ peribit. Non ei placebit vecordia ſua, & ſicut tela aranearum fiducia ejus. Innitetur ſuper domum ſuam, & non ſtabit: fulciet eam: & non conſurget. *Job.* 8. *v.* 13. 14. 15.

8. Congregatio Hypocritæ ſterilis. *Job.* 15. *v.* 34.

9. Hoc ſcio à principio, ex quo poſitus eſt homo ſuper terram, quod laus impiorum brevis ſit, & gaudium Hypocritæ adinſtar puncti. Si aſcenderit uſque ad Cælum ſuperbia ejus, & caput ejus nubes tetigerit: quaſi ſterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderant, di-

Digitized by Google

cent: ubi eſt? velut ſomnium avolans non invenietur, tranſiet ſicut viſio nocturna. *Job.* 20. *v.* 4. 5. 6. 7. 8.

10. Animæ doloſæ erant in peccatis. *Prov.* 23. *v.* 13.

11. Quæ eſt ſpes Hypocritæ, ſi avarè rapiat, & non liberet Deus animam ejus? nunquid Deus audiet clamorem ejus, cùm venerit ſuper eum anguſtia? aut poterit in omnipotente delectari, aut invocare Deum omni tempore? *Iob.* 27. *v.* 8. 9. 10.

CAPUT XIII.

Hypocriſis tandem detegitur.

1. SI ab imbecillitate virium vetetur peccare, ſi invenerit tempus malefaciendi, maleſaciet. *Eccli.* 19. *v.* 25.

2. Nihil eſt opertum, quod non revelabitur: & occultum, quod non ſcietur. *Matt.* 10. *v.* 26.

3. Qui operit odium fraudulenter, revelabitur malitia ejus in Concilio. *Prov.* 26. *v.* 26.

4. Divitias, quas devoravit, evomet, & de ventre illius extrahet eas Deus. *Iob.* 20. *v.* 15.

5. Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter; qui autem depravat vias ſuas, manifeſtus erit. *Prov.* 10. *v.* 9.

6. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis & riſus dentium & ingreſſus hominis enuntiant de illo. *Eccli.* 19. *v.* 26. 27.

CAPVT XIV.

Hypocritas deteſtatur Deus.

1. ABominabile Domino cor pravum, & voluntas ejus in iis, qui ſimpliciter ambulant. *Prov.* 11. *v.* 20.

2. Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. *Sap.* 1. *v.* 5.

3. Non veniet in conſpectu ejus omnis Hypocrita. *Iob.* 13. *v.* 16.

4. Simulatores & callidi provocant iram Dei, neque clamabunt, cùm vincti fuerint. *Iob.* 36. *v.* 13.

5. Vos eſtis, qui juſtificatis vos coram hominibus: Deus autem

novit

Digitized by Google

novit corda veſtra, quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante Deum. *Luc.* 16. *v.* 15.

6. Spiritus eſt Deus: & eos, qui adorant eum in ſpiritu & veritate oportet adorare. *Ioan.* 4. *v.* 24.

7. Eò quòd appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autem ejus longè eſt à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis. Ideò ecce ego addam, ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi & ſtupendo: peribit enim ſapientia à ſapientibus ejus, & intellectus prudentium ejus abſcondetur. *Iſa.* 29. *v.* 13. 14.

CAPVT XV.

Vetatur Hypocriſis, Puritas Cordis ac Synceritas commendatur.

1. DEponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & invidias, & omnes detractiones. 1. *Pet.* 2. *v.* 11.

2. Emundate manus peccatores: & purificate corda duplices animo. *Iac.* 4. *v.* 8.

3. Ne ſis incredibilis timori Domini, & ne acceſſeris ad illum duplici corde. Ne fueris Hypocrita in conſpectu hominum, & non ſcandalizeris in labiis tuis, attende in illis, ne fortè cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem, & revelet Deus abſconſa tua, & in medio Synagogæ elidat te. Quoniam acceſſiſti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum eſt dolo & fallacia. *Eccli.* 1. *v.* 36. 37. 38. 39. 40.

4. Sentite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum. *Sap.* 1. *v.* 1.

CAPVT XVI.

Deo nihil accedit intrinſecè ex actibus noſtris, ſive boni fuerint, ſive mali.

1. SI ſapiens fueris, tibimetipſi eris: ſi autem illuſor, ſolus portabis malum. *Prov.* 9. *v.* 12.

2. Si peccaveris, quid ei nocebis? & ſi multiplicatæ fuerint iniqui-

Digitized by Google

6. Conteret multos & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis. Novit enim opera eorum: Et idcircò inducet noctem, & conterentur. *Job. 34. v. 24.*

PARS III.

Lex Externa & Interna.

PRÆFATIO.

ALlatis Sacræ Paginæ teſtimoniis de Actibus humanis ad Dei gloriam rectâ intentione dirigendis, congruum videtur, ut agatur de Lege Divina ſincero corde excipienda. Poſſe enim judicare de bonitate & malitia actuum humanorum, unum è præcipuis Theologiæ muniis eſt: modus autem judicandi eſt lex, primò quidem divina, tùm etiam humana, ac denique legibus externis conformata conſcientia, quæ lex interna dicitur. Omnis enim illa actio humana bona eſt, cui nulla deeſt conditio, à legibus requiſita: mala autem, in qua reperitur aliqua prævaricatio. Denique ex occaſione ſubnectentur aliqua de paſſionibus, quas ſubinde Apoſtolús legis nomine compellat, quæ ad proximè declarandam gratiæ neceſſitatem congruè præmittuntur.

CAPVT PRIMVM.

Gratia excitans & adjuvans.

1. DOminus legifer noſter, Dominus Rex noſter, ipſe ſalvabit nos. *Iſa. 33. v. 22.*

2. Dabit illi Chriſto Salvatori noſtro, Dominus Deus ſedem David Patris ejus, & regnabit in domo Iacob in æternum. *Luca 1. v. 33.*

 3. Om-

3. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt: nam Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Ideò neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolùm propter iram, ſed etiam proptèr conſcientiam. *Rom.* 13. *v.* 1. 2. 3. 5.

Plura de his vide verbo : Obedientia.

CAPVT II.

Legis Chriſtianæ ſumma & ſcopus.

1. OMnia quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis, hæc eſt enim lex & Prophetæ. *Matth.* 7. *verſ.* 12.

2. Dilectio proximi malum non operatur: plenitudo legis ergò eſt dilectio. *Rom.* 13. *v.* 10.

3. Omnis enim lex in uno ſermone impletur: diliges proximum tuum ſicut te ipſum. *Gal.* 5. *v.* 14.

4. Alter alterius opera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. *Gal.* 6. *v.* 2.

5. Finis præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. 1. *Tim.* 1. *v.* 5.

6. Lex ſapientis fons vitæ, ut declinet à ruina mortis. *Prov.* 13. *verſ.* 14.

7. Finem loquendi pariter omnes audiamus: Deum time, & mandata ejus obſerva: hoc eſt enim omnis homo. *Eccle.* 12. *v.* 13.

CAPVT III.

Lex Dei facilis & ſuavis, audientem inſtruit & perficit obſervantem.

1. IUgum meum ſuave eſt, & onus meum leve. *Matt.* 11. *v.* 30.

2. Hæc eſt charitas Dei, ut mandata ejus cuſtodiamus, & mandata ejus gravia non ſunt. 1. *Ioan.* 5. *v.* 3.

3. Sine

3. Sine mendacio conſummabitur verbum legis, & ſapientia in ore fidelis complanabitur. *Eccl.* 34. *v.* 8.

4. Mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ. *Prov.* 6. *v.* 23.

5. Declaratio ſermonum tuorum illuminat: & intellectum dat parvulis. *Pſ.* 118. *v.* 130.

6. Qui cuſtodit legem, filius ſapiens eſt. *Prov.* 20. *v.* 7.

7. Hæc eſt veſtra ſapientia, & intellectus coram populis, ut audientes univerſi præcepta hæc dicant: en populus ſapiens, & intelligens gens magna. *Deut.* 4. *v.* 6.

CAPUT IV.

Effecta varia & fructus obſervatæ legis.

1. DOctrina bona dabit gratiam in itinere contemptorum vorago. *Prov.* 13. *v.* 15.

2. Si volueris mandata ſervare, conſervabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere. *Eccli.* 15. *v.* 16.

3. Qui timet Dominum excipiet doctrinam ejus, & qui vigilaverint ad illum invenient benedictionem. Qui quærit legem, replebitur ab ea, & qui inſidioſe agit, ſcandalizabitur in ea. *Eccli.* 32. *v.* 18. 19.

4. Homo, qui ſenſatus credit legi Dei, & lex illi fidelis. *Eccli.* 33. *verſ.* 3.

5. Qui ſervat filium, comedet fructum ejus: & qui cuſtos eſt Domini ſui, gloriabitur. *Prov.* 27. *v.* 18.

6. Verbum cuſtodiens filius, extra perditionem erit. *Prov.* 29. *verſ.* 27.

7. Cuſtoditio legum conſummatio incorruptionis eſt: incorruptio autem facit eſſe proximum Deo. *Sap.* 6. *v.* 19. 20.

8. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. *Matt.* 11. *v.* 29.

9. Agnoſcent, qui derelicti ſunt, quoniam nihil melius eſt, quàm timor Dei, & nihil dulcius, quàm reſipiſcere in mandatis Domini. Gloria magna eſt ſequi Dominum, longitudo enim dierum aſſumetur ab eo. *Eccli.* 23. *v.* 37. 38.

10. Qui

Digitized by Google

10. Qui cuſtodit juſtitiam continebit ſenſum ejus, conſummatio timoris Dei ſapientia & ſenſus. *Eccli.* 21. *v.* 12. 13.

11. Qui conſervat legem, multiplicat ablationem, ſacrificium ſalutare eſt attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate, & propitiationem litare ſacrificii ſuper juſtitias, & deprecatio pro peccatis recedere ab injuſtitia. *Eccli.* 35. *v.* 1. 2. 3.

CAPVT V.

Monita ad audiendam, meditandam & memoriâ continuâ recolendam Dei legem.

1. INclina aurem tuam, & audi verba ſapientum, appone autem cor ad doctrinam meam. Quæ pulchra erit tibi, cum ſervaveris eam in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis. *Prov.* 22. *v.* 17. 18.

2. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad verba ſcientiæ. *Prov.* 23. *v.* 12.

3. Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè aſſiduus eſto: & ipſe dabit tibi cor, & concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi. *Eccli.* 6. *v.* 37.

4. Erunt verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodiè in corde tuo. *Deut.* 6. *v.* 7.

5. Ligabis ea, quaſi ſignum in manu tua, eruntque & movebuntur inter oculos tuos, ſcribes ea in lumine, & oſtiis domûs tuæ. *Deut.* 6. *v.* 8. 9.

6. Ponite hæc verba mea in cordibus, & in animis veſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno in manibus & inter oculos veſtros collocate. Scribes ea ſuper poſtes, & januas domûs tuæ. *Deut.* 11. *v.* 18. 26.

7. Narrabis verba hæc filiis tuis. *Deut.* 6. *v.* 7.

8. Docete filios veſtros, ut illa meditentur, quando ſederis in domo tua, & ambulaveris in vita, & accubueris, atque ſurrexeris. *Deut.* 11. *v.* 13.

Digitized by Google

CAPVT VI.

Exhortationes, ad obſervationem legis, additis etiam variis promiſſis.

1. FIlli mi; ne obliviſcaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum cuſtodiat. Longitudinem enim dierum, & annos vitæ & pacem apponent tibi. Miſericordia & veritas te non deſerant, circumda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui: & invenies gratiam & diſciplinam bonam coram Deo & hominibus: Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis, cuſtodi legem & conſilium, & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget. Si dormieris non timebis: quieſces & ſuavis erit ſomnus tuus: ne paveas repentino timore, & irruentes tibi potentias impiorum; Dominus enim erit in latere tuo, & cuſtodiet pedem tuum, ne capiaris. *Prov.* 3. *v.* 1. 2. 3. 4. 21. 22. 23. 24. 25. 26.

2. Audite filii diſciplinam Patris & attendite, ut ſciatis prudentiam. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. Nam & ego filius fui Patris mei, tenellus & unigenitus coram matre mea, & docebat me, atque dicebat: ſuſcipiat cor tuum verba mea, cuſtodi præcepta mea & vives. Poſſide ſapientiam, poſſide prudentiam, ne obliviſcaris, neque declines à verbis oris mei. Ne dimittas eam, & cuſtodiet te, dilige eam & conſervabit te. *Prov.* 4. *v.* 1. 2. 4. 5. 6.

3. Fili mi auſculta ſermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam. Ne recedant ab oculis tuis, cuſtodi ea in medio cordis tui, vita enim ſunt invenientibus ea, & univerſæ carni ſanitas. *Prov.* 4. *v.* 20. 21. 22.

4. Conſerva fili præcepta Patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. Liga ea in corde tuo jugiter, & circumda gutturi tuo. Cùm ambulaveris gradiantur tecum, cùm dormieris cuſtodiant te, & evigilans loquere cum eis. *Prov.* 6. *v.* 20. 21. 22.

5. Fili mi cuſtodi ſermones meos, & præcepta mea reconde tibi: Fili ſerva mandata mea & vives: & legem quaſi pupillam oculi. Liga eam in digitis tuis, ſcribe eam in tabulis cordis tui. *Prov.* 7. *v.* 1. 2. 3.

Digitized by Google

6. Nunc ergò filii æmulatores eſtote legis, & date animas pro teſtamento Patrum veſtrorum, & mementote operum Patrum, quæ fecerunt in generationibus ſuis, & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. Vos ergò filii confortamini, & viriliter agite in lege, quia in ipſa glorioſi eritis. 1. *Mach.* 2. *v.* 50. 51.

7. Acquieſce ei & habeto pacem: & per hanc habebis fructus optimos. Suſcipe ex ore illius legem, & pone ſermones ejus in corde tuo. *Iob.* 22. *v.* 21. 22.

8. Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in laſſitudine anima veſtra. Inclinate aurem veſtram, & venite ad me, audite: & vivet anima veſtra, & feriam vobiſcum pactum ſempiternum, miſericordias David fideles. *Iſa.* 55. *v.* 2. 3.

9. Utinam attendiſſes mandata mea: facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & juſtitia tua ſicut gurgites maris. *Iſa.* 48. *v.* 18.

10. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. *Matt.* 19. *v.* 17.

11. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite. *Matt.* 17. *v.* 5.

12. Eſtote factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes voſmetipſos, quia ſi quis eſt auditor verbi, & non factor, hic comparabitur viro conſideranti vultum nativitatis ſuæ in ſpeculo. Conſideravit enim ſe & abiit, & ſtatim oblitus eſt, qualis fuerit. Qui autem perſpexerit in legem perfectam libertatis, & permanſerit in ea, non auditor oblivioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit. *Iac.* 1. *v.* 22. 23. 24. 25.

CAPUT VII.

Neglectus legis, cauſa ruinæ & ſupplicii ſempiterni.

1. OMnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam: Et deſcendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. *Matt.* 7. *v.* 26. 27.

2. Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubvertetur domus tua. *Eccli.* 27. *v.* 4.

3. Terra

3. Terra infecta eſt ab habitatoribus ſuis: quia tranſgreſſi ſunt leges, mutaverunt jus, diſſipaverunt fœdus ſempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terram: & peccabunt habitatores ejus, ideóque inſanient cultores ejus, & relinquentur homines pauci. *Iſa.* 24. *v.* 5. 6.

4. In flamma ignis dantis vindictam iis, qui non noverunt Deum, & qui non obediunt Evangelio Domini noſtri Jeſu Chriſti. 2. *Theſſ.* 1. *verſ.* 8.

CAPVT VIII.

Conſuetudinis vis in bonum & malum.

1. PRoverbium eſt, adoleſcens juxta viam ſuam, etiam cùm ſenuerit, non recedet ab ea. *Prov.* 22. *v.* 6.

2. Bonum eſt viro, cùm portaverit jugum ab adoleſcentia ſua, ſedebit ſolitarius & tacebit, quia levavit ſuper ſe. *Thren.* 3. *v.* 27. 28.

3. Oſſa ejus implebuntur vitiis adoleſcentiæ ſuæ, & cum eo in pulvere dormient. *Job.* 20. *v.* 11.

4. Qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam. *Epheſ.* 4. *v.* 19.

5. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum. *Iſaia.* 5. *v.* 18.

CAPVT IX.

Legis internæ, ſive conſcientiæ vis in bonum & malum.

1. CHariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quidquid petierimus, accipiemus ab eo: quia mandata ejus cuſtodimus, & quæ ſunt placita, coram eo facimus. 1. *Ioan.* 3. *v.* 21. 22.

2. Omnes dies pauperis mali: ſecura mens, quaſi juge convivium. *Prov.* 15. *v.* 15.

3. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quod in ſimplicitate cordis, & ſinceritate Dei, & non in ſapientia carnali,

Digitized by Google

ſed in gratia Dei converſati ſumus in hoc mundo abundantius autem ad vos. 2. *Cor.* 1. *v.* 12.

4. In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ, hoc eſt enim conſervatio mandatorum. *Eccli.* 32. *v.* 27.

5. Quoniam die ac nocte gravata eſt ſuper me manus tua: converſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina. *Pſ.* 31. *v.* 4.

6. Cùm ſit timida nequitia, dat teſtimonium condemnationis, ſemper enim præſumit ſæva perturbata conſcientia. *Sap.* 17. *v.* 10. 11.

7. Solis autem illis ſuperpoſita erat gravis nox, imago tenebrarum, quæ ſuperventura illis erat, ipſi ergò erant ſibi graviores tenebris. *Sap.* 17. *v.* 20.

8. Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit, ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium. *Prov.* 18. *v.* 3.

9. Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. *Sap.* 11. *v.* 17.

10. Ponam Babylonem in poſſeſſionem Erinacii. *Iſa.* 14.

11. Impii quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt. *Iſai.* 57. *verſ.* 20.

CAPUT X.

Affectuum animi vis in bonum & malum.

1. COr hominis immutat faciem illius, ſive in bona, ſive in mala. *Eccli.* 13. *v.* 31.

2. Cor gaudens exhilarat faciem, in mærore animi dejicitur Spiritus. *Prov.* 15. *v.* 13.

3. Nequitia mulieris immutat faciem ejus, & obcæcat vultum ſuum, tanquam urſus, & quaſi ſaccum oſtendit in medio proximorum ejus. *Eccli.* 25. *v.* 24.

4. Vir impius procaciter obfirmat vultum ſuum: qui autem rectus eſt, corrigit viam ſuam. *Prov.* 21. *v.* 29.

5. Sicut Urbs patens, & abſque murorum ambitu: ita vir, qui non poteſt in loquendo cohibere Spiritum ſuum. *Prov.* 21. *v.* 29.

6. Melior eſt patiens viro forti: & qui dominatur animo ſuo, expugnatore Urbium. *Prov.* 16. *v.* 32.

7. Anima calida quaſi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid glutiat. *Eccli.* 23. *v.* 22.

8. Vita

Digitized by Google

8. Vita carnium ſanitas cordis: putredo oſſium invidia. *Prov.* 14. *verſ.* 30.

CAPVT XI.

Iaculatoria optantis, ac ſtatuentis Dei legem ſervare.

1. VTinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas juſtificationes tuas. *Pſal.* 118. *v.* 5.

2. Juſtificationes tuas cuſtodiam, non me derelinquas uſquequaque. *Pſ.* 118. *v.* 8.

3. Et cuſtodiam legem tuam ſemper, in ſæculum & in ſæculum ſæculi. *Pſal.* 118. *v.* 44.

4. Dixi cuſtodire legem tuam. *Pſ.* 118. *v.* 57.

5. In æternum non obliviſcar juſtificationes tuas, quia in ipſis vivificaſti me. *Pſ.* 118. *v.* 93.

6. Juravi & ſtatui cuſtodire judicia juſtitiæ tuæ. *Pſ.* 118. *v.* 106.

7. Paratus ſum, & non ſum turbatus ut cuſtodiam mandata tua. *Pſ.* 118. *v.* 60.

CAPVT XII.

Petentis lumen & gratiam intelligendi legem Dei & ſervandi.

1. IN toto corde meo exquiſivi te, ne repellas me à mandatis tuis. *Pſ.* 118. *v.* 10.

2. Benedictus es Domine, doce me juſtificationes tuas. *Pſ.* 118. *verſ.* 12.

3. Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum, quia ipſam volui. Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in avaritiam. *Pſ.* 118. *v.* 35. 36.

4. Fiat cor meum immaculatum in juſtificationibus tuis, ut non confundar. *Pſ.* 118. *v.* 80.

5. Revela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. *Pſ.* 118. *v.* 18.

Digitized by Google

3. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt: nam Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Ideò neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolùm propter iram, ſed etiam proptèr conſcientiam. *Rom.* 13. *v.* 1. 2. 3. 5.

Plura de his vide verbo : Obedientia.

CAPVT II.

Legis Chriſtianæ ſumma & ſcopus.

1. OMnia quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis, hæc eſt enim lex & Prophetæ. *Matth.* 7. *verſ.* 12.

2. Dilectio proximi malum non operatur: plenitudo legis ergò eſt dilectio. *Rom.* 13. *v.* 10.

3. Omnis enim lex in uno ſermone impletur: diliges proximum tuum ſicut te ipſum. *Gal.* 5. *v.* 14.

4. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. *Gal.* 6. *v.* 2.

5. Finis præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. 1. *Tim.* 1. *v.* 5.

6. Lex ſapientis fons vitæ, ut declinet à ruina mortis. *Prov.* 13. *verſ.* 14.

7. Finem loquendi pariter omnes audiamus: Deum time, & mandata ejus obſerva: hoc eſt enim omnis homo. *Eccle.* 12. *v.* 13.

CAPVT III.

Lex Dei facilis & ſuavis, audientem inſtruit & perficit obſervantem.

1. IUgum meum ſuave eſt, & onus meum leve. *Matt.* 11. *v.* 30.

2. Hæc eſt charitas Dei, ut mandata ejus cuſtodiamus, & mandata ejus gravia non ſunt. 1. *Ioan.* 5. *v.* 3.

3. Sine

Digitized by Google

3. Sine mendacio conſummabitur verbum legis, & ſapientia in ore fidelis complanabitur. *Eccl.* 34. *v.* 8.

4. Mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ. *Prov.* 6. *v.* 23.

5. Declaratio ſermonum tuorum illuminat: & intellectum dat parvulis. *Pſ.* 118. *v.* 130.

6. Qui cuſtodit legem, filius ſapiens eſt. *Prov.* 20. *v.* 7.

7. Hæc eſt veſtra ſapientia, & intellectus coram populis, ut audientes univerſi præcepta hæc dicant: en populus ſapiens, & intelligens gens magna. *Deut.* 4. *v.* 6.

CAPUT IV.

Effecta varia & fructus obſervatæ legis.

1. DOctrina bona dabit gratiam in itinere contemptorum vorago. *Prov.* 13. *v.* 15.

2. Si volueris mandata ſervare, conſervabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere. *Eccli.* 15. *v.* 16.

3. Qui timet Dominum excipiet doctrinam ejus, & qui vigilaverint ad illum invenient benedictionem. Qui quærit legem, replebitur ab ea, & qui inſidioſe agit, ſcandalizabitur in ea. *Eccli.* 32. *v.* 18. 19.

4. Homo, qui ſenſatus credit legi Dei, & lex illi fidelis. *Eccli.* 33. *verſ.* 3.

5. Qui ſervat filium, comedet fructum ejus: & qui cuſtos eſt Domini ſui, gloriabitur. *Prov.* 27. *v.* 18.

6. Verbum cuſtodiens filius, extra perditionem erit. *Prov.* 29. *verſ.* 27.

7. Cuſtoditio legum conſummatio incorruptionis eſt: incorruptio autem facit eſſe proximum Deo. *Sap.* 6. *v.* 19. 20.

8. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. *Matt.* 11. *v.* 29.

9. Agnoſcent, qui derelicti ſunt, quoniam nihil melius eſt, quàm timor Dei, & nihil dulcius, quàm reſipiſcere in mandatis Domini. Gloria magna eſt ſequi Dominum, longitudo enim dierum aſſumetur ab eo. *Eccli.* 23. *v.* 37. 38.

10. Qui

10. Qui cuſtodit juſtitiam continebit ſenſum ejus, conſummatio timoris Dei ſapientia & ſenſus. *Eccli.* 21. *v.* 12. 13.

11. Qui conſervat legem, multiplicat ablationem, ſacrificium ſalutare eſt attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate, & propitiationem litare ſacrificii ſuper juſtitias, & deprecatio pro peccatis recedere ab injuſtitia. *Eccli.* 35. *v.* 1. 2. 3.

CAPVT V.

Monita ad audiendam, meditandam & memoriâ continuâ recolendam Dei legem.

1. INclina aurem tuam, & audi verba ſapientum, appone autem cor ad doctrinam meam. Quæ pulchra erit tibi, cum ſervaveris eam in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis. *Prov.* 22. *v.* 17. 18.

2. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad verba ſcientiæ. *Prov.* 23. *v.* 12.

3. Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè aſſiduus eſto: & ipſe dabit tibi cor, & concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi. *Eccli.* 6. *v.* 37.

4. Erunt verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodiè in corde tuo. *Deut.* 6. *v.* 7.

5. Ligabis ea, quaſi ſignum in manu tua, eruntque & movebuntur inter oculos tuos, ſcribes ea in lumine, & oſtiis domûs tuæ. *Deut.* 6. *v.* 8. 9.

6. Ponite hæc verba mea in cordibus, & in animis veſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno in manibus & inter oculos veſtros collocate. Scribes ea ſuper poſtes, & januas domûs tuæ. *Deut.* 11. *v.* 18. 26.

7. Narrabis verba hæc filiis tuis. *Deut.* 6. *v.* 7.

8. Docete filios veſtros, ut illa meditentur, quando ſederis in domo tua, & ambulaveris in vita, & accubueris, atque ſurrexeris. *Deut.* 11. *v.* 13.

Digitized by Google

CAPVT VI.

Exhortationes, ad obſervationem legis, additis etiam variis promiſſis.

1. Filli mi; ne obliviſcaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum cuſtodiat. Longitudinem enim dierum, & annos vitæ & pacem apponent tibi. Miſericordia & veritas te non deſerant, circumda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui: & invenies gratiam & diſciplinam bonam coram Deo & hominibus: Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis, cuſtodi legem & conſilium, & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget. Si dormieris non timebis: quieſces & ſuavis erit ſomnus tuus: ne paveas repentino timore, & irruentes tibi potentias impiorum; Dominus enim erit in latere tuo, & cuſtodiet pedem tuum, ne capiaris. *Prov.* 3. *v.* 1. 2. 3. 4. 21. 22. 23. 24. 25. 26.

2. Audite filii diſciplinam Patris & attendite, ut ſciatis prudentiam. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. Nam & ego filius fui Patris mei, tenellus & unigenitus coram matre mea, & docebat me, atque dicebat: ſuſcipiat cor tuum verba mea, cuſtodi præcepta mea & vives. Poſſide ſapientiam, poſſide prudentiam, ne obliviſcaris, neque declines à verbis oris mei. Ne dimittas eam, & cuſtodiet te, dilige eam & conſervabit te. *Prov.* 4. *v.* 1. 2. 4. 5. 6.

3. Fili mi auſculta ſermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam. Ne recedant ab oculis tuis, cuſtodi ea in medio cordis tui, vita enim ſunt invenientibus ea, & univerſæ carni ſanitas. *Prov.* 4. *v.* 20. 21. 22.

4. Conſerva fili præcepta Patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. Liga ea in corde tuo jugiter, & circumda gutturi tuo. Cùm ambulaveris gradiantur tecum, cùm dormieris cuſtodiant te, & evigilans loquere cum eis. *Prov.* 6. *v.* 20. 21. 22.

5. Fili mi cuſtodi ſermones meos, & præcepta mea reconde tibi: Fili ſerva mandata mea & vives: & legem quaſi pupillam oculi. Liga eam in digitis tuis, ſcribe eam in tabulis cordis tui. *Prov.* 7. *v.* 1. 2. 3.

Digitized by Google

6. Nunc ergò filii æmulatores eſtote legis, & date animas pro teſtamento Patrum veſtrorum, & mementote operum Patrum, quæ fecerunt in generationibus ſuis, & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. Vos ergò filii confortamini, & viriliter agite in lege, quia in ipſa glorioſi eritis. 1. *Mach.* 2. *v.* 50. 51.

7. Acquieſce ei & habeto pacem: & per hanc habebis fructus optimos. Suſcipe ex ore illius legem, & pone ſermones ejus in corde tuo. *Iob.* 22. *v.* 21. 22.

8. Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in laſſitudine anima veſtra. Inclinate aurem veſtram, & venite ad me, audite: & vivet anima veſtra, & feriam vobiſcum pactum ſempiternum, miſericordias David fideles. *Iſa.* 55. *v.* 2. 3.

9. Utinam attendiſſes mandata mea: facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & juſtitia tua ſicut gurgites maris. *Iſa.* 48. *v.* 18.

10. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. *Matt.* 19. *v.* 17.

11. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite. *Matt.* 17. *v.* 5.

12. Eſtote factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes voſmetipſos, quia ſi quis eſt auditor verbi, & non factor, hic comparabitur viro conſideranti vultum nativitatis ſuæ in ſpeculo. Conſideravit enim ſe & abiit, & ſtatim oblitus eſt, qualis fuerit. Qui autem perſpexerit in legem perfectam libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliviosus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit. *Iac.* 1. *v.* 22. 23. 24. 25.

CAPUT VII.

Neglectus legis, cauſa ruinæ & ſupplicii ſempiterni.

1. OMnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam: Et deſcendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. *Matt.* 7. *v.* 26. 27.

2. Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubvertetur domus tua. *Eccli.* 27. *v.* 4.

3. Terra

3. Terra infecta eſt ab habitatoribus ſuis: quia tranſgreſſi ſunt leges, mutaverunt jus, diſſipaverunt fœdus ſempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terram: & peccabunt habitatores ejus, ideoque inſanient cultores ejus, & relinquentur homines pauci. *Iſa.* 24. *v.* 5. 6.

4. In flamma ignis dantis vindictam iis, qui non noverunt Deum, & qui non obediunt Evangelio Domini noſtri Jeſu Chriſti. 2. *Theſſ.* 1. *verſ.* 8.

CAPVT VIII.

Conſuetudinis vis in bonum & malum.

1. PRoverbium eſt, adoleſcens juxta viam ſuam, etiam cùm ſenuerit, non recedet ab ea. *Prov.* 22. *v.* 6.

2. Bonum eſt viro, cùm portaverit jugum ab adoleſcentia ſua, ſedebit ſolitarius & tacebit, quia levavit ſuper ſe. *Thren.* 3. *v.* 27. 28.

3. Oſſa ejus implebuntur vitiis adoleſcentiæ ſuæ, & cum eo in pulvere dormient. *Job.* 20. *v.* 11.

4. Qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam. *Epheſ.* 4. *v.* 19.

5. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum. *Iſaia.* 5. *v.* 18.

CAPVT IX.

Legis internæ, ſive conſcientiæ vis in bonum & malum.

1. CHariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quidquid petierimus, accipiemus ab eo: quia mandata ejus cuſtodimus, & quæ ſunt placita, coram eo facimus. 1. *Ioan.* 3. *v.* 21. 22.

2. Omnes dies pauperis mali: ſecura mens, quaſi juge convivium. *Prov.* 15. *v.* 15.

3. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quod in ſimplicitate cordis, & ſinceritate Dei, & non in ſapientia carnali,

Digitized by Google

ſed in gratia Dei converſati ſumus in hoc mundo abundantius autem ad vos. 2. *Cor.* 1. *v.* 12.

4. In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ, hoc eſt enim conſervatio mandatorum. *Eccli.* 32. *v.* 27.

5. Quoniam die ac nocte gravata eſt ſuper me manus tua: converſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina. *Pſ.* 31. *v.* 4.

6. Cùm ſit timida nequitia, dat teſtimonium condemnationis, ſemper enim præſumit ſæva perturbata conſcientia. *Sap.* 17. *v.* 10.11.

7. Solis autem illis ſuperpoſita erat gravis nox, imago tenebrarum, quæ ſuperventura illis erat, ipſi ergò erant ſibi graviores tenebris. *Sap.* 17. *v.* 20.

8. Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit, ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium. *Prov.* 18. *v.* 3.

9. Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. *Sap.* 11. *v.* 17.

10. Ponam Babylonem in poſſeſſionem Erinacii. *Iſa.* 14.

11. Impii quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt. *Iſai.* 57. *verſ.* 20.

CAPUT X.

Affectuum animi vis in bonum & malum.

1. Cor hominis immutat faciem illius, ſive in bona, ſive in mala. *Eccli.* 13. *v.* 31.

2. Cor gaudens exhilarat faciem, in mærore animi dejicitur Spiritus. *Prov.* 15. *v.* 13.

3. Nequitia mulieris immutat faciem ejus, & obcæcat vultum ſuum, tanquam urſus, & quaſi ſaccum oſtendit in medio proximorum ejus. *Eccli.* 25. *v.* 24.

4. Vir impius procaciter obfirmat vultum ſuum: qui autem rectus eſt, corrigit viam ſuam. *Prov.* 21. *v.* 29.

5. Sicut Urbs patens, & abſque murorum ambitu: ita vir, qui non poteſt in loquendo cohibere Spiritum ſuum. *Prov.* 21. *v.* 29.

6. Melior eſt patiens viro forti: & qui dominatur animo ſuo, expugnatore Urbium. *Prov.* 16. *v.* 32.

7. Anima calida quaſi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid glutiat. *Eccli.* 23. *v.* 22.

8. Vita

Digitized by Google

8. Vita carnium ſanitas cordis: putredo oſſium invidia. *Prov.* 14. *verſ.* 30.

CAPVT XI.

Iaculatoria optantis, ac ſtatuentis Dei legem ſervare.

1. VTinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas juſtificationes tuas. *Pſal.* 118. *v.* 5.

2. Juſtificationes tuas cuſtodiam, non me derelinquas uſquequaque. *Pſ.* 118. *v.* 8.

3. Et cuſtodiam legem tuam ſemper, in ſæculum & in ſæculum ſæculi. *Pſal.* 118. *v.* 44.

4. Dixi cuſtodire legem tuam. *Pſ.* 118. *v.* 57.

5. In æternum non obliviſcar juſtificationes tuas, quia in ipſis vivificaſti me. *Pſ.* 118. *v.* 93.

6. Juravi & ſtatui cuſtodire judicia juſtitiæ tuæ. *Pſ.* 118. *v.* 106.

7. Paratus ſum, & non ſum turbatus ut cuſtodiam mandata tua. *Pſ.* 118. *v.* 60.

CAPVT XII.

Petentis lumen & gratiam intelligendi legem Dei & ſervandi.

1. IN toto corde meo exquiſivi te, ne repellas me à mandatis tuis. *Pſ.* 118. *v.* 10.

2. Benedictus es Domine, doce me juſtificationes tuas. *Pſ.* 118. *verſ.* 12.

3. Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum, quia ipſam volui. Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in avaritiam. *Pſ.* 118. *v.* 35. 36.

4. Fiat cor meum immaculatum in juſtificationibus tuis, ut non confundar. *Pſ.* 118. *v.* 80.

5. Revela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. *Pſ.* 118. *v.* 18.

Digitized by Google

3. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt: nam Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Ideò neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolùm propter iram, ſed etiam proptèr conſcientiam. *Rom.* 13. *v.* 1. 2. 3. 5.

Plura de his vide verbo: Obedientia.

CAPVT II.

Legis Christianæ ſumma & ſcopus.

1. OMnia quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis, hæc eſt enim lex & Prophetæ. *Matth.* 7. *verſ.* 12.

2. Dilectio proximi malum non operatur: plenitudo legis ergò eſt dilectio. *Rom.* 13. *v.* 10.

3. Omnis enim lex in uno ſermone impletur: diliges proximum tuum ſicut te ipſum. *Gal.* 5. *v.* 14.

4. Alter alterius opera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. *Gal.* 6. *v.* 2.

5. Finis præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. 1. *Tim.* 1. *v.* 5.

6. Lex ſapientis fons vitæ, ut declinet à ruina mortis. *Prov.* 13. *verſ.* 14.

7. Finem loquendi pariter omnes audiamus: Deum time, & mandata ejus obſerva: hoc eſt enim omnis homo. *Eccle.* 12. *v.* 13.

CAPVT III.

Lex Dei facilis & ſuavis, audientem inſtruit & perficit obſervantem.

1. IUgum meum ſuave eſt, & onus meum leve. *Matt.* 11. *v.* 30.

2. Hæc eſt charitas Dei, ut mandata ejus cuſtodiamus, & mandata ejus gravia non ſunt. 1. *Ioan.* 5. *v.* 3.

3. Sine

Digitized by Google

3. Sine mendacio conſummabitur verbum legis, & ſapientia in ore fidelis complanabitur. *Eccl.* 34. *v.* 8.

4. Mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ. *Prov.* 6. *v.* 23.

5. Declaratio ſermonum tuorum illuminat: & intellectum dat parvulis. *Pſ.* 118. *v.* 130.

6. Qui cuſtodit legem, filius ſapiens eſt. *Prov.* 20. *v.* 7.

7. Hæc eſt veſtra ſapientia, & intellectus coram populis, ut audientes univerſi præcepta hæc dicant: en populus ſapiens, & intelligens gens magna. *Deut.* 4. *v.* 6.

CAPUT IV.

Effecta varia & fructus obſervatæ legis.

1. DOctrina bona dabit gratiam in itinere contemptorum vorago. *Prov.* 13. *v.* 15.

2. Si volueris mandata ſervare, conſervabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere. *Eccli.* 15. *v.* 16.

3. Qui timet Dominum excipiet doctrinam ejus, & qui vigilaverint ad illum invenient benedictionem. Qui quærit legem, replebitur ab ea, & qui inſidioſe agit, ſcandalizabitur in ea. *Eccli.* 32. *v.* 18. 19.

4. Homo, qui ſenſatus credit legi Dei, & lex illi fidelis. *Eccli.* 33. *verſ.* 3.

5. Qui ſervat filium, comedet fructum ejus: & qui cuſtos eſt Domini ſui, gloriabitur. *Prov.* 27. *v.* 18.

6. Verbum cuſtodiens filius, extra perditionem erit. *Prov.* 29. *verſ.* 27.

7. Cuſtoditio legum conſummatio incorruptionis eſt: incorruptio autem facit eſſe proximum Deo. *Sap.* 6. *v.* 19. 20.

8. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. *Matt.* 11. *v.* 29.

9. Agnoſcent, qui derelicti ſunt, quoniam nihil melius eſt, quàm timor Dei, & nihil dulcius, quàm reſipiſcere in mandatis Domini. Gloria magna eſt ſequi Dominum, longitudo enim dierum aſſumetur ab eo. *Eccli.* 23. *v.* 37. 38.

10. Qui

10. Qui cuſtodit juſtitiam continebit ſenſum ejus, conſummatio timoris Dei ſapientia & ſenſus. *Eccli.* 21. *v.* 12. 13.

11. Qui conſervat legem, multiplicat ablationem, ſacrificium ſalutare eſt attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate, & propitiationem litare ſacrificii ſuper juſtitias, & deprecatio pro peccatis recedere ab injuſtitia. *Eccli.* 35. *v.* 1. 2. 3.

CAPVT V.

Monita ad audiendam, meditandam & memoriâ continuâ recolendam Dei legem.

1. INclina aurem tuam, & audi verba ſapientum, appone autem cor ad doctrinam meam. Quæ pulchra erit tibi, cum ſervaveris eam in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis. *Prov.* 22. *v.* 17. 18.

2. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad verba ſcientiæ. *Prov.* 23. *v.* 12.

3. Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè aſſiduus eſto: & ipſe dabit tibi cor, & concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi. *Eccli.* 6. *v.* 37.

4. Erunt verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodiè in corde tuo. *Deut.* 6. *v.* 7.

5. Ligabis ea, quaſi ſignum in manu tua, eruntque & movebuntur inter oculos tuos, ſcribes ea in lumine, & oſtiis domûs tuæ. *Deut.* 6. *v.* 8. 9.

6. Ponite hæc verba mea in cordibus, & in animis veſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno in manibus & inter oculos veſtros collocate. Scribes ea ſuper poſtes, & januas domûs tuæ. *Deut.* 11. *v.* 18. 26.

7. Narrabis verba hæc filiis tuis. *Deut.* 6. *v.* 7.

8. Docete filios veſtros, ut illa meditentur, quando ſederis in domo tua, & ambulaveris in vita, & accubueris, atque ſurrexeris. *Deut.* 11. *v.* 13.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VI.

Exhortationes, ad obſervationem legis, additis etiam variis promiſſis.

1\. Filli mi; ne obliviſcaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum cuſtodiat. Longitudinem enim dierum, & annos vitæ & pacem apponent tibi. Miſericordia & veritas te non deſerant, circumda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui: & invenies gratiam & diſciplinam bonam coram Deo & hominibus: Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis, cuſtodi legem & conſilium, & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget. Si dormieris non timebis: quieſces & ſuavis erit ſomnus tuus: ne paveas repentino timore, & irruentes tibi potentias impiorum; Dominus enim erit in latere tuo, & cuſtodiet pedem tuum, ne capiaris. *Prov.* 3. *v.* 1. 2. 3. 4. 21. 22. 23. 24. 25. 26.

2\. Audite filii diſciplinam Patris & attendite, ut ſciatis prudentiam. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. Nam & ego filius fui Patris mei, tenellus & unigenitus coram matre mea, & docebat me, atque dicebat: ſuſcipiat cor tuum verba mea, cuſtodi præcepta mea & vives. Poſſide ſapientiam, poſſide prudentiam, ne obliviſcaris, neque declines à verbis oris mei. Ne dimittas eam, & cuſtodiet te, dilige eam & conſervabit te. *Prov.* 4. *v.* 1. 2. 4. 5. 6.

3\. Fili mi auſculta ſermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam. Ne recedant ab oculis tuis, cuſtodi ea in medio cordis tui, vita enim ſunt invenientibus ea, & univerſæ carni ſanitas. *Prov.* 4. *v.* 20. 21. 22.

4\. Conſerva fili præcepta Patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. Liga ea in corde tuo jugiter, & circumda gutturi tuo. Cùm ambulaveris gradiantur tecum, cùm dormieris cuſtodiant te, & evigilans loquere cum eis. *Prov.* 6. *v.* 20. 21. 22.

5\. Fili mi cuſtodi ſermones meos, & præcepta mea reconde tibi: Fili ſerva mandata mea & vives: & legem quaſi pupillam oculi. Liga eam in digitis tuis, ſcribe eam in tabulis cordis tui. *Prov.* 7. *v.* 1. 2. 3.

Digitized by Google

6. Nunc ergò filii æmulatores eſtote legis, & date animas pro teſtamento Patrum veſtrorum, & mementote operum Patrum, quæ fecerunt in generationibus ſuis, & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. Vos ergò filii confortamini, & viriliter agite in lege, quia in ipſa glorioſi eritis. 1. *Mach.* 2. *v.* 50. 51.

7. Acquieſce ei & habeto pacem: & per hanc habebis fructus optimos. Suſcipe ex ore illius legem, & pone ſermones ejus in corde tuo. *Iob.* 22. *v.* 21. 22.

8. Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in laſſitudine anima veſtra. Inclinate aurem veſtram, & venite ad me, audite: & vivet anima veſtra, & feriam vobiſcum pactum ſempiternum, miſericordias David fideles. *Iſa.* 55. *v.* 2. 3.

9. Utinam attendiſſes mandata mea: facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & juſtitia tua ſicut gurgites maris. *Iſa.* 48. *v.* 18.

10. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. *Matt.* 19. *v.* 17.

11. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite. *Matt.* 17. *v.* 5.

12. Eſtote factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes voſmetipſos, quia ſi quis eſt auditor verbi, & non factor, hic comparabitur viro conſideranti vultum nativitatis ſuæ in ſpeculo. Conſideravit enim ſe & abiit, & ſtatim oblitus eſt, qualis fuerit. Qui autem perſpexerit in legem perfectam libertatis, & permanſerit in ea, non auditor oblivioſus factus, ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit. *Iac.* 1. *v.* 22. 23. 24. 25.

CAPUT VII.

Neglectus legis, cauſa ruinæ & ſupplicii ſempiterni.

1. OMnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam: Et deſcendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. *Matt.* 7. *v.* 26. 27.

2. Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubvertetur domus tua. *Eccli.* 27. *v.* 4.

3. Terra

3. Terra infecta eſt ab habitatoribus ſuis: quia tranſgreſſi ſunt leges, mutaverunt jus, diſſipaverunt fœdus ſempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terram: & peccabunt habitatores ejus, ideoque inſanient cultores ejus, & relinquentur homines pauci. *Iſa.* 24. *v.* 5. 6.

4. In flamma ignis dantis vindictam iis, qui non noverunt Deum, & qui non obediunt Evangelio Domini noſtri Jeſu Chriſti. 2. *Theſſ.* 1. *verſ.* 8.

CAPUT VIII.

Conſuetudinis vis in bonum & malum.

1. PRoverbium eſt, adoleſcens juxta viam ſuam, etiam cùm ſenuerit, non recedet ab ea. *Prov.* 22. *v.* 6.

2. Bonum eſt viro, cùm portaverit jugum ab adoleſcentia ſua, ſedebit ſolitarius & tacebit, quia levavit ſuper ſe. *Thren.* 3. *v.* 27. 28.

3. Oſſa ejus implebuntur vitiis adoleſcentiæ ſuæ, & cum eo in pulvere dormient. *Job.* 20. *v.* 11.

4. Qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam. *Epheſ.* 4. *v.* 19.

5. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum. *Iſaia.* 5. *v.* 18.

CAPUT IX.

Legis internæ, ſive conſcientiæ vis in bonum & malum.

1. CHariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quidquid petierimus, accipiemus ab eo: quia mandata ejus cuſtodimus, & quæ ſunt placita, coram eo facimus. 1. *Ioan.* 3. *v.* 21. 22.

2. Omnes dies pauperis mali: ſecura mens, quaſi juge convivium. *Prov.* 15. *v.* 15.

3. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quod in ſimplicitate cordis, & ſinceritate Dei, & non in ſapientia carnali,

Digitized by Google

8. Vita carnium ſanitas cordis: putredo oſſium invidia. *Prov.* 14. *verſ.* 30.

CAPVT XI.

Iaculatoria optantis, ac ſtatuentis Dei legem ſervare.

1. VTinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas juſtificationes tuas. *Pſal.* 118. *v.* 5.

2. Juſtificationes tuas cuſtodiam, non me derelinquas uſquequaque. *Pſ.* 118. *v.* 8.

3. Et cuſtodiam legem tuam ſemper, in ſæculum & in ſæculum ſæculi. *Pſal.* 118. *v.* 44.

4. Dixi cuſtodire legem tuam. *Pſ.* 118. *v.* 57.

5. In æternum non obliviſcar juſtificationes tuas, quia in ipſis vivificaſti me. *Pſ.* 118. *v.* 93.

6. Juravi & ſtatui cuſtodire judicia juſtitiæ tuæ. *Pſ.* 118. *v.* 106.

7. Paratus ſum, & non ſum turbatus ut cuſtodiam mandata tua. *Pſ.* 118. *v.* 60.

CAPVT XII.

Petentis lumen & gratiam intelligendi legem Dei & ſervandi.

1. IN toto corde meo exquiſivi te, ne repellas me à mandatis tuis. *Pſ.* 118. *v.* 10.

2. Benedictus es Domine, doce me juſtificationes tuas. *Pſ.* 118. *verſ.* 12.

3. Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum, quia ipſam volui. Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in avaritiam. *Pſ.* 118. *v.* 35. 36.

4. Fiat cor meum immaculatum in juſtificationibus tuis, ut non confundar. *Pſ.* 118. *v.* 80.

5. Revela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. *Pſ.* 118. *v.* 18.

Digitized by Google

6. Incola ego ſum in terra, non abſcondas à me mandata tua. *Pſ.* 118. *v.* 19.

7. Servus tuus ſum ego, da mihi intellectum, ut ſciam teſtimonia tua. *Pſ.* 118. *v.* 25.

8. Æquitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi & vivam. *Pſ.* 118. *v.* 144.

9. Viam juſtificationum tuarum inſtrue me, & exercebor in mirabilibus tuis. *Pſ.* 118. *v.* 27.

10. Da mihi intellectum & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo. *Pſ.* 118. *v.* 34.

11. Manus tuæ fecerunt me, & plaſmaverunt me, da mihi intellectum, ut diſcam mandata tua. *Pſ.* 118. *v.* 73.

12. Faciem tuam illumina ſuper ſervum tuum: & doce me juſtificationes tuas. *Pſ.* 118. *v.* 35.

CAPVT XIII.

Deſiderantis perpetuam divinæ legis obſervantiam.

1. STatue ſervo tuo eloquium tuum in timore tuo. *Pſ.* 118. *verſ.* 38.

2. Greſſus meos dirige ſecundùm eloquium tuum, & non dominetur mei omnis injuſtitia. *Pſ.* 118. *v.* 133.

3. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, prævalui adverſùs eum. *Pſ.* 12. *v.* 5.

4. Concupivit omnia mea deſiderare juſtificationes tuas in omni tempore. *Pſ.* 118. *v.* 20.

5. Legem pone mihi viam juſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper. *Pſ.* 118. *v.* 33.

CAPVT XIV.

Indicantis legem Dei facilem, ſuavem, utilem.

1. CAntabiles mihi erant juſtificationes tuæ in via peregrinationis meæ. *Pſ.* 118. *v.* 54.

2. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. *Pſ.* 118. *v.* 103.

3. Hæ-

Digitized by Google

3. Hæreditate acquiſivi teſtimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei ſunt. *Pſ.* 118. *v.* 111.

4. Quomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea eſt. *Pſ.* 118. *v.* 97.

5. Judicia tua jucunda. *Pſ.* 118. *v.* 111.

6. Bonum mihi lex oris tui ſuper millia auri & argenti. *Pſ.* 118. *verſ.* 72.

7. Dilexi mandata tua ſuper aurum & topazium. *Pſ.* 118. *v.* 127.

CAPVT XV.

Profitentis ſe legem Dei ſervâſſe, non obſtante mortis periculo.

1. ANima mea in manibus meis ſemper, & legem tuam non ſum oblitus. *Pſ.* 118. *v.* 109.

2. Funes peccatorum circumplexi ſunt me, & legem tuam non ſum oblitus. *Pſ.* 118. *v.* 51.

3. Superbi iniquè agebant uſquequaque, à lege autem tua non declinavi. *Pſ.* 118. *v.* 51.

4. Me exſpectaverunt peccatores, ut perderent me: teſtimonia tua intellexi. *Pſ.* 118. *v.* 95.

5. Poſuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erravi. *Pſ.* 118. *v.* 110.

CAPVT XVI.

Bona ſua opera humiliter Deo repræſentantis.

1. OBſecro Domine (inquit Ezechias Rex) memento quæſo, quomodo ambulaverim coram te, in veritate & in corde perfecto, & quod placitum eſt, coram te fecerim. 4. *Reg.* 20. *verſ.* 3.

2. Memento mei Deus meus (inquit Nehemias) in bonum ſecundùm omnia, quæ feci populo huic. 2. *Eſd.* 5. *v.* 19.

3. Memento mei Deus meus pro hoc, & ne deleas miſerationes meas,

meas, quaſi feci in domo Dei mei, & in ceremoniis ejus. 2. *Eſd.* 13. *verſ.* 14.

4. Dixi quoque Levitis, ut mundarentur, & venirent ad cuſtodiendas portas, & ſanctificandum diem Sabbathi: & pro hoc ergò memento mei Deus meus, & parce mihi ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum. 2. *Eſd.* 13. *v.* 22.

5. Tu ſcis Domine, quia nunquam concupivi virum, & mundam ſervavi animam meam ab omni concupiſcentia. Nunquam cum ludentibus miſcui me: neque cum his, qui in levitate ambulant, participem me præbui: virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea conſenſi ſuſcipere. *Tob.* 3. *v.* 16. 17. 18.

PARS IV.

Gratia Actualis & Habitualis.

PRÆFATIO.

Gratia ſumitur tum pro benevolentia, qua Deus ab æterno nos dilexit, tum etiam pro gratuito dono, quod Deus nobis confert in tempore, vi æternæ dilectionis. Prior pertinet ad titulum de prædeſtinatione, de poſteriore potiſſimùm hoc loco S. Paginæ Teſtimonia proponentur, ac primò quidem de donis gratiæ actualis, deinde verò de gratia habituali, quæ dicitur gratum faciens & ſanctificans. Doctrina ſpecialis de Chriſtiana juſtificatione commodiùs differetur ad calcem Tractatûs de Sacramentis.

CA-

CAPUT PRIMUM.

Gratia excitans & adjuvans.

1. QUi nos liberavit & vocavit vocatione ſua ſancta, non ſecundùm opera noſtra, ſed ſecundùm propoſitum ſuum & gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Jeſu ante tempora ſæcularia. 2. *Tim.* 1. *v.* 9.

2. Ecce ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum & cænabo cum eo,& ipſe mecum. *Apoc.* 3. *v.*20.

3. Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram, nam quid oremus, ſicut oportet, neſcimus: ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *Rom.* 8. *v.* 26.

4. Quicunque Spiritu Dei aguntur: ii ſunt filii Dei. *Rom.* 8. *v.* 14.

5. Deus eſt, qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate. *Phil.* 2. *v.* 13.

6. Quid habes, quod non accepiſti? 1. *Cor.* 4. *v.* 7.

7. Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum. *Ioan.* 6. *v.* 44.

CAPUT II.

Gratia ſufficiens & efficax.

1. DOmine, quid me vis facere? *Actorum,* 9. *v.* 6.

2. Inventus ſum à non quærentibus me: palam apparui iis qui me non interrogabant. *Rom.* 10. *v.* 20.

3. Sed non omnes obediunt Evangelio: Iſaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui noſtro. *Rom.* 10. *v.* 16.

4. Furor illis ſecundùm ſimilitudinem ſerpentis: ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas: Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter. *Pſ.* 54. *v.* 5. 6.

5. Convertimini ad me, ait Dominus exercituum, & convertar ad vos dicit Dominus exercituum. *Zach.* 1. *v.* 3.

Digitized by Google

6. Propterea exſpectat Dominus, ut miſereatur veſtri. *Iſa.* 30. *verſ.* 18.

7. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. *Iſa.* 1. *verſ.* 19.

8. Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. *Joan.* 14. *v.* 23.

CAPUT III.

Auxilia gratiæ ſufficientia dantur omnibus adultis.

1. SUper quem non ſurget lumen illius? *Job.* 25. *v.* 9.

2. Dominus erit in latere tuo, & cuſtodiet pedem tuum, ne capiaris. *Prov.* 3. *v.* 26.

3. Numerus dierum hominum, ut multùm centum anni, quaſi gutta aquæ maris deputati ſunt: & ſicut calculus arenæ, ſic exigui anni in die ævi. Propter hoc patiens eſt Deus in illis, & effundit ſuper eos miſericordiam ſuam. Vidit præſumptionem cordis eorum, quoniam mala eſt, & cognovit ſubverſionem eorum quoniam nequam eſt. Ideò adimplevit propitiationem ſuam in illis, & oſtendit eis viam æquitatis. *Eccli.* 18. *v.* 8. 9. 10. 11.

4. Erat Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Ioan.* 1. *v.* 9.

5. In hoc laboramus & maledicimur, quia ſperamus in Deum vivum, qui eſt ſalvator omnium hominum, maximè fidelium. 1. *Tim.* 4. *v.* 10.

6. In præteritis generationibus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas: & quidem non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit benefaciens de cælo, dans pluvias, & tempora fructifera, implens cibo & lætitiâ corda noſtra. *Act.* 14. *v.* 15. 16.

7. Inviſibilia ipſius à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque ejus virtus, & divinitas, ita ut ſint inexcuſabiles. Quia cùm cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. *Rom.* 1. *v.* 20. 21.

8. Omnes homines vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, unus enim Deus, unus & mediator Dei, & hominum homo, Chri-

Digitized by Google

Chriſtus Ieſus: qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus. *1. ad Tim.* 2. *v.* 4. 5. 6.

CAPVT IV.

Nullus peccator, quantumvis gravis deſtituitur prorſus in hac vita auxiliis ad ſalutem neceſſariis.

1. DIxit Sion, dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus eſt mei. Nunquid oblivisci poteſt mulier infantem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui? & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliviſcar tui. *Iſa.* 49. *v.* 14. 15.

2. Vulgò dicitur, ſi dimiſerit vir uxorem ſuam, & recedens ab eâ duxerit virum alterum: nunquid revertetur ad illam ultra? nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen revertere ad me dicit Dominus, & ego ſuſcipiam te. Leva oculos tuos in directum, & vide ubi non proſtrata ſis: in viis ſedebas exſpectans eos, quaſi latro in ſolitudine: & polluiſti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis. *Hier.* 3. *v.* 1. 2.

3. Tu ergò fili hominis dic ad domum Iſraël: ſic locuti eſtis, dicentes: iniquitates noſtræ, & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus: quomodo ergò vivere poterimus? dic ad eos; Vivo ego dicit Dominus Deus: nolo mortem impii, ſed ut convertatur impius à via ſua & vivat. Convertimini à viis veſtris peſſimis, & quare moriemini domus Iſraël. *Ezech.* 33. *v.* 10. 11.

4. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. *Matth.* 1. *v.* 28.

5. Non tardat Dominus promiſſionem ſuam, ſicut quidam exiſtimant: ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reverti. 2. *Pet.* 3. *v.* 9.

6. An divitias bonitatis ejus, & patientiæ & longanimitatis contemnis? ignorans, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? *Rom.* 2. *v.* 4.

7. Hoc pro certo habet omnis, qui te colit, quòd vita ejus, ſi in probatione fuerit, coronabitur: ſi autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & ſi in corruptione fuerit, ad miſericordiam tuam venire licebit.

cebit. Non enim delectaris in perditionibus noſtris, quia poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lachrymationem & fletum, exultationem infundis. *Tob.* 3. *v.* 21. 22.

8. Videte fratres, ne fortè ſit in aliquo veſtrûm cor malum incredulitatis diſcedendi à Deo vivo. Sed adhortàmini voſmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallaciâ peccati. *Heb.* 3. *v.* 12. 13.

9. Convertimini ſicut in profundum receſſeratis filii Iſraël. *Iſa.* 31. *verſ.* 6.

CAPVT V.

Omnibus quidem ſufficientia dantur Gratiæ auxilia: non tamen omnibus æqualia.

1. NOn fecit taliter omni nationi, & judicia ſua non manifeſtavit eis. *Pſ.* 147. *v.* 20.

2. Si in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pænitentiam egiſſent. *Matt.* 11. *v.* 21.

3. Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ: quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & revelâſti ea parvulis. Ita Pater, quoniam ſic fuit placitum ante te. *Matt.* 11. *v.* 25. 26.

4. Vobis datum eſt nôſſe myſteria Regni Cælorum, illis autem non eſt datum. *Matt.* 13. *v.* 11.

5. Cujus vult, miſeretur, & quem vult, indurat. *Rom.* 9. *v.* 18.

CAPVT VI.

Gratia neceſſitas ad fidem, ſpem, & charitatem atque alia opera ſupernaturalia.

1. NEmo poteſt dicere Dominus Jeſus, niſi in Spiritu ſancto. 1. *Cor.* 12. *v.* 3.

2. Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. 2. *Cor.* 3. *v.* 5.

3. Beatus es Simon Bar Iona: quia caro & ſanguis non revelavit tibi,

tibi, ſed Pater meus, qui in cælis, eſt. *Matt. 16. v. 17.*

4. Nemo novit filium, niſi Pater: neque Patrem quis novit, niſi filius, & cui voluerit filius revelare. *Matt. 11. v. 27.*

5. Gratia eſtis ſalvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt, non ex operibus, ut ne quis glorietur. *Epheſ. 8. v. 9.*

6. Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum, quem miſit ille. *Joan. 6. v. 29.*

7. Propterea dixi vobis: quia nemo poteſt venire ad me, niſi ei datum fuerit à Patre meo. *Ioan. 6. v. 66.*

8. Timorem meum dabo in corde eorum, ut non recedant à me. *Hier. 32. v. 40.*

9. Poſtquam convertiſti me, egi pœnitentiam, & poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum. *Hier. 31. v. 19.*

10. Ergò & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam. *Act. 11. verſ. 18.*

11. Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? *Rom. 2. v. 4.*

12. Charitas ex Deo eſt. 1. *Joan. 4. v. 7.*

13. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. *Rom. 5. v. 5.*

14 Fr ctus Spiritus eſt Charitas. *Gal. 5. v. 22.*

15. Deus virtutum converte nos. & oſtende faciem tuam & ſalvi erimus. *Pſ. 29. v. 8.*

16. Converte nos Domine ad te, & convertemur. *Thren. 5. verſ. 21.*

17. Converte me & convertar: quia tu Dominus Deus meus. *Jer. 31. v. 18.*

18. Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum. *Ioan. 6. v. 44.*

19. Deus eſt, qui operatur in vobis & velle, & perficere pro bona voluntate. *Phil. 2. v. 13.*

CAPVT VII.

Gratiâ Cooperante ſervari poſſunt divinæ legis præcepta, & caveri peccata omnia mortalia.

1. DAbo vobis cor novum, & ſpiritum novum ponam in medio veſtri: & auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum: Et Spiritum meum ponam in medio veſtri, & faciam, ut in præceptis meis ambuletis, & judicia mea cuſtodiatis, & operemini. *Ezech.* 36. *v.* 26. 27.

2. Sine me nihil poteſtis facere. *Ioan.* 15. *v.* 5.

3. Ex operibus legis non juſtificabitur omnis caro coram illo, per legem enim cognitio peccati. *Rom.* 3. *v.* 20.

4. Si volueris mandata ſervare, conſervabunt te & in perpetuum fidem placitam facere. Appoſuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris, porrige manum tuam, ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. *Eccli.* 15. *v.* 16. 17. 18.

5. Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, neque procul poſitum, neque in cælo ſitum, ut poſſis dicere: quis noſtrum valet ad cælum aſcendere, ut deferat illud ad nos, & audiamus, atque opere compleamus? ſed juxta te eſt ſermo valdè in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum. *Deut.* 30. *v.* 11. 12. 14.

6. Si diligitis me, mandata mea ſervate. *Ioan.* 14. *v.* 15.

7. Qui habet mandata mea & ſervat ea, ille eſt, qui diligit me. *Ioan.* 14. *v.* 21.

8. Hæc eſt Charitas Dei, ut mandata ejus cuſtodiamus, & mandata ejus gravia non ſunt. 1. *Ioan.* 5. *v.* 3.

CAPVT VIII.

Secundùm legem tamen ordinariam non ita ſervantur præcepta, ut vitentur omnia peccata venialia.

1. NOn eſt homo, qui non peccet. 3. *Reg.* 8. *v.* 46.

2. Nemo mundus à ſorde. *Iob.* 14. *v.* 4.

3. Septies enim cadet juſtus, & reſurget. *Prov.* 24. *v.* 16.

Digitized by Google

4. Non eſt homo juſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet. *Eccle.* 7. *v.* 21.

5. Dimitte nobis debita noſtra. *Matt.* 6. *v.* 12.

6. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. 1. *Ioan.* 1. 8.

7. In multis offendimus omnes. *Jacob.* 3. *v.* 2.

8. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati. *Rom.* 7. *v.* 23.

CAPVT IX.

Sine actualibus gratiæ auxiliis homo non poteſt longo tempore perſeverare in amicitia Dei, & præcepta ſervare.

1. QUis conſurget mihi adversùs malignantes? aut quis ſtabit mecum adversùs operantes iniquitatem? niſi quia Dominus adjuvit me: paulò minùs habitâſſet in inferno anima mea. Si dicebam motus eſt pes meus: miſericordia tua Domine adjuvabat me. *Pſ.* 93. *v.* 16. 17. 18.

2. Niſi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui ædificant eam. *Pſ.* 126. *v.* 1.

3. Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eam. *Pſ.* 126. *v.* 2.

4. Adjutor meus eſto: ne derelinquas me, neque deſpicias me Deus ſalutaris meus. *Pſ.* 26. *v.* 9.

5. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum? *Cant.* 8. *v.* 5.

6. Scio Domine, quia non eſt hominis via ejus: nec viri eſt, ut ambulet & dirigat greſſus ſuos. *Hier.* 10. *v.* 23.

7 Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. *Matt.* 26. *verſ.* 41.

8. Sic orabitis: Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Amen. *Matt.* 6. *v.* 9. 13.

9. Pater ſancte ſerva eos in nomine tuo, quos dediſti mihi: ut ſint unum, ſicut & nos: non rogo, ut tollas eos de mundo, ſed ut ſerves eos à malo. *Ioan.* 17. *v.* 11. 15.

10. Si-

Digitized by Google

6. Incola ego ſum in terra, non abſcondas à me mandata tua. *Pſ.* 118. *v.* 19.

7. Servus tuus ſum ego, da mihi intellectum, ut ſciam teſtimonia tua. *Pſ.* 118. *v.* 25.

8. Æquitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi & vivam. *Pſ.* 118. *v.* 144.

9. Viam juſtificationum tuarum inſtrue me, & exercebor in mirabilibus tuis. *Pſ.* 118. *v.* 27.

10. Da mihi intellectum & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo. *Pſ.* 118. *v.* 34.

11. Manus tuæ fecerunt me, & plaſmaverunt me, da mihi intellectum, ut diſcam mandata tua. *Pſ.* 118. *v.* 73.

12. Faciem tuam illumina ſuper ſervum tuum: & doce me juſtificationes tuas. *Pſ.* 118. *v.* 35.

CAPUT XIII.

Deſiderantis perpetuam divinæ legis obſervantiam.

1. STatue ſervo tuo eloquium tuum in timore tuo. *Pſ.* 118. *verſ.* 38.

2. Greſſus meos dirige ſecundùm eloquium tuum, & non dominetur mei omnis injuſtitia. *Pſ.* 118. *v.* 133.

3. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, prævalui adverſùs eum. *Pſ.* 12. *v.* 5.

4. Concupivit omnia mea deſiderare juſtificationes tuas in omni tempore. *Pſ.* 118. *v.* 20.

5. Legem pone mihi viam juſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper. *Pſ.* 118. *v.* 33.

CAPUT XIV.

Indicantis legem Dei facilem, ſuavem, utilem.

1. CAntabiles mihi erant juſtificationes tuæ in via peregrinationis meæ. *Pſ.* 118. *v.* 54.

2. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. *Pſ.* 118. *v.* 103.

3. Hæ-

3. Hæreditate acquiſivi teſtimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei ſunt. *Pſ.* 118. *v.* 111.

4. Quomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea eſt. *Pſ.* 118. *v.* 97.

5. Judicia tua jucunda. *Pſ.* 118. *v.* 111.

6. Bonum mihi lex oris tui ſuper millia auri & argenti. *Pſ.* 118. *verſ.* 72.

7. Dilexi mandata tua ſuper aurum & topazium. *Pſ.* 118. *v.* 127.

CAPVT XV.

Profitentis ſe legem Dei ſervâſſe, non obſtante mortis periculo.

1. ANima mea in manibus meis ſemper, & legem tuam non ſum oblitus. *Pſ.* 118. *v.* 109.

2. Funes peccatorum circumplexi ſunt me, & legem tuam non ſum oblitus. *Pſ.* 118. *v.* 51.

3. Superbi iniquè agebant uſquequaque, à lege autem tua non declinavi. *Pſ.* 118. *v.* 51.

4. Me exſpectaverunt peccatores, ut perderent me: teſtimonia tua intellexi. *Pſ.* 118. *v.* 95.

5. Poſuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erravi. *Pſ.* 118. *v.* 110.

CAPVT XVI.

Bona ſua opera humiliter Deo repræſentantis.

1. OBſecro Domine (inquit Ezechias Rex) memento quæſo, quomodo ambulaverim coram te, in veritate & in corde perfecto, & quod placitum eſt, coram te fecerim. 4. *Reg.* 20. *verſ.* 3.

2. Memento mei Deus meus (inquit Nehemias) in bonum ſecundùm omnia, quæ feci populo huic. 2. *Eſd.* 5. *v.* 19.

3. Memento mei Deus meus pro hoc, & ne deleas miſerationes meas,

Digitized by Google

meas, quaſi feci in domo Dei mei, & in ceremoniis ejus. 2. *Eſd.* 13. *verſ.* 14.

4. Dixi quoque Levitis, ut mundarentur, & venirent ad cuſtodiendas portas, & ſanctificandum diem Sabbathi: & pro hoc ergò memento mei Deus meus, & parce mihi ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum. 2. *Eſd.* 13. *v.* 22.

5. Tu ſcis Domine, quia nunquam concupivi virum, & mundam ſervavi animam meam ab omni concupiſcentia. Nunquam cum ludentibus miſcui me: neque cum his, qui in levitate ambulant, participem me præbui: virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea conſenſi ſuſcipere. *Tob.* 3. *v.* 16. 17. 18.

PARS IV.

Gratia Actualis & Habitualis.

PRÆFATIO.

GRatia ſumitur tum pro benevolentia, qua Deus ab æterno nos dilexit, tum etiam pro gratuito dono, quod Deus nobis confert in tempore, vi æternæ dilectionis. Prior pertinet ad titulum de prædeſtinatione, de poſteriore potiſſimùm hoc loco S. Paginæ Teſtimonia proponentur, ac primò quidem de donis gratiæ actualis, deinde verò de gratia habituali, quæ dicitur gratum faciens & ſanctificans. Doctrina ſpecialis de Chriſtiana juſtificatione commodiùs differetur ad calcem Tractatûs de Sacramentis.

C A-

Digitized by Google

CAPUT PRIMUM.

Gratia excitans & adjuvans.

1. QUi nos liberavit & vocavit vocatione ſua ſancta, non ſecundùm opera noſtra, ſed ſecundùm propoſitum ſuum & gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Jeſu ante tempora ſæcularia. 2. *Tim.* 1. *v.* 9.

2. Ecce ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum & cænabo cum eo, & ipſe mecum. *Apoc.* 3. *v.* 20.

3. Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram, nam quid oremus, ſicut oportet, neſcimus: ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *Rom.* 8. *v.* 26.

4. Quicunque Spiritu Dei aguntur: ii ſunt filii Dei. *Rom.* 8. *v.* 14.

5. Deus eſt, qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate. *Phil.* 2. *v.* 13.

6. Quid habes, quod non accepiſti? 1. *Cor.* 4. *v.* 7.

7. Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum. *Ioan.* 6. *v.* 44.

CAPUT II.

Gratia ſufficiens & efficax.

1. DOmine, quid me vis facere? *Actorum,* 9. *v.* 6.

2. Inventus ſum à non quærentibus me: palam apparui iis qui me non interrogabant. *Rom.* 10. *v.* 20.

3. Sed non omnes obediunt Evangelio: Iſaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui noſtro. *Rom.* 10. *v.* 16.

4. Furor illis ſecundùm ſimilitudinem ſerpentis: ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas. Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter. *Pſ.* 54. *v.* 5. 6.

5. Convertimini ad me, ait Dominus exercituum, & convertar ad vos dicit Dominus exercituum. *Zach.* 1. *v.* 3.

Digitized by Google

6. Propterea exſpectat Dominus, ut miſereatur veſtri. *Iſa.* 30. *verſ.* 18.

7. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. *Iſa.* 1. *verſ.* 19.

8. Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. *Joan.* 14. *v.* 23.

CAPVT III.

Auxilia gratiæ ſufficientia dantur omnibus adultis.

1. SUper quem non ſurget lumen illius? *Job.* 25. *v.* 9.

2. Dominus erit in latere tuo, & cuſtodiet pedem tuum, ne capiaris. *Prov.* 3. *v.* 26.

3. Numerus dierum hominum, ut multùm centum anni, quaſi gutta aquæ maris deputati ſunt: & ſicut calculus arenæ, ſic exigui anni in die ævi. Propter hoc patiens eſt Deus in illis, & effundit ſuper eos miſericordiam ſuam. Vidit præſumptionem cordis eorum, quoniam mala eſt, & cognovit ſubverſionem eorum quoniam nequam eſt. Ideò adimplevit propitiationem ſuam in illis, & oſtendit eis viam æquitatis. *Eccli.* 18. *v.* 8. 9. 10. 11.

4. Erat Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Ioan.* 1. *v.* 9.

5. In hoc laboramus & maledicimur, quia ſperamus in Deum vivum, qui eſt ſalvator omnium hominum, maximè fidelium. 1. *Tim.* 4. *v.* 10.

6. In præteritis generationibus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas: & quidem non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit benefaciens de cælo, dans pluvias, & tempora fructifera, implens cibo & lætitiâ corda noſtra. *Act.* 14. *v.* 15. 16.

7. Inviſibilia ipſius à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque ejus virtus, & divinitas, ita ut ſint inexcuſabiles. Quia cùm cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. *Rom.* 1. *v.* 20. 21.

8. Omnes homines vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, unus enim Deus, unus & mediator Dei, & hominum homo, Chri-

Digitized by Google

Chriſtus Ieſus: qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus. *1. ad Tim. 2. v. 4. 5. 6.*

CAPUT IV.

Nullus peccator, quantumvis gravis deſtituitur prorſus in hac vita auxiliis ad ſalutem neceſſariis.

1. Dixit Sion, dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus eſt mei. Nunquid oblviviſci poteſt mulier infantem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui? & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliviſcar tui. *Iſa.* 49. *v.* 14. 15.

2. Vulgò dicitur, ſi dimiſerit vir uxorem ſuam, & recedens ab eâ duxerit virum alterum: nunquid revertetur ad illam ultra? nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen revertere ad me dicit Dominus, & ego ſuſcipiam te. Leva oculos tuos in directum, & vide ubi non proſtrata ſis: in viis ſedebas exſpectans eos, quaſi latro in ſolitudine: & polluiſti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis. *Hier.* 3. *v.* 1. 2.

3. Tu ergò fili hominis dic ad domum Iſraël: ſic locuti eſtis, dicentes: iniquitates noſtræ, & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus: quomodo ergò vivere poterimus? dic ad eos; Vivo ego dicit Dominus Deus: nolo mortem impii, ſed ut convertatur impius à via ſua & vivat. Convertimini à viis veſtris peſſimis, & quare moriémini domus Iſraël. *Ezech.* 33. *v.* 10. 11.

4. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. *Matth.* 1. *v.* 28.

5. Non tardat Dominus promiſſionem ſuam, ſicut quidam exiſtimant: ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reverti. 2. *Pet.* 3. *v.* 9.

6. An divitias bonitatis ejus, & patientiæ & longanimitatis contemnis? ignorans, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? *Rom.* 2. *v.* 4.

7. Hoc pro certo habet omnis, qui te colit, quòd vita ejus, ſi in probatione fuerit, coronabitur: ſi autem in tribulatione fuerit, liberabitur; & ſi in corruptione fuerit, ad miſericordiam tuam venire licebit.

cebit. Non enim delectaris in perditionibus noſtris, quia poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lachrymationem & fletum, exultationem infundis. *Tob.* 3. *v.* 21. 22.

8. Videte fratres, ne forte ſit in aliquo veſtrûm cor malum incredulitatis diſcedendi à Deo vivo. Sed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallaciâ peccati. *Heb.* 3. *v.* 12. 13.

9. Convertimini ſicut in profundum receſſeratis filii Iſraël. *Iſa.* 31. *verſ.* 6.

CAPVT V.

Omnibus quidem ſufficientia dantur Gratiæ auxilia: non tamen omnibus æqualia.

1. NOn fecit taliter omni nationi, & judicia ſua non manifeſtavit eis. *Pſ.* 147. *v.* 20.

2. Si in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pænitentiam egiſſent. *Matt.* 11. *v.* 21.

3. Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ: quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & revelâſti ea parvulis. Ita Pater, quoniam ſic fuit placitum ante te. *Matt.* 11. *v.* 25. 26.

4. Vobis datum eſt nôſſe myſteria Regni Cælorum, illis autem non eſt datum. *Matt.* 13. *v.* 11.

5. Cujus vult, miſeretur, & quem vult, indurat. *Rom.* 9. *v.* 18.

CAPVT VI.

Gratia neceſſitas ad fidem, ſpem, & charitatem atque alia opera ſupernaturalia.

1. NEmo poteſt dicere Dominus Jeſus, niſi in Spiritu ſancto. 1. *Cor.* 12. *v.* 3.

2. Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. 2. *Cor.* 3. *v.* 5.

3. Beatus es Simon Bar Iona: quia caro & ſanguis non revelavit tibi,

Digitized by Google

tibi, ſed Pater meus, qui in cælis, eſt. *Matt.* 16. *v.* 17.

4. Nemo novit filium, niſi Pater: neque Patrem quis novit, niſi filius, & cui voluerit filius revelare. *Matt.* 11. *v.* 27.

5. Gratia eſtis ſalvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt, non ex operibus, ut ne quis glorietur. *Epheſ.* 8. *v.* 9.

6. Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum, quem miſit ille. *Joan.* 6. *v.* 29.

7. Propterea dixi vobis: quia nemo poteſt venire ad me, niſi ei datum fuerit à Patre meo. *Ioan.* 6. *v.* 66.

8. Timorem meum dabo in corde eorum, ut non recedant à me. *Hier.* 32. *v.* 40.

9. Poſtquam convertiſti me, egi pœnitentiam, & poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum. *Hier.* 31. *v.* 19.

10. Ergò & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam. *Act.* 11. *verſ.* 18.

11. Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? *Rom.* 2. *v.* 4.

12. Charitas ex Deo eſt. 1. *Joan.* 4. *v.* 7.

13. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. *Rom.* 5. *v.* 5.

14 Fr ctus Spiritus eſt Charitas. *Gal.* 5. *v.* 22.

15. Deus virtutum converte nos. & oſtende faciem tuam & ſalvi erimus. *Pſ.* 29. *v.* 8.

16. Converte nos Domine ad te, & convertemur. *Thren.* 5. *verſ.* 21.

17. Converte me & convertar: quia tu Dominus Deus meus. *Jer.* 31. *v.* 18.

18. Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum. *Ioan.* 6. *v.* 44.

19. Deus eſt, qui operatur in vobis & velle, & perficere pro bona voluntate. *Phil.* 2. *v.* 13.

Digitized by Google

4. Non eſt homo juſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet. *Eccle.* 7. *v.* 21.

5. Dimitte nobis debita noſtra. *Matt.* 6. *v.* 12.

6. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. 1. *Ioan.* 1. 8.

7. In multis offendimus omnes. *Jacob.* 3. *v.* 2.

8. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati. *Rom.* 7. *v.* 23.

CAPVT IX.

Sine actualibus gratiæ auxiliis homo non poteſt longo tempore perſeverare in amicitia Dei, & præcepta ſervare.

1. QUis conſurget mihi adversùs malignantes? aut quis ſtabit mecum adversùs operantes iniquitatem? niſi quia Dominus adjuvit me: paulò minùs habitâſſet in inferno anima mea. Si dicebam motus eſt pes meus: miſericordia tua Domine adjuvabat me. *Pſ.* 93. *v.* 16. 17. 18.

2. Niſi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui ædificant eam. *Pſ.* 126. *v.* 1.

3. Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtrà vigilat, qui cuſtodit eam. *Pſ.* 126. *v.* 2.

4. Adjutor meus eſto: ne derelinquas me, neque deſpicias me Deus ſalutaris meus. *Pſ.* 26. *v.* 9.

5. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum? *Cant.* 8. *v.* 5.

6. Scio Domine, quia non eſt hominis via ejus: nec viri eſt, ut ambulet & dirigat greſſus ſuos. *Hier.* 10. *v.* 23.

7 Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. *Matt.* 26. *verſ.* 41.

8. Sic orabitis: Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Amen. *Matt.* 6. *v.* 9. 13.

9. Pater ſancte ſerva eos in nomine tuo, quos dediſti mihi: ut ſint unum, ſicut & nos: non rogo, ut tollas eos de mundo, ſed ut ſerves eos à malo. *Ioan.* 17. *v.* 11. 15.

10. Si-

Digitized by Google

10. Simon Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos. *Luc.* 22. *v.* 31. 32.

11. Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus: ut ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis. 2. *Cor.* 4. *v.* 7.

CAPVT X.

Iuſtus auxiliante Deo perſeverare in gratia poteſt uſque ad mortem.

1. MAnete in me: & ego in vobis, ſicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite, ſic nec vos, niſi in me manſeritis. *Joan.* 15. *v.* 4.

2. Manete in dilectione mea, ſi præcepta mea ſervaveritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego Patris mei præcepta ſervavi, & maneo in ejus dilectione. *Ioan.* 15. *v.* 9. 10.

3. Vide bonitatem & ſeveritatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt ſeveritatem, in te autem bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate, alioquin & tu excidêris, *Rom.* 11. *v.* 22.

4. Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. *Apoc.* 2. *v.* 10.

5. State in fide. 1. *Cor.* 16.

6. Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit: quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt. 1. *Ioan.* 3. *v.* 9.

7. Qui confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui unxit nos Deus: qui & ſignavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris. 2. *Cor.* 1. *v.* 21. 22.

CAPVT XI.

Cauſa gratiæ efficiens Deus eſt.

1. GRatiam & gloriam dabit Dominus. *Pſ.* 83. *v.* 12.

2. Gratiâ Dei ſum id, quod ſum. 1. *Cor.* 15. *v.* 10.

3. Qui bonus eſt, hauriet gratiam à Domino. *Prov.* 12. *v.* 2.

Gratia

Digitized by Google

4. Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto. *Rom.* 1. *v.* 7.

5. Humilibus dat gratiam. *Jacob.* 4. *v.* 6.

6. Deus omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Ieſu, modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitque. 1. *Pet.* 5. *v.* 10.

7. Credenti in eum, qui juſtificat impium. *Rom.* 4. *v.* 5.

8. Juxta eſt, qui juſtificat me: quis contradicet mihi? *Iſa.* 50. *verſ.* 8.

9. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? nonnè tu, qui ſolus es? *Job.* 14. *v.* 4.

10. Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. *Iſa.* 43. *v.* 25.

11. Deus noſter Deus ſalvos faciendi, &. Domini Domini exitus mortis. *Pſ.* 67. *v.* 21.

12. Domini eſt ſalus. *Pſ.* 3. *v.* 9.

13. Ego ſum, ego ſum Dominus, & non eſt abſque me Salvator. *Iſa.* 43. *v.* 11.

14. Deum abſque me neſcies, & Salvator non eſt præter me. *Oſee.* 13. *v.* 14.

CAPUT XII

Cauſa meritoria Gratiæ eſt Chriſtus, finalis ultima Deus.

1. QUi prædeſtinavit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum: ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificavit nos in dilecto filio ſuo. *Epheſ.* 1. *v.* 5. 6.

2. Signati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis, in laudem gloriæ ipſius. *Epheſ.* 1. *v.* 13. 14.

3. Benedixit nos in omni benedictione Spirituali, in cæleſtibus in Chriſto. *Eph.* 1. *v.* 3.

4. De plenitudine ejus nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, quia lex per Moyſen data eſt gratia & veritas per Ieſum Chriſtum

Digitized by Google

facta eſt. *Ioan.* 1. *v.* 16. 17.

5. Si unius delicto mors regnavit per unum: multò magis abundantiam gratiæ, & donationis, & juſtitiæ accipientes in vita regnabunt per unum Jeſum Chriſtum. *Rom.* 5. *v.* 17.

6. Gloria Domini plenum eſt opus ejus. *Eccli.* 42. *v.* 16.

CAPVT XIII.

Cauſa diſpoſitiva gratiæ ſanctificantis ſunt actus fidei, ſpei, charitatis, & aliarum virtutum.

1. IUſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius. *Rom.* 3. *v.* 24. 25.

2. Credenti in eum, qui juſtificat impium, reputatur fides ejus ad juſtitiam, ſecundùm propoſitum gratiæ Dei. *Rom.* 4. *v.* 5.

3. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. *Heb.* 11. *v.*6.

4. Spe ſalvi facti ſumus. *Rom.* 8. *v.* 24.

5. Omnis, qui habet ſpem in eo ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt. 1. *Ioan.* 3. *v.* 3.

6. Timor Domini expellit peccatum. Nam qui ſine timore eſt, non poterit juſtificari. *Eccli.* 1. *v.* 27.

7. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit judicium & juſtitiam: vita vivet & non morietur. *Ezech.* 18. *v.* 21.

8. Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis. *Luc.* 13. *v.* 3.

9. Qui diligit me, diligetur à Patre meo. *Joan.* 14. *v.* 21.

10. Ipſe Pater amat vos, quia vos me amâſtis. & credidiſtis, quia ego à Deo exivi. *Joan.* 16. *v.* 27.

11. Nos ſcimus, quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres, qui non diligit, manet in morte. 1. *Ioan.* 3. *verſ.* 14.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XIV.

Non omnes æquali ſtudio, gratiæ, ſive actuali, ſive habituali cooperantur, uti neque hæc eſt æqualis in omnibus.

1. NUnquid conſiderâſti ſervum tuum Iob; quòd non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex, & rectus ac timens Deum, & recedens à malo? *Iob.* 1. *v.* 8.

2. Amen dico vobis, non ſurrexit inter natos mulierum major Joanne Baptiſta: qui autem minor eſt in Regno Cælorum, major eſt illo. *Matt.* 11. *v.* 11.

3. Non erat vir de filiis Iſraël melior illo. 1. *Reg.* 9. *v.* 2.

4. Nos ipſi primitias Spiritus habentes. *Rom.* 8. *v.* 23.

5. Unicuique autem noſtrûm data eſt gratia, ſecundùm menſuram donationis Chriſti. *Epheſ.* 4. *v.* 7.

6. Tanquam parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis, ſed nec nunc quidem poteſtis: adhuc enim carnales eſtis. 1. *Cor.* 3. *v.* 2.

7. Jn magna domo non ſolùm ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea, & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. 2. *Tim.* 2. *v.* 20.

8. Abundantius illis omnibus laboravi: non ego autem, ſed gratia Dei mecum. 1. *Cor.* 15. *v.* 10.

CAPVT XV.

Nemo ſecundùm legem Dei ordinariam certò ſcit certitudine fidei, ſe eſſe in gratia.

1. SI venerit ad me, non videbo eum: Si abierit, non intelligam: Si juſtificare me voluero, os meum condemnabit me: Si innocentem oſtendero, pravum me comprobabit. Etiamſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ. *Job.* 9. *v.* 11. 20. 21.

Digitized by Google

3. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſervo tuo. *Pſ.* 18. *v.* 13.

3. Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. *Pſ.* 50. *v.*8.

4. Sunt juſti atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen neſcit homo, utrùm amore an odio dignus ſit: ſed omnia in futurum ſervantur incerta, eò quod univerſa æquè eveniant juſto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas & ſacrificia contemnenti: ſicut bonus, ſic & peccator: ut perjurus, ita & ille, qui verum dejerat. *Eccle.* 9. *v.* 1. 2.

5. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neque adjicias peccatum ſuper peccatum. *Eccl.* 5. *v.* 5.

6. Pravum eſt cor omnium & inſcrutabile. quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes, qui do unicuique juxta viam ſuam, & juxta fructum adinventionum ſuarum. *Hier.* 17. *verſ.* 9. 10.

7. Quamobrem Rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua Eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum: forſitan ignoſcet delictis tuis. *Dan.* 4. *v.* 24.

8. Neque me ipſum judico: nihil enim mihi conſcius ſum, ſed non in hoc juſtificatus ſum: qui autem judicat me, Dominus eſt, itaque nolite ante tempus judicare, quoad uſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo. 1. *Cor.* 4. *v.* 4. 5.

9. Eſt via, quæ videtur homini juſta: noviſſima autem ejus deducunt ad mortem. *Prov.* 14. *v.* 12.

10. Omnis via viri recta ſibi videtur: appendit autem corda Dominus. *Prov.* 21. *v.* 2.

11. Teſtimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem Dei habent, ſed non ſecundùm ſcientiam. *Rom.* 10. *v.* 2. 3.

12. Si quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nil ſit: ipſe ſe ſeducit. *Gal.* 6. *v.* 3.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XIV.

Poſſumus tamen habere certitudinem moralem nos eſſe filios & amicos Dei.

1. SI cor noſtrum non reprehenderit nos: fiduciam habemus ad Deum. 1. *Joan.* 5. *v.* 21.

2. Mihi adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo meo ſpem meam. *Pſ.* 72. *v.* 28.

3. Retribuet mihi Dominus ſecundùm juſtitiam meam, & ſecundùm puritatem manuum mearum, retribuet mihi quia cuſtodivi vias Domini, nec impiè geſſi à Deo meo. *Pſ.* 17. *v.* 21. 22.

4. Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis juſtorum. *Pſ.* 117. *verſ.* 15.

5. Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti. *Exo.* 32. *v.* 32.

6. Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo. *Iob.* 13. *v.* 155

7. Erit opus juſtitiæ pax, & cultus juſtitiæ ſilentium, & ſecuritas uſque in ſempiternum. *Iſa.* 32. *v.* 17.

8. Fructus Spiritus eſt charitas, gaudium, pax. *Gal.* 5. *v.* 22.

9. Quicunque hanc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos & miſericordia, & ſuper Iſraël Dei. *Gal.* 6. *v.* 16.

10. Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet: qui autem timet, non eſt perfectus in charitate. 1. *Ioan.* 4. *v.* 18.

11. Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen novum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit. *Apoc.* 2. *v.* 17.

12. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate. Viri, ſed ex Deo nati ſunt. *Ioan.* 1. *v.* 13.

13. Quicunque Spiritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei: non enim accepiſtis Spiritum ſervitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater: ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit Spiritui noſtro, quod ſumus filii Dei. *Rom.* 8. *v.* 14. 15. 16.

Digitized by Google

14. Si quis diligit me, Pater meus diliget eum. *Ioan.* 14. *v.* 23.

15. Qui dedit ſemetipſum pro nobis ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem; ſectatorem bonorum operum. *ad Tit.* 2. *v.* 14.

Vide verbo. *Fiducia Iuſtorum.* Titulo de *Iuſtificatione*.

CAPVT XVII.

Gratia dat eſſe quoddam divinum, vitam animæ, & alios producit illuſtres effectus ac fructus.

1. MAxima & pretioſa nobis promiſſa donavit: ut per hæc efficiamini divinæ conſortes naturæ, fugientes ejus, quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionem. 2. *Pet.* 1. *v.* 4.

2. Si qua ergò in Chriſto nova creatura: vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia nova. 2. *Cor.* 5. *v.* 17.

3. In Chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium: ſed nova creatura. *ad Gal.* 6. *v.* 15.

4. Secundùm ſuam miſericordiam ſalvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritûs ſancti, quem effudit in nos abundè, per Ieſum Chriſtum Salvatorem noſtrum, ut juſtificati gratiâ illius, hæredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternæ. *ad Tit.* 3. *v.* 5. 6. 7.

5. Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. *Ioan.* 14. *v.* 23.

6. Qui ſervat mandata ejus, in illo manet, & ipſe in eo: & in hoc ſcimus, quoniam manet in nobis de Spiritu, quem dedit nobis. 1. *Ioan.* 3. *v.* 24.

7. Deus charitas eſt, qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. 1. *Ioan.* 4. *v.* 16.

8. An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri? 1. *Cor.* 6. *v.* 19.

9. Exiſtimate vos mortuos quidem eſſe peccato: viventes autem Deo in Chriſto Ieſu Domino noſtro. *Rom.* 6. *v.* 11.

10. Exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viventes. *Rom.* 6. *v.* 13.

11. Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris, cui diximus: in umbra tua vivemus in gentibus. *Thren.* 4. *v.* 20.

C A-

Digitized by Google

CAPVT XVIII.

Gratia non tegit duntaxat, ſed verè aufert, & delet peccata.

1. LAvamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis: ſi fuerint peccata veſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus velut lana alba erunt. *Iſa*. 1. *v*. 16. 18.

2. Revertetur & miſerebitur noſtri, deponet iniquitates noſtras, & projiciet in profundum maris omnia peccata noſtra. *Michea* 7. *v*. 19.

3. Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. *Pſ*. 50. *v*. 3.

4. Nihil ergò nunc damnationis eſt iis, qui ſunt in Chriſto Jeſu: qui non ſecundùm carnem ambulant. *Rom*. 13. *v*. 1.

5. Et hæc quidam fuiſtis ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed juſtificati eſtis, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri. 1. *Cor*. 6. *v*. 11.

Vide plura verbo *Iuſtificatio*. C. 1. & 2.

CAPVT XIX.

Gratia non deſtruit naturam, ſed ægram peccato ſanat ac perficit.

1. EGo dixi Domine miſerere mei: ſana animam meam, quia peccavi tibi. *Pſ*. 40. *v*. 5.

2. Sana me Domine & ſanabor: ſalvum me fac & ſalvus ero: quoniam laus mea tu es. *Hier*. 17. *v*. 14.

3. Non eſt opus valentibus medicus, ſed malè habentibus. *Matth*. 9. *v*. 12.

4. Non veni vocare juſtos, ſed peccatores. *Matth*. 9. *v*. 13.

5. Mihi indignamini quia totum hominem ſanum feci in Sabbatho? *Ioan*. 7. *v*. 23.

6. Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava: & oculos ejus claude: ne fortè videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & convertatur & ſanem eum. *Iſa*. 6. *v*. 10.

Vide plura verbo *Iuſtificatio*.

Digitized by Google

CAPVT XX.

Gratia eſt ſemen gloriæ, Principium meriti & cauſa.

1. GRatia Dei vita æterna. *Rom. 6. v. 23.*

2. De plenitudine ejus nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. *Joan. 1. v. 16.*

3. Si filii & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. *Rom. 8. v. 17.*

4. Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero: nihil mihi prodeſt. *1. Cor. 13. v. 3.*

5. Manete in me & ego in vobis: ſicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. *Ioan. 15. v. 4. 5.*

6. Aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalutaris ſalientis in vitam æternam. *Joan. 4. v. 14.*

Plura vide verbo. Meritum.

CAPVT XXI.

Exhortatio ad utendum gratia, & ad eam ſtudioſè conſervandam.

1. ADjuvantes exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. *2. Cor. 6. v. 1.*

2. Juſtificati ergò ex fide pacem habeamus ad Deum, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. *Rom. 5. v. 1.*

3. State & nolite iterum jugo ſervitutis contineri. *Gal. 5. v. 1.*

4. Optimum eſt, gratiâ ſtabilire cor, non eſcis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis *Heb. 13. v. 9.*

5. Salus animæ in ſanctitate juſtitiæ, & melior eſt omni auro & argento:

Digitized by Google

argento: & corpus validum, quàm cenſus immenſus. *Eccli.* 30. *v.* 15

6. Beati, qui lavant ſtolas ſuas: ut ſit poteſtas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in Civitatem. *Apoc.* 22. *v.* 14:

7. Beatus, qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem ejus. *Apoc.* 16. *v.* 15.

8. Beati mortui, qui in Domino moriuntur: à modò jam dicit Spiritus, ut requieſcant à laboribus ſuis: opera enim illorum ſequuntur illos. *Apoc.* 14. *v.* 13.

9. Si venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita invenerit: beati ſunt ſervi illi. *Luc.* 12. *v.* 30.

CAPVT XXII.

Exhortationes ad creſcendum in gratia.

1. QUi juſtus eſt, juſtificetur adhuc, & Sanctus ſanctificetur adhuc. *Apoc.* 22. *v.* 11

2. Ne verearis uſque ad mortem juſtificari: quoniam merces Dei manet in æternum. *Eccle.* 18. *v.* 22.

3. Juſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit uſque ad perfectam diem. *Prov.* 4. *v.* 18.

4. Beatus vir cujus eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lachrymarum, in loco quem poſuit. *Pſ.* 83. *v.* 6. 7. 8.

5. Fratres ego me non arbitror comprehendiſſe: unum autem: quæ quidem retro ſunt obliviſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora, extendens me ipſum, ad deſtinatum perſequor, ad bravium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu. *Philip.* 3. *v.* 13.

6. Veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus. *Epheſ.* 4. *v.* 15.

7. Sicut modò geniti infantes, rationabiles ſine dolo, lac concupiſcite: ut in eo creſcatis in ſalutem. 1. *Pet.* 2. *v.* 2.

8. Creſcite in gratia & cognitione Domini noſtri & Salvatoris Jeſu Chriſti, ipſi gloria & nunc & in diem æternitatis. Amen. 2. *Pet.* 3. *v.* 18.

9. Quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris ita & nos in novitate vitæ ambulemus. *Rom.* 6. *v.* 4.

Digitized by Google

10. Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, quâ vocati eſtis. *Epheſ.* 4. *v.* 1.

11. Ambulate in dilectione. *Epheſ.* 5. *v.* 2.

CAPUT XXIII.

Iaculatoria poſtulantis Dei gratiam ejuſque neceſſitatem ac fructum agnoſcentis.

1. TRahe me poſt te, curremus in odorem unguentorum tuorum. *Cant.* 1. *v.* 4.

2. Deus converte nos, & oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus: *quod ipſum ter hic magno affectu repetit. Pſ.* 89. *v.* 4.

3. Domine da mihi hanc aquam, quâ non ſitiam in æternum. Da mihi aquam, quæ fiat in me fons aquæ ſalientis in vitam æternam. *Joan.* 4. *v.* 15. 16.

4. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum. *Prov.* 25. *v.* 4.

5. Avertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. *Pſ.* 29. *verſ.* 9.

6. Niſi quia Dominus adjuvit me, paulò minùs habitâſſet in inferno anima mea. *Pſ.* 93. *v.* 17.

7. Domine eduxiſti ab inferno animam meam, ſalvâſti me à deſcendentibus in lacum. *Pſ.* 29. *v.* 3.

8. In Deo faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos. *Pſ.* 59. *v.* 14.

PARS

Digitized by Google

PARS V.

Virtus, Vitium, Peccatum generatim.

PRÆFATIO.

QUæcunque de Sapientia & de Juſtitia generatim accepta afferuntur S. Paginæ teſtimonia, de virtute etiam intelligi poſſunt: Sapientia enim, uti & Prudentia in Sacris Literis ordinariè ſumitur pro Scientia Sanctorum, qua Deus rectè cognoſcitur, & piè colitur fide, ſpe, charitate, cæterarumque virtutum exercitio, iuxta illud: *Scientia Sanctorum prudentia. Prov.* 9. *v.* 10. Ita & juſtitia accipitur pro charitate & gratia, adeoque pro virtutum omnium aggregatione, quomodo. *Luc.* 1. *v.* 6. Zacharias & Elizabeth dicuntur *ambo juſti*, id eſt, Deo accepti, ejuſque gratiâ ornati. Pauca igitur de Virtute hîc referentur: reliqua vide verbo Sapientia, Juſtitia, Gratia. Idem certâ proportione ſervabitur quoad vitium & peccatum generatim: ſpeciales enim ſingulorum rationes differentur in locum opportuniorem.

CAPVT PRIMVM.

Virtutis Encomium & fructus multiplex.

1. DIſce ubi ſit prudentia, ubi ſit virtus, ubi ſit intellectus, ut ſcias ſimul, ubi ſit longiturnitas vitæ & victûs, ubi ſit lumen oculorum & pax. *Baruch* 3. *v.* 14.

2. Qui me audierit, abſque terrore requieſcet, & abundantiâ perfruetur, timore malorum ſublato. *Prov.* 1. *v.* 33.

3. Nunc liberati à peccato, ſervi autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem; finem verò vitam æternam: ſtipendia enim peccati mors; Gratia autem Dei vita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro. *Rom.* 6. *v.* 22. 23.

4. Amen amen dico vobis, ſi quis ſermonem meum ſervaverit, mortem non videbit in æternum. *Joan.* 8. *v.* 51.

5. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur, & ubi ſum ego, illic & miniſter meus erit: ſi quis mihi miniſtraverit honorificabit eum Pater meus. *Ioan.* 12. *v.* 26.

6. Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion. *Pſ.* 83. *v.* 8.

7. Probata autem virtus corripit inſipientes. *Sap.* 1. *v.* 3.

8. Virtutis quidem ſignum nullum valuimus oſtendere, in malignitate autem noſtra conſumpti ſumus. *Sap.* 5. *v.* 13.

9. Homines divites in virtute, pulchritudinis ſtudium habentes. Pacificantes in domibus ſuis. *Eccli.* 44. *v.* 6.

CAPVT II.

Exhortationes & ſtudium virtutum.

1. DA & accipe, & juſtifica animam tuam: ante obiectum tuum operare juſtitiam, quoniam non eſt apud inferos invenire cibum. *Eccli.* 14. *v.* 16. 17.

2. Poſſide ſapientiam, quia auro melior eſt: & acquire prudentiam, quia pretioſior eſt argento. *Prov.* 56. *v.* 16.

3. Ope

Digitized by Google

3. Operamini non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. *Joan. 6. v.* 27.

4. De cætero fratres quæcunque ſunt vera, quæcunque pudica, quæcunque juſta, quæcunque ſancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate. *Philip. 4. v.* 8.

5. In fide omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles. 1. *Pet. 3. v.* 8.

6. Vos autem curam omnem ſubinferentes, miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. 2. *Pet.* 1. *v.* 5. 6.

7. Ne declines ad dexteram neque ad ſiniſtram. *Prov. 4. v.* 27.

8. Comede, fili mi, mel, quia bonum eſt, & favum dulciſſimum gutturi tuo. Sic & doctrina ſapientiæ animæ tuæ: quam cùm inveneris, habebis in noviſſimis ſpem, & ſpes tua non peribit. *Prov.* 24. *v.* 13. 14.

9. Bonæ vitæ numerus dierum, bonum autem nomen permanebit in ævum. *Eccli.* 41. *v.* 16.

10. Servite Domino in veritate, & inquirite ut faciatis, quæ placita ſunt illi, & filiis veſtris mandate; ut faciant juſtitias & eleëmoſynas, ut ſint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore, & in tota virtute ſua. *Tob.* 14. *v.* 17.

CAPVT III.

Quis ſit perfecta virtutis.

1. QUi ſervat verbum ejus, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt, & in hoc ſcimus, quoniam in ipſo ſumus. 1. *Ioan.* 2. *v.* 5.

2. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, & charitas ejus in nobis perfecta eſt. 1. *Ioan.* 4. *v.* 12.

3. In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, ut fiduciam habeamus in die Judicii, quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. 1. *Joan.* 4. *v.* 17.

Digitized by Google

4. Virum de mille unum reperi. *Eccli.* 7. *v.* 29.

5. Non quod jam acceperim, aut jam perfectus ſim, ſequor autem ſi quomodo comprehendam, in quo & comprehenſus ſum à Chriſto Jeſu. Fratres, ego me non arbitror comprehendiſſe; unum autem quæ quidem retrò ſunt, obliviſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora extendens me ipſum, ad deſtinatum perſequor, ad bravium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Jeſu. *Philipp.* 3. *v.* 12. 13. 14.

6. Timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet, qui autem timet, non eſt perfectus in charitate. 1. *Joan.* 4. *v.* 18.

CAPVT IV.

Exhortationes ad Perfectionem.

1. AMbula coram me & eſto perfectus. *Gen.* 27. *v.* 1.

2. Perfectus eris, & abſque macula cum Domino Deo tuo. *Deut.* 18. *v.* 18.

3. Timete Dominum & ſervite ei perfecto corde atque veriſſimo. *Joſue.* 24. *v.* 14.

4. Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus eſt. *Matt.* 5. *v.* 88. *Vide ſupra.* C. 2.

CAPVT V.

Timor Domini ad ſapientiam & virtutem perfectam primus gradus eſt.

1. INitium ſapientiæ timor Domini, & cum fidelibus in vulva concreatus eſt, cum electis feminis graditur, & cum juſtis & fidelibus agnoſcitur. Plenitudo Sapientiæ eſt, timere Deum, ut plenitudo à fructibus illius. Radix Sapientiæ eſt timere Dominum, & rami ejus longævi. In theſauris Sapientiæ intellectus, & ſcientiæ religioſitas: execratio autem peccatoribus Sapientia. *Eccli.* 1. *v.* 16. 20. 25. 26.

2. Da locum timori Altiſſimi, quoniam omnis Sapientia timor Dei, & in illa timere Deum, & in omni Sapientia diſpoſitio legis. *Eccli.* 19. *v.* 18.

3. Ti-

3. Timor Domini principium Sapientiæ. *Prov.* 1. *v.* 7.

4. Timor Domini diſciplina Sapientiæ. *Prov.* 15. *v.* 33.

5. In timore Domini eſto tota die, quia habebis ſpem in noviſſimo die, & præſtolatio tua non auferetur. *Prov.* 23. *v.* 18.

6. In timore Domini fiducia fortitudinis, & filiis ejus erit ſpes. *Prov.* 14. *verſ.* 26

7. Timor Domini gloria, & gloriatio & lætitia & corona exultationis. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium in longitudinem dierum. Timor Domini expellit peccatum. *Eccli.* 1. *v.* 11. 12. 27.

8. Qui timent Dominum non erunt incredibiles verbo illius, & qui diligunt illum, conſervabunt viam illius. Qui timent Dominum, inquirent, quæ beneplacita ſunt ei, & qui diligunt illum, explebuntur lege ipſius. Qui timent Dominum, præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas. Qui timent Dominum, cuſtodiunt mandata illius, & patientiam habebunt, uſque ad inſpectionem illius. *Eccli.* 2. *v.* 18. 19. 20. 21.

9. Qui timet Dominum nihil trepidabit, & non pavebit: quoniam ipſe eſt ſpes ejus. *Eccli.* 34. *v.* 16.

10. Timor Domini ſicut paradiſus benedictionis, & ſuper omnem gloriam operuerunt illum. *Eccli.* 40. *v.* 28.

11. Agnoſcent, qui derelicti ſunt, quoniam nihil melius eſt, quàm timor Dei, & nihil dulcius, quàm reſpicere in mandatis Domini. *Eccli.* 23. *v.* 37.

12. Timor Domini initium dilectionis ejus, fidei autem initium agglutinandum eſt ei. *Eccli.* 25. *v.* 16.

CAPUT VI.

Alia timoris Domini effecta.

1. FInem loquendi pariter audiamus: Deum time, & mandata ejus obſerva, hoc eſt enim omnis homo. *Eccle.* 12. *v.* 13.

2. Timenti Dominum benè erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur. Plenitudo Sapientiæ eſt timere Deum, & plenitudo à fructibus illius. Omnem domum illius implebit à generationibus & receptacula à theſauris illius. *Eccli.* 1. *v.* 13. 20. 21.

3. Ti-

Digitized by Google

3. Timenti Dominum non occurrent mala, ſed in tentatione Deus illum conſervabit, & liberabit à malis. *Eccli.* 33. *v.* 1.

4. Spiritus timentium Deum quæritur, & in reſpectu illius benedicetur, ſpes enim illorum in ſalvantem illos, & oculi Dei in diligentes ſe. *Eccli.* 34. *v.* 14. 15.

5. Non eſt in timore Domini minoratio, & non eſt in eo inquirere adjutorium. *Eccli.* 40. *v.* 27.

6. Timete Dominum omnes ſancti ejus, quoniam nihil deeſt timentibus eum. *Pſ.* 33. *v.* 10.

7. Beatus homo, cui donatum eſt habere timorem Dei, qui tenet illum, cui aſſimilabitur? *Eccli.* 25. *v.* 15.

8. Timor Domini fons vitæ, ut declinet à ruina mortis. *Prov.* 14. *verſ.* 27.

9. Beatus homo, qui ſemper eſt pavidus; qui verò mentis eſt duræ, corruet in malum. *Prov.* 28. *v.* 14.

10. Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis ejus volet nimis. *Pſal.* 111. *v.* 1.

CAPUT VII.

Fructus timoris Domini.

1. IMmittet Angelus Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos. *Pſ.* 33. *v.* 8.

2. Qui timent te, magni erunt apud te per omnia. *Judith.* 10. *verſ.* 19.

3. Gloria & divitiæ in domo ejus, & juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi. *Pſ.* 111. *v.* 3.

4. Quàm magnus, qui invenit ſapientiam & ſcientiam, ſed non eſt ſuper timentem Dominum. Timor Domini ſuper omnia ſe ſuperpoſuit. *Eccli.* 25. *v.* 13. 14.

5. Finis modeſtiæ timor Domini, divitiæ, & gloria, & vita. *Prov.* 22. *v.* 4.

6. Potens in terra erit ſemen ejus, generatio rectorum benedicetur. *Pſ.* 111. *v.* 2.

7. Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubvertetur

Digitized by Google

tur domus tua. *Eccli* 27. *v.* 4.

8. Hæc ſunt præcepta, ut timeas Dominum Deum tuum & cuſtodias omnia mandata & præcepta ejus: quæ ego præcipio tibi, & filiis ac nepotibus tuis, cunctis diebus vitæ tuæ, ut prolongentur dies tui. *Deut.* 6. *v.* 12.

CAPUT VIII.

Etiam Juſto lapſus in peccatum metuendus.

1. QUi ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. 1. *Cor.* 10. *v.* 12.
2. Tu fide ſtas: noli altum ſapere, ſed time. *Rom.* 11. *v.* 10.
3. Homo ſapiens in omnibus metuat, & in diebus delictorum attendat ab inertia. *Eccli.* 18. *v.* 27.
4. Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus ejus ferre non potui. *Job.* 31. *v.* 23.
5. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, ſed potiùs timete eum, qui poteſt & corpus, & animam perdere in gehennam. *Matth.* 10. *v.* 28.
6. Quis non timebit te, ô Rex gentium? tuum eſt enim decus inter cunctos ſapientes gentium, & in univerſis Regnis eorum nullus eſt ſimilis tui. *Hier.* 10. *v.* 7.
7. Si juſtus vix ſalvabitur, impius & peccator, ubi parebunt? 1. *Pet.* 4. *v.* 18.

CAPUT IX.

Iaculatoria petentis timorem Dei & Virtutis ſtudium.

1. COnfige timore tuo carnes meas à judiciis enim tuis timui. *Pſ.* 118. *v.* 20.
2. Timorem tuum doce me. *Pſ.* 33. *v.* 12.
3. Fac ut ſerviam tibi in timore, & exultem tibi cum tremore. *Pſ.* 2. *v.* 11.
4. Lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum. *Pſ.* 86. *v.* 17.
5. Poſſideam mi Domine virtutem, quia auro melior eſt, & ac-

quiram eam, quia pretioſior eſt argento. *Prov. 16. v. 16.*

6. Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me, quia mandatis tuis credidi. *Pſ. 118, v. 66.*

7. Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. *Pſ. 70. v. 9.*

8. Eſto mihi Domine firmamentum virtutis, tegimen ardoris, & umbraculum meridiani. *Eccli. 34. v. 19.*

Vide Gladium Spiritus, verbo Timor Salutaris.

CAPVT X.

Vitia quàm noxia, & qua ratione exſtirpanda.

1. OSſa ejus implebuntur vitiis adoleſcentiæ ejus, & cum eo in pulvere dormient. *Iob. 20. v. 11.*

2. Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. *Gal. 5. v. 24.*

3. Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ: ſicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſervire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra veſtra ſervire juſtitiæ in ſanctificationem. Cùm enim ſervi eſſetis peccati, liberi fuiſtis juſtitiæ. *Rom. 6. v. 19. 20,*

4. Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. *Rom. 12. v. 1.*

5. Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & avaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſervitus. *Coloſſ. 3. v. 5.*

6. Non veni pacem mittere, ſed gladium. *Matt. 10. v. 34.*

7. Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo: ne fortè cùm aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar. *1. Cor. 9. v. 27.*

8. Semper mortificationem Jeſu in corpore noſtro circumferentes, ut & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris. *2. Cor. 4. v. 10.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT XI.

Exhortatio ad extirpanda vitia & domandas paſſiones.

1. POſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua avertere. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis. *Eccli.* 18. *v.* 30. 31.

2. Circumcidite igitur præputium cordis veſtri, & cervicem veſtram ne induretis. *Deut.* 10. *v.* 16.

3. Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium veſtrorum viri Iuda, & habitatores Ieruſalem: ne fortè egrediatur ut ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit, qui extinguat propter malitiam cogitationum veſtrarum. *Hier.* 4. *v.* 5.

4. Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & projice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam. *Matt.* 5. *v.* 29.

5. Amen Amen dico vobis, niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum adfert. Qui amat animam ſuam, perdet eam, & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. *Ioan.* 12. *v.* 24. 25.

6. Fidelis ſermo, nam ſi commortui ſumus, convivemus: ſi ſuſtinebimus & conregnabimus: ſi negaverimus, & ille negabit nos. 2. *Tim.* 2. *v.* 11. 12.

7. Qui delicatè à pueritia nutrit ſervum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem. *Prov.* 29. *v.* 21.

8. Diſſolve collegationes impietatis, ſolve faſciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos, & omne onus diſrumpe. *Iſa.* 58. *v.* 6.

9. Si abſtuleris de medio tui catenam, & deſieris extendere digitum, & loqui, quod non prodeſt. *Iſa.* 58. *v.* 9.

Digitized by Google

CAPVT XII.

Peccatum eſt averſio à Deo, & converſio ad creaturas, eſt inane & nihil.

1. QUid invenerunt Patres veſtri in me iniquitatis, quia elongaverunt à me, & ambulaverunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt? *Hier.* 2. *v.* 5.

2. Dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderant ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas; quæ continere non valent aquas. *Hier.* 2. *v.* 13.

3. Qui lætamini in nihilo. *Amos* 6. *v.* 14.

4. Sine ipſo factum eſt nihil. *Joan.* 1. *v.* 3.

5. Confidunt in nihilo & loquuntur vanitates. *Iſa.* 59. *v.* 4.

6. Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis, ut interficerent animas, quæ non moriuntur. Et vivificaverunt animas, quæ non vivunt, mentientes populo meo credenti mendaciis. *Ezechiel.* 13. *v.* 19.

7. Iſte & pro buccella panis deſerit veritatem. *Prov.* 28. *v.* 21.

8. Gratis venundati eſtis, & gratis redimemini. *Iſa.* 52. *v.* 3.

9. Verterunt ad me tergum & non faciem, & in tempore afflictionis ſuæ dicent: ſurge & libera nos. *Hier.* 2. *v.* 27.

10. Quid vultis mecum judicio contendere? omnes dereliquiſtis me, dicit Dominus. *Hier.* 2. *v.* 29.

CAPVT XIII.

Peccata ſunt ſordes, immunditiæ, tenebræ, execrationes, abominationes, &c.

1. CAlumniam patiens eſt Ephraim, fractus judicio: quoniam cepit abire poſt ſordes. *Oſeæ* 5. *v.* 11.

2. Peccaverunt ei, & non filii ejus in ſordibus. *Deut.* 32. *v.* 5.

3. Propter immunditiam ejus corrumpetur putredine peſſimâ. *Mich.* 2. *v.* 10.

4. Et Jeſus Sacerdos magnus, quaſi totius populi peccata portans, indutus erat veſtibus ſordidis. *Zach.* 3. *v.* 3.

5. Atque Jeſus ſervator noſter conſputus fuit, & indignè habitus, ut hiſce ſordibus peccatorum noſtrorum ſordes ablueret. *Matt.* 26. *v.* 67.

6. In menſtruis ſuis invenient eam. *Jerem.* 2. *v.* 24.

7. Si abluerit Dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Jeruſalem laverit, de medio ejus in ſpiritu judicii & ſpiritu ardoris. *Iſa.* 4. *verſ.* 4.

8. Nox præceſſit, dies autem appropinquavit; abjiciamus ergò opera tenebrarum, & induamur arma lucis. *Rom.* 13. *v.* 12.

9. Eratis aliquando tenebræ. *Epheſ.* 5. *v.* 8.

10. Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem redarguite. *Epheſ.* 5. *v.* 11.

11. Si dixerimus, quoniam ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus. 1. *Joan.* 1. *verſ.* 6.

12. Revertere ad Dominum, & avertere ab injuſtitia tua, & nimis odito execrationem. *Eccli.* 17. *v.* 23.

13. De execratione & mendacio annuntiabuntur in conſummatione: in via conſummationis, & non erunt. *Pſ.* 58. *v.* 13.

14. Quando ingreſſus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, cave ne imitari velis abominationes illarum gentium. *Deut.* 18. *v.* 9.

15. Provocaverunt eum in diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitaverunt. *Deut.* 32. *v.* 16.

16. Spes illorum abominatio animæ. *Job.* 11. *v.* 20.

17. Quaſi à facie colubri fuge peccata: & ſi acceſſeris ad illa ſuſcipient te dentes leonis, dentes ejus interficientes animam hominum, quaſi romphea bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non eſt ſanitas. *Eccli.* 21. *v.* 2. 3. 4.

CAPVT XIV.

Peccatum & corpori & animo eſt calamitoſum.

1. Conceperunt laborem & pepererunt iniquitatem. Ova aſpidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt: qui comederit de ovis eorum, morietur: & quod confotum eſt, erumpet in regulum. *Iſa.* 59. *v.* 4. 5.

2. Ut iniquè agerent, laboraverunt. *Hier. 9. v. 5.*

3. Peccatores perſequitur malum. *Prov. 13. v. 21.*

4. Qui ſeminat iniquitatem, metet mala, & virga iræ ſuæ conſummabitur. *Prov. 22. v. 8.*

5. Arguet te malitia tua, & averſio tua increpabit te, ſcito & vide, quia malum & amarum eſt, reliquiſſe te Dominum Deum tuum, & non eſſe timorem mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum. *Hier. 2. v. 19.*

6. Plagâ inimici percuſſi te caſtigatione crudeli, propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta ſunt peccata tua. *Hier. 30. v. 14.*

7. Noli facere mala, & non te apprehendent, diſcede ab iniquo & deficient mala abs te. Fili non ſemines mala in ſulcis injuſtitiæ, & non metes ea in ſeptuplum. *Eccli. 7. v. 1. 2. 3.*

8. Plus fecit quam potuit, idcircò perierunt. *Jer. 48. v. 36.*

9. Qui perverſis graditur viis, concidet ſemel. *Prov. 28. v. 18.*

10. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur ſcelera: & juſti ruinas eorum videbunt. *Prov. 29. v. 16.*

11. Prævaricationes in conſummatione tabeſcant. *Eccli. 40. v. 14.*

12. Super peccatores ſeptuplum: Ad hæc mors, ſanguis, contentio, & romphæa, oppreſſiones fames & contritio & flagella. *Eccli. 40. v. 8. 9.*

13. Anima nequam diſperdet, qui ſe habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in ſortem impiorum. *Eccli. 6. v. 4.*

14. Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulavimus vias difficiles, viam autem Domini ignoravimus. *Sap. 5. v. 7.*

15. Nihil in terra ſine cauſa fit, & de humo non oritur dolor. *Job. 5. verſ. 6.*

16. Nunc verò reminiſcor malorum, quæ feci in Jeruſalem, unde & abſtuli omnia ſpolia aurea & argentea, quæ erant in ea, & miſi auferre habitantes Iudæam ſine cauſa. Cognovi ergò quia propterea invenerunt me mala iſta: & ecce pereo triſtitia magna in terra aliena. *1. Machab. 6. v. 12. 13.*

17. Vir impius fodit malum, & in labiis ejus ignis ardeſcit. *Prov. 16. v. 27.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT XV.

Labores & conatus omnes irritas reddit.

1. TElæ eorum non erunt in veſtimentum, neque operientur operibus ſuis: opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. *Iſa.* 59. *v.* 6.

2. Ventum ſeminabunt, & turbinem metent, culmus ſtans non eſt in eo, germen non faciet farinam, quod etſi fecerit, alieni comedent eam. *Oſea* 8. *v.* 7.

3. Ephraim paſcit ventum, & ſequitur æſtum: totâ die mendacium & vaſtitatem multiplicat, &c. *Oſea* 12. *v.* 1.

4. Non ſalvabit impietas impium. *Eccle.* 8. *v.* 8.

5. Impius facit opus inſtabile: ſeminanti autem juſtitiam merces fidelis. *Prov.* 11. *v.* 18.

6. Idcircò pro eo, quod diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo: domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantiſſimas, & non bibetis vinum earum. Quia cognovi multa ſcelera veſtra, & fortia peccata veſtra: hoſtes juſti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta. *Amos* 5. *v.* 11. 12.

7. Sapientiam & diſciplinam qui abjicit, infælix eſt, & vacua eſt ſpes illorum, & labores ſine fructu, & inutilia opera eorum. *Sap.* 3. *verſ.* 11.

CAPVT XVI.

Pœnas, ærumnasq́; accerſit temporales ac ſempiternas.

1. PRævaricatores quaſi ſpinæ evellentur univerſi, quæ non tolluntur manibus. Et ſi quis tangere voluerit eas, armabitur ferro & ligno lanceato, igneque ſuccenſæ comburentur uſque ad nihilum. 2. *Reg.* 23. *v.* 6. 7.

2. Ecce

2. Ecce dies veniet ſuccenſa quaſi caminus: & erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem, ſtipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem & germen. *Malach. 4. v. 1.*

3. Væ vobis viri impii, qui dereliquiſtis legem Domini Dei altiſſimi, & ſi nati fueritis, in maledictione naſcemini, ſi mortui fueritis, in maledictione erit pars veſtra. *Eccli. 41. v. 11. 12.*

4. Quæ ſeminaverit homo, hæc & metet: quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem, qui autem ſeminat in Spiritu, & de Spiritu metet vitam æternam. *Gal. 6. v. 7. 8.*

5. Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. *Joan. 15. verſ. 6.*

6. Peccatum cùm conſummatum fuerit, generat mortem. *Jac. 1. verſ. 15.*

7. Timidis autem & incredulis, & execratis & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure: quod eſt mors ſecunda. *Apoc. 21. v. 8.*

8. Comedent fructus vitæ ſuæ, ſuiſque conſiliis ſaturabuntur. *Prov. 1. v. 32.*

9. Vir qui erraverit à via doctrinæ, & in cætu gigantum commorabitur. *Prov. 21. v. 16.*

10. Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis veſtri, & in flammis, quas ſuccendiſtis: de manu mea factum eſt hoc vobis, in doloribus dormietis. *Iſa. 50. v. 11.*

CAPVT XVII.

Animam donis ſupernaturalibus ſpoliat, maculat, inficit: Dæmonis poteſtati, mortiq; perpetuæ ſubjicit.

1. HOmo quidam deſcendebat ab Jeruſalem in Jericho, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliaverunt eum, & plagis impoſitis abierunt, ſemivivo relicto. *Luc. 10. v. 30.*

2. Si laveris te intro, & multiplicaveris tibi herbam burith, macu-

lata

lata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus. *Ier.* 2. *v.* 22.

3. An parùm vobis eſt, quod peccaſtis in Beelphegor, & uſque in præſentem diem macula hujus ſceleris in nobis permanet? multique de populo corruerunt? *Ioſue.* 2. *v.* 17.

4. Dediſti maculam in gloria tua. *Eccli.* 4. *v.* 7.

5. Chr iſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam aut rugam aut aliquid hujuſmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata. *Epheſ.* 5. *v.* 27.

6. Si averterit ſe juſtus à juſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, ſecundùm omnes abominationes, quas operari ſolet impius, nunquid vivet? omnes juſtitiæ ejus, q uas fecerat, non recordabuntur. *Ezech.* 18. *verſ.* 24.

7. Et ponam illum in manu eoram, qui te humiliaverunt, & dixerunt animæ tuæ. Incurvare ut tranſeamus, & poſuiſti ut terram corpus tuum, & quaſi viam tranſeuntibus. *Iſa.* 51. *v.* 23.

8. Nequando reſipiſcant à Diaboli laqueis, à quo captivi tenentur ad ipſius voluntatem. 1. *Tim.* 2. *v.* 26.

9. Vos ex Patre Diabolo eſtis, & deſideria Patris veſtri vultis facere. *Joan.* 8. *v.* 44.

10. O plene omni dolo & fallacia fili Diaboli? *Act.* 13. *v.* 10.

11. Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hoſtes ſunt animæ ſuæ. *Tob.* 12. *v.* 10.

12. Homo per malitiam occidit animam ſuam. *Sap.* 16. *v.* 14.

13. Scio opera tua, quia nomen habes, quod vivas, & mortuus es. *Apoc.* 3. *v.* 1.

14. Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem. *Prov.* 8. *v.* 36.

CAPUT XVIII.

Intellectui cæcitatem, ignorantiam, amentiam conciliat.

1. AUdite audientes, & nolite intelligere, & videte viſionem, & nolite cognoſcere. Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava: & oculos ejus claude: ne fortè videat oculis ſuis,

Digitized by Google

& auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & convertatur, & ſanem eum. *Iſa.* 6. *v.* 9. 10.

2. Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum. Quis cæcus niſi ſervus meus? & ſurdus, niſi ad quem nuncios meos miſi? quis cæcus, niſi qui venundatus eſt? & quis cæcus niſi ſervus Domini? *Iſa.* 42. *v.* 18. 19.

3. Viam pacis neſcierunt, & non eſt judicium in greſſibus eorum. Semitæ eorum incurvatæ ſunt eis: omnis, qui calcat in eis, ignorat pacem. *Iſa.* 59. *v.* 8.

4. Palpavimus ſicut cæci parietem, & quaſi abſque oculis attrectavimus: impegimus meridie quaſi in tenebris, in caliginoſis quaſi mortui. *Iſa.* 19. *v.* 10.

5. Stultus populus meus me non cognovit: filii inſipientes ſunt & vecordes: ſapientes ſunt, ut faciant mala, benè autem facere neſcierunt. *Hier.* 4. *v.* 22.

6. Educ foras populum cæcum & oculos habentem; ſurdum & aures ei ſunt. *Iſa.* 43. *v.* 8.

7. Audi popule ſtulte, qui non habes cor: qui habentes oculos non videtis: & aures & non auditis. *Hier.* 5. *v.* 21.

8. Venerunt dies viſitationis, venerunt dies retributionis. Scitote Iſraël ſtultum Prophetam, inſanum virum ſpiritualem propter multitudinem iniquitatis tuæ & multitudinem amentiæ. *Oſea* 9. *v.* 7.

9. Ambulabunt ut cæci, quia Domino peccaverunt. *Soph.* 1. *verſ.* 17.

10. Comederunt alieni robur ejus, & ipſe neſcivit, ſed & cani effuſi ſunt in eo, & ipſe ignoravit. *Oſea* 7. *v.* 9.

11. Et factus eſt Ephraim ſicut columba ſeducta non habens cor: Ægyptum invocabant, ad Aſſyrios abierunt. *Oſea* 7. *v.* 11.

12. Evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt cor inſipiens eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum & ſerpentium. *Rom.* 1. *v.* 21. 22. 23.

13. Cui loquar? & quem conteſtabor ut audiat? ecce incircumciſæ aures eorum audire non poſſunt: ecce verbum Domini factum eſt in opprobrium, & non ſuſcipient illud. *Hier.* 6. *v.* 10.

14. Et ſicut non probaverunt Deum habere in notitia: tradidit illos

Digitized by Google

los Deus in reprobum ſenſum, ut faciant ea, quæ non conveniunt. *Rom.* 1. *v.* 28.

15. Qui dicit ſe noſſe eum, & mandata ejus non cuſtodit, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt. 1. *Ioan.* 2. *v.* 4.

16. Omnis, qui in eo manet non peccat: & omnis qui peccat, non vidit, nec cognovit eum. 1. *Ioan.* 3. *v.* 6.

17. Eſt via, quæ videtur homini juſta: noviſſima autem ejus deducunt ad mortem. *Prov.* 14. *v.* 12.

18. Poſſidebunt parvuli ſtultitiam, & exſpectabunt aſtuti ſcientiam *Prov.* 14. *v.* 21.

19. Ne impiè agas multùm, & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo. *Eccle.* 7. *v.* 18.

20. Hæc cogitaverunt & erraverunt: excæcavit enim illos malitia eorum, & neſcierunt Sacramenta Dei, neque mercedem ſperaverunt juſtitiæ, nec judicaverunt honorem animarum ſanctarum. *Sap.* 2. *v.* 21. 22.

21. Palpabunt quaſi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quaſi ebrios. *Job.* 12. *v.* 25.

22. Hæccine reddis Domino popule ſtulte & inſipiens? nunquid non ipſe eſt Pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creavit te? *Deut.* 32. *v.* 6.

23. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. *Sap.* 5. *v.* 4.

CAPUT XIX.

Voluntatem à ſummo bono avocat, atque in malo obdurat.

1. Diligit Dominus filios Iſraël, & ipſi diligunt vinacia uvarum. *Oſeæ* 3. *v.* 1.

2. Uſquequò parvuli diligitis infantiam, & ſtulti ea, quæ ſibi ſunt noxia, cupient, & imprudentes odibunt ſcientiam? *Prov.* 1. *v.* 22.

3. Stupor & mirabilia facta ſunt in terra: Prophetæ prophetabant mendacium, & ſacerdotes applaudebant manibus ſuis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in noviſſimo ejus? *Jer.* 5. *v.* 30. 31.

Digitized by Google

4. Facti ſunt abominabiles, ſicut ea, quæ dilexerunt. *Oſea 9. verſ.* 10.

5. Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper. *Pſ.* 72. *verſ.* 23.

6. Et gloriati ſunt, qui oderunt te in mendacio ſolennitatis tuæ. *Pſ.* 73. *v.* 4.

7. Peccatum Juda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in ungue adamantino, exaratum ſuper latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum. *Jer.* 17. *v.* 1.

8. Inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua: Non eſt qui judicet judicium tuum ad alligandum: curationum utilitas non eſt tibi. *Ier.* 30. *v.* 12. 13.

9. Durâ cervice, & incircumciſis cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis, ſicut Patres veſtri, ita & vos. *Act.* 7. *v.* 51.

10. Aſcende in Galaad & tolle reſinam, virgo filia Ægypti: fruſtrà multiplicas medicamina, ſanitas non erit tibi. *Ier.* 46. *v.* 11.

11. Scivi, quia durus es tu, & nervus ferreus cervix tua, & frons tua ærea. *Iſa.* 48. *v.* 4.

CAPUT XX.

Timorem gignit & anguſtiam.

1. FOrtitudo ſimplicis via Domini: & pavor his qui operantur malum. *Prov.* 10. *v.* 29.

2. Gaudium juſto eſt facere judicium, & pavor operantibus iniquitatem. *Prov.* 21. *v.* 15.

3. Fugit impius nemine perſequente: juſtus autem quaſi leo confidens abſque terrore erit. *Prov.* 28. *v.* 1.

4. Frequenter præoccupant peſſima redarguente conſcientia: cum ſit enim timida nequitia, dat teſtimonium condemnationis; ſemper enim præſumit ſæva perturbata conſcientia. *Sap.* 17. *v.* 10. 11:

5. Undique terrebant eum formidines, & involvent pedes ejus. *Job.* 18. *v.* 11.

6. Dabo pavorem in cordibus eorum in Regionibus hoſtium, terrebit eos ſonitus folii volantis, & ita fugient quaſi gladium: caden-

Digitized by Google

dent nullo perſequente. *Levitici.* 29. *v.* 36.

7. Sonitus terroris ſemper in auribus illius, & cum pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur. *Job.* 15. *v.* 22.

9. Cùm ſe moverit ad quærendum panem, novit quod paratus ſit in manu ejus tenebrarum dies. *Job.* 15. *v.* 23.

10. Terrebit eum tribulatio, & anguſtia vallabit eum, ſicut Regem, qui præparatur ad prælium. *Job.* 15. *v.* 24.

11. Detraxit fortes in fortitudine ſua: & cùm ſteterit non credet vitæ ſuæ. *Job.* 24. *v.* 22.

12. Dominum non invocaverunt, illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor. *Pſ.* 13. *v.* 5.

CAPUT XXI.

Pudorem adfert & impudentiam.

1. QUem ergo fructum tunc habuiſtis in illis, in quibus nunc erubeſcitis? nam finis illorum mors eſt. *Rom.* 6. *v.* 21.

2. Impius confundit & confundetur. *Prov.* 13. *v.* 5.

3. Quomodo confunditur fur, quando deprehenditur, ſic confuſi ſunt domus Iſraël, ipſi & Reges eorum, Principes & Sacerdotes & Prophetæ eorum. *Jer.* 2. *v.* 26.

4. Confundentur enim ab idolis, quibus ſacrificaverunt: & erubeſcetis ſuper hortis, quos elegeratis, cùm fueritis velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus abſque aqua. *Iſa.* 1. *v.* 29. 30.

5. Agnitio vultus eorum reſpondet eis, & peccatum ſuum, quaſi Sodoma prædicaverunt, nec abſconderunt: Væ animæ eorum, quoniam reddita ſunt eis mala. *Iſa.* 3. *v.* 9.

6. Domus Iſraël attrita fronte & duro corde. *Ezech.* 3. *v.* 8.

7. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. *Ier.* 3. *v.* 3.

8. Vir impius procaciter obfirmat vultum ſuum, qui autem rectus eſt, corrigit viam ſuam. *Prov.* 21. *v.* 29.

9. Confuſi ſunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt, quamobrem cadent inter ruentes: in tempore viſitationis ſuæ corruent, dicit Dominus. *Ier.* 6. *v.* 15.

Digitized by Google

CAPVT XXII.

In triſtitiam deſinit ac deſperationem.

1. CUr deteſtatus ſum diſciplinam, & increpationibus non acquievit cor meum: nec audivi vocem docentium me, & magiſtris non inclinavi aurem meam? *Prov.* 5. 12. 13.

2. In quantam tribulationem deveni, & in quos fluctus triſtitiæ, in qua nunc ſum, qui jucundus eram, & dilectus in poteſtate mea. Nunc verò reminiſcor malorum, quæ feci. 1. *Mach.* 6. *v.* 11. 12.

3. Quid nobis profuit ſuperbia? aut divitiarum jactantia quid contulit nobis? tranſierunt omnia illa tanquam umbra, & tanquam nuncius præcurrens. *Sap.* 5. *v.* 8. 9.

4. Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nonnè ſi benè egeris, recipies: ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit. *Gen.* 4. *v.* 6. 7.

5. Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum. *Rom.* 2. *v.* 9.

6. Ceſſavit gaudium tympanorum, quievit ſonitus lætantium, conticuit dulcedo cytharæ. Cum cantico non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam. *Iſa.* 24. *v.* 8. 9.

7. Major eſt iniquitas mea, quàm ut veniam merear. *Gen.* 4. *verſ.* 13.

8. Deſperavi, nequaquam faciam: adamavi quippe allenos & poſt eos ambulabo. *Jer.* 2. *v.* 25.

9. Deſperavimus: poſt cogitationes enim noſtras ibimus, & unuſquiſque pravitatem cordis mali faciemus. *Jer.* 18. *v.* 12.

10. Factus eſt dolor meus perpetuus: & plaga mea deſperabilis renuit curari. *Ierem.* 15. *v.* 18.

CAPUT XXIII.

Vires animi & corporis enervat.

1. ERit fortitudo veſtra, ut favilla ſtupæ, & opus veſtrum quaſi ſcintilla, & ſuccendetur utrumque ſimul, & non erit, qui extinguat. *Iſa.* 1. *v.* 31.

2. Stupa

2. Stupa collecta Synagoga peccantium, & conſummatio illorum flamma ignis. *Eccli.* 21. *v.* 10.

3. Comederunt alieni robur ejus, & ipſe neſcivit, ſed & cani effuſi ſunt in eo, & ipſe ignoravit. *Oſeæ* 7. *v.* 9.

4. Ecce Dominator Dominus exercituum auferet à Jeruſalem & à Juda validum & fortem, omne robur panis & omne robur aquæ, fortem & virum bellatorem, Principem ſuper quinquaginta. Et dabo pueros Principes eorum, & effæminati dominabuntur eis. *Iſa.* 3. *v.* 1. 2. 3. 4.

5. Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & confirmâſti ſuper me manum tuum. *Pſ.* 37. *v.* 3.

6. Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum. *Pſ.* 37. *v.* 4.

7. Remitte mihi: ut refrigerer, priuſquam abeam, & ampliùs non ero. *Pſ.* 38. *v.* 14.

8. Ego dixi Domine miſerere mei: ſana animam meam, quia peccavi. *Pſ.* 40. *v.* 5.

9. Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia oſſa ejus marceſcere facit. *Iob.* 33. *v.* 19.

10. Abominabilis ei fit in vita ſua panis, & animæ illius cibus ante deſiderabilis. *Job.* 33. *v.* 20.

11. Tabeſcet caro ejus, & oſſa, quæ tecta fuerant, nudabuntur. *Iob.* 33. *v.* 21.

12. Appropinquavit corruptioni anima ejus & vita illius mortiferis. *Iob.* 33. *v.* 22.

13. Ecce ſanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. *Joan.* 5. *v.* 14.

CAPUT XXIV.

Vitam abbreviat, mortem accelerat.

1. IMpii de terra perdentur: & qui iniquè agunt, auferentur ex ea. *Prov.* 2. *v.* 22.

2. Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius: juſtus autem quaſi fundamentum ſempiternum. *Prov.* 10. *v.* 25.

3. Ti-

3. Timor Domini apponet dies: & anni impiorum breviabuntur. *Prov.* 12. *v.* 7.

4. Verte impios, & non erunt: domus autem juſtorum permanebit. *Prov.* 12. *v.* 7.

5. Vide impium ſuper exaltatum, & elevatum ſuper cedros Libani. *Pſ.* 36. *v.* 35.

6. Et tranſivi & ecce non erat, quæſivi eum & non eſt inventus locus ejus. *Pſ.* 36. *v.* 36.

7. Ne impiè agas multùm, & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo. *Eccle.* 7. *v.* 18.

8. Video, quia iniquitas finem dabit ei. *Tob.* 14. *v.* 13.

9. Tanquam fænum velociter areſcent: & quemadmodum olera herbarum citò decident. *Pſ.* 36. *v.* 2.

10. Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem : expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare. *Pſ.* 35. *v.* 13.

11. Stipendia peccati mors. *Rom.* 6. *v.* 23.

12. Finis illorum mors. *Rom.* 6. *v.* 21.

13. Si ſecundùm carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. *Rom.* 8. *v.* 13.

14. Clementia præparat vitam: & ſectatio malorum mortem. *Prov.* 12. *v.* 28.

15. In ſemita juſtitiæ vita iter autem dèvium ducit ad mortem. *Prov.* 22. *v.* 28.

16. Per unum hominem peccatum in hanc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccaverunt. *Rom.* 5. *v.* 12.

CAPVT XXV.

Famam, Honorem, Gloriam deſtruit.

1. MEmoria juſti cum laudibus: & nomen impiorum putreſcet. *Prov.* 10. *v.* 7.

2. Nec memor ero nominum eorum per labia mea. *Pſ.* 15. *v.* 5.

3. Sunt quorum non eſt memoria: perierunt quaſi qui non fuerint: & nati ſunt, quaſi non nati, & filii ipſorum cum ipſis. *Eccli.* 44. *verſ.* 9.

4. Me-

4. Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen ejus in plateis. *Job.* 18. *v.* 17.

5. Nomen noſtrum oblivionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum noſtrorum. Umbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum, & non eſt reverſio finis noſtri: quoniam conſignata eſt, & nemo revertitur. *Sap.* 2. *v.* 4. 5.

6. Dediſti maculam in gloria tua. *Eccli.* 47. *v.* 22.

7. Gloriam ſapientes poſſidebunt: ſtultorum exaltatio ignominia. *Prov.* 3. *v.* 35.

8. Quis honorificabit exhonorantem animam ſuam. *Eccli.* 10. *verſ.* 32.

9. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus: timentes autem Dominum glorificat. *Pſ.* 14. *v.* 5.

10. Si aſcenderit uſque ad cælum ſuperbia ejus, & caput ejus nubes tetigerit. *Iob.* 20. *v.* 6.

11. Quaſi ſterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderant, dicent: ubi eſt? *Job.* 20. *v.* 7.

12. Velut ſomnium avolans non invenietur, tranſiet ſicut viſio nocturna. *Iob.* 20. *v.* 8.

13. Oculus, qui eum viderat non videbit, neque ultra intuebitur eum locus ſuus. *Job.* 20. *v.* 9.

CAPUT XVI.

Fortuna bona dilapidat.

1. TErra veſtra deſerta, Civitates veſtræ ſuccenſæ igni: Regionem veſtram coram vobis alieni devorant, & deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtili: Et derelinquetur filia Sion ut umbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario. *Iſa.* 1. *v.* 7. 8. 9.

2. Ruit Hieruſalem, & Judas concidit: quia lingua eorum, & adinventiones eorum contra Dominum, ut provocarent oculos majeſtatis ejus. *Iſa.* 3. *v.* 8.

3. Diſſipatione diſſipabitur terra, & direptione prædabitur. Dominus enim locutus eſt verbum hoc. *Iſa.* 24. *v.* 3.

4. Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra,

 com-

Digitized by Google

commotione commovebitur terra, agitatione agitabitur terra ſicut ebrius, & auferetur quaſi tabernaculum unius noctis, & gravabit eam iniquitas ſua, & corruet, & non adjiciet, ut reſurgat. *Iſ.* 24. *v.* 19. 20.

5. Nunquid ſervus eſt Iſraël, aut vernaculus? quare ergò factus eſt in prædam? ſuper eum rugierunt leones, & dederunt vocem ſuam, poſuerunt terram ejus in ſolitudinem: civitates ejus exuſtæ ſunt, & non eſt qui habitet in eis. Nunquid non iſtud factum eſt tibi, quia dereliquiſti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viam. *Jer.* 2. *v.* 14. 15. 16. 17.

6. Dicite gentibus: Ecce auditum eſt in Hieruſalem cuſtodes venire de terra longinqua, & dare ſuper civitates Juda vocem ſuam. Quaſi cuſtodes agrorum facti ſunt, ſuper eam in gyro: quia me ad iram provocaverunt: dicit Dominus. Viæ tuæ & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi: iſta malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum. *Jer.* 4. *v.* 16. 17. 18.

7. Cùm annunciaveris populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi: quare locutus eſt Dominus ſuper nos omne malum grande iſtud? quæ iniquitas noſtra? & quod peccatum noſtrum? Dices ad eos: quia dereliquerunt me Patres veſtri, ait Dominus, & abierunt poſt Deos alienos, & ſervierunt. Sed & vos pejus operati eſtis, quàm Patres veſtri: Ecce enim ambulat unuſquiſque poſt pravitatem cordis ſui mali, ut me non audiat. Et ejiciam vos de terra hac in terram, quam ignoratis vos. *Jer.* 16. *v.* 10. 11. 12. 13.

8. Quid eſt Iſraël, quod in terra inimicorum es? inveteràſti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum deſcendentibus in infernum. Dereliquiſti fontem ſapientiæ. Nam ſi in via Dei ambulâſſes, habitâſſes utique in pace ſempiterna. *Baruch.* 3. *v.* 10. 11. 12. 13.

9. Ecce dies, ecce venit: egreſſa eſt contritio, floruit virga, germinavit ſuperbia, iniquitas ſurrexit in virga impietatis, non ex eis, & non ex populo, neque ex ſonitu eorum: & non erit requies in eis. *Ezech.* 7. *v.* 10. 11.

10. Et reſpondebit arrogantia Iſraël in facie ejus: Et Iſraël & Ephraim ruent in iniquitate ſua, ruet etiam Judas cum eis. *Oſea* 5. *verſ.* 5.

11. Calumniam patiens eſt Ephraim, fractus judicio: quoniam cœpit abire poſt ſordes. *Oſeæ* 5. *v.* 11.

12. Non

Digitized by Google

12. Non fuit, qui inſultaret populo iſti, niſi quando receſſit à cultu Domini Dei ſui. Quotieſcunque autem præter ipſum Deum ſuum, alterum coluerunt, dati ſunt in prædam, & in gladium, & in opprobrium. *Iudith* 5. *v.* 17. 18.

13. Uſque dum non peccarent in conſpectu Dei ſui, erant cum illis bona: Deus enim illorum odit iniquitatem. *Iudith* 5. *v.* 21.

14. Nam & ante hos annos cùm receſſiſſent à via, quam dederat illis Deus, ut ambularent in ea, exterminati ſunt præliis à multis nationibus, & plurimi illorum captivi abducti ſunt in terram non ſuam. *Iudith* 5. *v* 22.

15. Nunc ergò mi Domine, perquire, ſi eſt aliqua iniquitas eorum in conſpectu Dei eorum, & aſcendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & ſubjugati erunt ſub jugo potentiæ tuæ. *Iudith* 5. *v.* 24.

16. Conſtat Deum noſtrum ſic peccatis offenſum, ut mandaverit per Prophetas ſuas ad populum, quod tradat eum ad Deum pro peccatis ſuis, & quoniam ſciunt ſe offendiſſe Deum ſuum filii Iſraël, tremor tuus ſuper ipſos eſt. *Judith* 11. *v.* 8. 9.

17. Nec poterit Iſraël ſtare, ànte hoſtes ſuos, eoſque fugiet: quia pollutus eſt anathemate, non ero ultra vobiſcum, donec conteratis eum, qui hujus ſceleris reus eſt. *Ioſue.* 7. *v.* 12.

18. Alienatus mente Antiochus non conſiderabat, quod propter peccata habitantium civitatem, modicum Deus fuerat iratus: propter quod & accidit circa locum deſpectio: alioqui niſi contigiſſet eos multis peccatis eſſe involutos, ſicut Heliodorus miſſus ad exſpoliandum ærarium, etiam hic ſtatim adveniens flagellatus, & repulſus utique fuiſſet ab audacia. 2. *Mach.* 5. *v.* 17. 18.

19. Invenerunt ſub tunicis interfectorum de donariis Idolorum, à quibus lex prohibet Judæos: omnibus ergò manifeſtum factum eſt, ob hanc cauſam eos corruiſſe. 2. *Mach.* 1. *v.* 40.

20. Væ eis, quoniam receſſerunt à me: vaſtabuntur, quia prævaricati ſunt in me: & ego redemi eos: & ipſi locuti ſunt contra me mendacia. *Oſea* 7. *v.* 13.

21. Projecit Iſraël bonum, inimicus perſequetur eum: *Oſea* 8. *verſ.* 3.

22. Cæpi percutere te perditione ſuper peccasis tuis. Tu comedes & non ſaturaberis: & humiliatio tua in medio tui: & apprehendes, &

CAPUT XXVIII.

Odit Deus non impium modò, & impietatem ejus, ſed & ipſius munera, ſacrificia, feſta.

1. SImiliter autem odio ſunt Deo, impius, & impietas ejus. *Sap.* 14. *v.* 9.

2. Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium. *Pſ.* 5. *v.* 6.

3. Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus. *Pſ.* 5. *verſ.* 7.

4. Incipiam te evomere ex ore meo. *Apoc.* 3. *v.* 16.

5. Victimæ impiorum abominabiles Domino: vota juſtorum placabilia. *Prov.* 15. *v.* 8.

6. Hoſtiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex ſcelere. *Prov.* 21. *v.* 27.

7. Dona iniquorum non probat Altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorum: nec in multitudine ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. *Eccle.* 34. *v.* 23.

8. Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum? dicit Dominus plenus ſum. Holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum & agnorum, & hircorum nolui. Ne offeratis ultrà ſacrificium fruſtrà: incenſum abominatio eſt mihi. Neomeniam, & Sabbathum, & feſtivitates alias non feram, iniqui ſunt cætus veſtri: calendas veſtras, & ſolemnitates veſtras odivit anima mea: facta ſunt mihi moleſta, laboravi ſuſtinens. *Iſa.* 1. *ỿ.* 11. 12. 13. 14.

9. Odi & projeci feſtivitates veſtras: & capiam odorem cætuum veſtrorum: Quodſi obtuleris mihi holocauſtomata, & munera veſtra non ſuſcipiam: Aufer à me tumultum carminum tuorum, & cantica Lyræ tuæ non audiam. *Amos* 5. *v.* 21. 22. 33.

Digitized by Google

CAPVT XXIX.

Improperat Deus collata, in peccatorem Beneficia.

1. SI inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique. Et ſi is qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet: abſcondiſſem me forſitan ab eo. Tu verò homo unanimis, dux meus, & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulavimus cum conſenſu. *Pſ.* 54. *v.* 13. 14. 15.

2. Audite Cæli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus eſt. Filios enutrivi & exaltavi: ipſi autem ſpreverunt me. Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui: Iſraël autem me non cognovit, & populus meus non intellexit. *Iſa.* 1. *v.* 2. 3.

3. Ego plantavi te vineam electam, omne ſemen verum: quomodo ergò converſa es mihi in pravum vinea aliena. *Ier.* 2. *v.* 21.

4. Quid invenerunt Patres veſtri in me iniquitatis, quia elongaverunt à me, & ambulaverunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt? & non dixerunt: ubi eſt Dominus, qui aſcendere nos fecit de terra Ægypti, qui traduxit nos per deſertum? Induxi vos in terram Carmeli, ut comederetis fructum ejus, & optima illius: & ingreſſi contaminâſtis terram meam, & hæreditatem meam poſuiſtis in abominationem. *Ier.* 2. *v.* 5. 6. 7.

5. Expandi manus meas toto die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona poſt cogitationes ſuas. *Iſa.* 65. *v.* 2.

6. Vocavi & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit, qui me aſpiceret: deſpexiſtis omne conſilium meum, &c. *Prov.* 1. *v.* 24.

CAPVT XXX.

Exhortatur Deus ad deponenda Peccata.

1. LAvamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis: quieſcite agere perverſè, diſcite benefacere: quærite Judicium, ſubvenite oppreſſo, judicate pupillo, defendite viduam. *Iſa.* 1. *v.* 16. 17.

2. Lava-

2. Lava à malitia cor tuum Jeruſalem, ut ſalva fias: uſquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? *Jere.* 4. *v.* 14.

3. Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Aſſyriorum, ut bibas aquam fluminis? *Hier.* 2. *verſ.* 18.

4. Quaſi ſpurcitiam deteſtaberis, & velut inquinamentum, ac ſordes abominationi habebis, quia anathema eſt. *Deut.* 7. *v.* 26.

5. Tu reliquiſti me, dicit Dominus: retrorſum abiiſti; & extendam manum meam ſuper te, & interficiam te: laboravi rogans. *Ier.* 15. *v.* 6.

6. Prævaluerunt ſermones Jonadab filii Rechab, quos præcepit filiis ſuis, ut non biberent vinum: & non biberunt uſque ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris ſui: ego autem locutus ſum ad vos de manè conſurgens & loquens, & non obediſtis mihi. *Jer.* 35. *verſ.* 14.

7. Convertimini, ſicut in profundum receſſeratis filii Iſraël. *Iſa.* 31. *v.* 6.

8. Ergò ſaltem amodò voca me: Pater meus dux virginitatis meæ tu es. *Ier.* 3. *v.* 4.

9. Revertere averſatrix Iſraël, ait Dominus. & non avertam faciem meam à vobis: quia ſanctus ego ſum, dicit Dominus, & non iraſcar in perpetuum. *Jer.* 3. *v.* 12.

10. Nunquid voluntatis meæ eſt mors impii dicit Dominus Deus. & non ut convertatur à viis ſuis & vivat? *Ezech.* 18. *v.* 23.

11. Uſquequò parvuli diligitis infantiam, & ſtulti ea, quæ ſibi ſunt noxia cupient, & imprudentes odibunt ſcientiam? convertimini ad correptionem meam: en proferam vobis ſpiritum meum, & oſtendam vobis verba mea. *Prov.* 1. *v.* 22. 23.

12. Convertimini & agite pænitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. Projicite à vobis omnes prævaricationes veſtras, in quibus prævaricati eſtis. & facite vobis cor novum, & ſpiritum novum: & quare moriemini domus Iſraël? quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus: revertimini & vivite. *Ezech.* 18. *v.* 30. 31. 32.

13. Confundimini & erubeſcite ſuper viis veſtris domus Iſraël. *Ezech.* 36. *v.* 32.

14. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis; & ego reficiam

tibi, dicit Dominus, & redemptor tuus ſanctus Iſrael. *Iſa.* 14. *v.* 10. 11. 14. 15.

5. Calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: in veritate educet judicium. *Iſa.* 42. *v.* 5.

CAPVT XXXII.

Alia ad maturam converſionem exhortationes.

1. NOn tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem: ſubitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. *Eccli.* 5. *v.* 8. 9.

2. Ne dixeris, peccavi, & quid mihi accidit triſte? Altiſſimus enim eſt patiens redditor. *Eccli.* 5. *v.* 4.

3. Ne adjicias peccatum ſuper peccatum: & ne dicas: Miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores reſpicit ira illius. *Eccli.* 5. *v.* 7.

4. Et hoc ſcientes tempus: quia hora eſt jam nos de ſomno ſurgere. Nunc enim propior eſt noſtra ſalus, quàm cùm credidimus: Nox præceſſit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergò opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honeſtè ambulemus, non in commeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione: ſed induimini Dominum Jeſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſideriis. *Rom.* 13. *v.* 11. 12. 13. 14.

5. Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Chriſto ergò legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo. 2. *Cor.* 5. *v.* 19. 20.

6. Has ergò habentes promiſſiones chariſſimi, mundemus nos ab omni iniquinamento carnis & ſpiritûs, perficientes ſanctificationem in timore Dei. 2. *Cor.* 7. *v.* 1.

7. Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. *Epheſ.* 5. *v.* 14.

8. Convertere ad Dominum & relinque peccata tua: precare ante

 faciem

Digitized by Google

faciem Domini, & minue offendicula. Revertere ad Dominum, & avertere ab injuſtitia tua, & nimis odito execrationem: & cognoſce juſtitias & judicia Dei, & ſta in ſorte propoſitionis, & orationis altiſſimi Dei. *Eccli.* 17. *v.* 21. 22. 23. 24.

9. Hoc igitur dico, & teſtificor in Domino, ut jam non ambuletis, ſicut & gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui: tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei, per ignorantiam, quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum, qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt inpudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam. *Epheſ.* 4. *v.* 17. 18. 19.

CAPVT XXXIII.

Vox peccatoris proponentis redire ad Deum & peccatum ſuum agnoſcentis.

1. VAdam & revertar ad virum meum priorem: quia benè mihi erat, tunc magis, quàm nunc. *Oſea* 2. *v.* 7.

2. In ſe autem reverſus, dixit: quanti mercenarii in domo Patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo? ſurgam & ibo ad Patrem meum & dicam ei: Pater peccavi in cælum & coram te: jam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut unum de mercenariis tuis. *Luc.* 15. *v.* 17. 18. 19.

3. Dominus Deus noſter, poſſederunt nos Domini abſque te, tantùm in te recordamur nominis tui. *Iſa.* 26. *v.* 13.

4. Peccavi valdè in hoc facto: ſed precor Domine, ut transferas iniquitatem ſervi tui, quia ſtultè egi nimis. 2. *Reg.* 24. *v.* 10.

5. Deus meus confundor, & erubeſco levare faciem meam ad te: quoniam iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrum, & delicta noſtra creverunt uſque ad cælum. 1. *Eſdra* 9. *v.* 6.

6. Peccavi, & verè deliqui, & ut eram dignus, non recepi. *Iob.* 33. *v.* 24.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXXIV.

Iaculatoria dolentis de admiſſis peccatis.

1. PEccavi, quid faciam tibi, ô cuſtos hominum? *Iob. 7. v. 20.*
2. Iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. *Pſ. 50. v. 5.*

3. Peccavimus cum Patribus noſtris: injuſtè egimus, iniquitatem fecimus. *Pſ. 105, v. 6.*

4. Iniquitates meæ diviſerunt inter me, & Deum meum, & peccata mea abſconderunt faciem ejus à me, ne exaudiret: manus enim meæ pollutæ ſunt ſanguine, & digiti mei iniquitate. Labia mea locuta ſunt mendacium, & lingua mea iniquitatem fatur. *Iſa. 59. v. 2. 3.*

5. Multiplicatæ ſunt infirmitates meæ coram te, & peccata mea reſponderunt mihi, quia ſcelera mea mecum, & iniquitates meas cognovi: peccare & mentiri contra Dominum, & averſus ſum, ut irem poſt tergum Domini, ut loquerer calumniam & tranſgreſſionem: concepi, & locutus ſum de corde verba mendacii. *Iſa. 59. v. 12.*

6. Duo mala feci Deus meus, te dereliqui fontem aquæ vivæ, & fodi mihi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas. *Hier. 2. v. 13.*

7. Scio iniquitatem meam: quia in Dominum Deum prævaricatus ſum & diſperſi vias meas alienis, ſub omni ligno frondoſo, & vocem tuam non audivi. *Hier. 3. v. 13.*

8. Quomodo ſi contemnat mulier amatorem ſuum, ſic contempſit te Deus meus. *Hier. 3. v. 20.*

9. Pater peccavi in cælum & coram te, jam non ſum dignus vocari filius tuus; fac me ſicut unum de mercenariis tuis. *Luc. 15. v. 19.*

10. Quid feci? vox ſanguinis fratris mei (Chriſti) clamat ad te Domine de terra. *Gen. 4. v. 10.*

11. Peccavi Domino, transfer Domine peccatum meum. *2. Reg. 12. v. 13.*

12. Ne reputes mihi, Domine mi, iniquitatem, neque memineris injuriarum ſervi tui: agnoſco enim ſervus tuus peccatum meum. *2. Reg. 19. v. 19. 20.*

Digitized by Google

LIBER III.

De Virtutibus Theologicis, ac Cardinalibus, Vitiiſque oppoſitis.

PRÆFATIO.

ALlata libro ſecundo Divina Eloquia ſunt de mediis aſſequendi finem noſtrum ultimum, qui eſt ſuprema noſtra beatitudo, & de impedimentis, ab ejuſdem conſecutione nos retardantibus, ſive de virtutibus & vitiis, ac peccatis in genere. Nunc ut majore cum diſtinctione procedam, agendum hoc libro ſpeciatim de virtutibus Theologicis, Fide, Spe, Charitate, de Cardinalibus item, Prudentia, Iuſtitia, Temperantia, Fortitudine, & omnibus hic annexis. Denique de vitiis ac peccatis oppoſitis ſecundùm doctrinæ ordinem poſterioribus, uti ſuperioris libri Procemio pluribus declaratum eſt. Erit igitur Tractatus hic veluti quidam Gladius Spiritus è Sacro Divinarum Scripturarum arma-

Digitized by Google

mentario depromptus, ad regna ſubvertenda vitiorum, & virtutum omnium Chriſtianarum Imperium ſtabiliendum. Cujus nomenclationis ratio pluribus declarabitur Procemio & Introductione libri quarti ſequentis.

PARS I.

Fides Divina, & vitia oppoſita.

DE virtute fidei differunt Scholaſtici cum Magiſtro in tertium librum ſententiarum diſtinctione 23. & duabus ſequentibus. Et cum Divo Thoma *ſecunda ſecundæ à quæſtione* 1. *uſque ad* 16. *incluſivè*, de eadem prolixè agunt, qui hujus temporis controverſias pertractant, præſertim in materia de fide juſtificante, ut Bellarminus, Valentia, Michaël Medina, Stapletonus, Albertus Pighius, & alii. Porrò Fides Chriſtiana primum non dignitate quidem, ſed generatione & ordine locum obtinet inter virtutes Theologicas, quas principium & finem fidelium Divus Ephrem. Tria fundamenta, quibus Chriſti Templum, & Chriſtiana omnis ſtructura conſurgit, Clemens Alexandrinus *lib.* 5. *Stromatum*; Tria, quibus omnis ſcientia & Prophetia militat, Magnus Auguſtinus *lib.* 1. *de doctrina Chriſtiana cap.* 37. Tria denique, per quæ perducimur ad ſimilitudinem creatricis Trinitatis; Rupertus *lib.* 6. *de glorificatione Trinitatis*

tatis cap. 19. appellat. Varia fidei acceptio videri poteſt Diſſertatione priore de Iuſtificatione Chriſtiana. *art.* 10. *num.* 74. Fidei opponitur incredulitas, cuius præcipuæ ſpecies ſunt Hæreſis & Apoſtaſia. Blaſphemia, quam aliqui his addunt, propriè repugnat laudi Dei. De qua infra. *Par.* 6. *c.* 30.

CAPVT PRIMVM.

Fides Orthodoxa non nititur perſuaſione humanâ.

1. PRædicatio noſtra non in perſuaſilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis: ut fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. 1. *ad Cor.* 2. *v.* 4.

2. Notum vobis facio Evangelium, quod Evangelizatum eſt à me, quoniam non eſt ſecundùm hominem, neque enim ego, ab homine accepi illud, neque didici, ſed per revelationem Jeſu Chriſti. *ad Gal.* 1. *v.* 12.

3. Cùm accepiſſetis à nobis verbum auditûs Dei, accepiſtis illud, non ut verbum hominum, ſed ſicut eſt verè verbum Dei. 1. *ad Theſſ.* 2. *v.* 13.

4. Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei majus eſt, quoniam hoc eſt teſtimonium Dei, quod majus eſt, quoniam teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. 1. *Ioan.* 5. *v.* 9.

CAPVT II.

Sed authoritate purè divinâ.

1. BEatus es Simon Barjona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui in cælis eſt. *Matth.* 16. *verſ.* 17.

2. Qui

Digitized by Google

2. Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum, qui miſit me. *Ioan.* 12. *v.* 44.

3. Mea doctrina non eſt mea, ſed ejus qui miſit me, Patris. *Ioan.* 7. *v.* 16.

4. Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoſcat de doctrina, utrùm ex Deo ſit, an ego à me ipſo loquar. *Ioan.* 7. *v.* 17.

5. Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. 1. *Joan.* 5. *v.* 10. *Vide plura* C. 5.

CAPUT III.

Revelatio Univerſalis & particularis, immediata & mediata.

1. EUntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ. *Marc.* 16. *v.* 15.

2. Fides veſtra annunciatur in univerſo mundo. *ad Rom.* 1. *v.* 8.

3. Opportebat prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes. *Luc. ult. v.* 47.

4. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad juſtitiam. *Gen.* 15. *v.* 6.

5. Eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & in omni Iudæa & Samaria. *Act.* 1. *v.* 8.

6. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. 1. *ad Cor.* 13. *v.* 12.

7. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Ioan.* 1. *v.* 9.

8. Deus vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 1. *Tim.* 2. *v.* 4.

CAPUT IV.

Veritas prima.

1. EST autem Deus verax, omnis autem homo mendax. *Rom.* 3. *v.* 4.

2. Ut per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus. *Heb.* 6. *v.* 18.

3. Deus fidelis & abſque ulla iniquitate. *Deut.* 32. *v.* 4.

4. Cæ-

Digitized by Google

Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. Matth. 24. v. 35.

Det vobis Deus Spiritum Sapientiæ, & revelationis in agnitione ejus, illuminatos oculos cordis veſtri, ut ſciatis, quæ ſit ſpes vocationis ejus, & quæ divitiæ gloriæ, hæreditatis ejus in ſanctis, & quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus ſecundum operationem potentiæ virtutis ejus. *ad Epheſ.* 1. v. 17.

CAPVT. V.

Fidei natura, firmitas, certitudo.

Eſt autem Fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. *Heb.* 11. v. 1.

Hanc vocem nos audivimus de cælo allatam, cùm eſſemus cum ipſo in monte ſancto, & habemus firmiorem propheticum ſermonem: cui benefacitis attendentes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris. 2. *Pet.* 1. v. 18.

Licet nos, aut Angelus de cælo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: ſi quis vobis evangelizaverit præter id, quod accepiſtis, anathema ſit. *Gal.* 1. v. 8. & 9.

Gratias agimus Deo ſine intermiſſione, quoniam cùm accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei, accepiſtis illud non ut verbum hominum, ſed (ſicut eſt verè) verbum Dei. 2. *ad Theſſ.* 2. v. 13.

Deum nemo vidit unquam, unigenitus filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit. *Joan.* 1. v. 18.

Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. *Pſal.* 92. v. 5.

Conteſtante Deo ſignis & portentis, & variis virtutibus & Spiritus ſancti diſtributionibus ſecundùm ſuam voluntatem. *Heb.* 2. v. 4.

Gratia enim eſtis ſalvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim [illegible]

[illegible] fide, & ſcies, quia ego Dominus. *Oſeæ* 2.

CA-

CAPVT VI.

Vnitas, Neceſſitas, Vtilitas.

1. VNus Dominus, una fides, unum Baptiſma. *Epheſ.* 8. *v.* 4. 5.

2. In Chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium: ſed fides, quæ per charitatem operatur. *Gal.* 5. *v.* 6.

3. Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo, credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. *Heb.* 11. *v.* 6.

4. Non eſt in alio aliquo ſalus: neque enim aliud eſt nomen datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri. *Act.* 4. *v.* 12.

5. Non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens in orationibus meis: ut Deus Domini noſtri Jeſu Chriſti Pater gloriæ det vobis Spiritum ſapientiæ, & revelationis in agnitionem ejus: illuminatos oculos cordis veſtri, ut ſciatis, quæ ſit ſpes vocationis ejus, & quæ divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in ſanctis, & quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus. *Epheſ.* 1. *v.* 16. 17. 18. 19.

6. Beatiſſimus Iſraël, quia quæ Deo placent, manifeſta ſunt vobis. *Baruc.* 4. *v.* 4.

7. Non fecit taliter omni nationi, & judicia ſua non manifeſtavit eis. *Pſ.* 147. *v.* 9.

8. Iam non eſtis hoſpites, & advenæ, ſed eſtis cives ſanctorum, & domeſtici Dei. *Epheſ.* 2. *v.* 19.

9. Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum, in lumine, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem per ſanguinem ejus, remiſſionem peccatorum. *ad Coloſ.* 1. *v.* 12. 13. 14.

10. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta. Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucri faciam. *Philip.* 3. *v.* 7. 8.

Digitized by Google

ficiam vos. *Matt.* 11. *v.* 28:

15. Tollite jugum meum ſuper vos : jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve. *Matt.* 11. *v.* 29. 30.

16. O, ô fugite de terra Aquilonis, dicit Dominur : O Sion fuge, quæ habitas apud filiam Babylonis. *Zach.* 2. *v.* 6. 7.

CAPVT XXXI.

Pollicetur Deus pœnitentibus miſericordiam, gratiam, atque alia corporis & animi dona.

1. ET percutiam cum eis fœdus in die illa, cum beſtia agri & cum volucre cæli, & cum reptili terræ : & arcum & gladium, & bellum conteram de terra : & dormire eos faciam fiducialiter, & ſponſabo te mihi in ſempiternum : & ſponſabo te mihi in juſtitia & judicio, & in miſericordia, & in miſerationibus: Et ſponſabo te mihi in fide : & ſcies, quia ego Dominus. Et erit in die illa : Exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cælos, & illi exaudient terram. Et terra exaudiet triticum, & vinum & oleum : & hæc exaudient Iſraël. Et ſeminabo eam mihi in terra, & miſerebor ejus, quæ fuit abſque miſericordia, & dicam non populo meo : populus meus es tu : & ipſe dicit : Deus meus es tu : *Oſea.* 2. *v.* 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

2. Propter hoc, ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem : & loquar ad cor ejus. *Oſea.* 2. *v.* 14.

3. Sanabo contritiones eorum, diligam eos ſpontaneè : quia averſus eſt furor meus ab eis. Ero quaſi ros, Iſrael germinabit ſicut lilium, & erumpet radix ejus ut Libani. Quis ſapiens, & intelliget iſta? intelligens, & ſciet hæc? quia rectæ viæ Domini, & juſti ambulabunt in eis, prævaricatores verò corruent in eis. *Oſea* 14. *verſ.* 5. 6 9. 10.

4. Ne timeas, quia ego tecum ſum : ne declines, quia ego Deus tuus : confortavi te, & auxiliatus ſum tibi, & ſuſcepit te dextera juſti mei. Ecce confundentur & erubeſcent omnes, qui pugnant adverſum te : erunt quaſi non ſint, & peribunt viri, qui contradicunt tibi. Noli timere vermis Iacob, qui mortui eſtis ex Iſrael : ego auxiliatus ſum tibi,

Digitized by Google

tibi, dicit Dominus, & redemptor tuus ſanctus Iſrael. *Iſa.* 14. *v.* 10. 11. 14. 15.

5. Calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: in veritate educet judicium. *Iſa.* 42. *v.* 5.

CAPUT XXXII.

Alia ad maturam converſionem exhortationes.

1. NOn tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem: ſubitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. *Eccli.* 5. *v.* 8. 9.

2. Ne dixeris, peccavi, & quid mihi accidit triſte? Altiſſimus enim eſt patiens redditor. *Eccli.* 5. *v.* 4.

3. Ne adjicias peccatum ſuper peccatum: & ne dicas: Miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores reſpicit ira illius. *Eccli.* 5. *v.* 7.

4. Et hoc ſcientes tempus: quia hora eſt jam nos de ſomno ſurgere. Nunc enim propior eſt noſtra ſalus, quàm cùm credidimus: Nox præceſſit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergò opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honeſtè ambulemus, non in commeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione: ſed induimini Dominum Jeſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſideriis. *Rom.* 13. *v.* 11. 12. 13. 14.

5. Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Chriſto ergò legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo. 2. *Cor.* 5. *v.* 19. 20.

6. Has ergò habentes promiſſiones chariſſimi, mundemus nos ab omni iniquinamento carnis & ſpiritûs, perficientes ſanctificationem in timore Dei. 2. *Cor.* 7. *v.* 1.

7. Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. *Epheſ.* 5. *v.* 14.

8. Convertere ad Dominum & relinque peccata tua: precare ante

faciem Domini, & minue offendicula. Revertere ad Dominum, & avertere ab injuſtitia tua, & nimis odito execrationem: & cognoſce juſtitias & judicia Dei, & ſta in ſorte propoſitionis, & orationis altiſſimi Dei. *Eccli.* 17. *v.* 21. 22. 23. 24.

9. Hoc igitur dico, & teſtificor in Domino, ut jam non ambuletis, ſicut & gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui: tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei, per ignorantiam, quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum, qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam. *Epheſ.* 4. *v.* 17. 18. 19.

CAPVT XXXIII.

Vox peccatoris proponentis redire ad Deum & peccatum ſuum agnoſcentis.

1. VAdam & revertar ad virum meum priorem: quia benè mihi erat, tunc magis, quàm nunc. *Oſea* 2. *v.* 7.

2. In ſe autem reverſus, dixit: quanti mercenarii in domo Patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo? ſurgam & ibo ad Patrem meum & dicam ei: Pater peccavi in cælum & coram te: jam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut unum de mercenariis tuis. *Luc.* 15. *v.* 17. 18. 19.

3. Dominus Deus noſter, poſſederunt nos Domini abſque te, tantùm in te recordamur nominis tui. *Iſa.* 26. *v.* 13.

4. Peccavi valdè in hoc facto: ſed precor Domine, ut transferas iniquitatem ſervi tui, quia ſtultè egi nimis. 2. *Reg.* 24. *v.* 10.

5. Deus meus confundor, & erubeſco levare faciem meam ad te: quoniam iniquitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrum, & delicta noſtra creverunt uſque ad cælum. 1. *Eſdra* 9. *v.* 6.

6. Peccavi, & verè deliqui, & ut eram dignus, non recepi. *Iob.* 33. *v.* 24.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXXIV.

Iaculatoria dolentis de admiſsis peccatis.

1. PEccavi, quid faciam tibi, ô cuſtos hominum? *Iob.7.v.20.*

2. Iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. *Pſ. 50. v. 5.*

3. Peccavimus cum Patribus noſtris: injuſtè egimus, iniquitatem fecimus. *Pſ. 105, v. 6.*

4. Iniquitates meæ diviſerunt inter me, & Deum meum, & peccata mea abſconderunt faciem ejus à me, ne exaudiret: manus enim meæ pollutæ ſunt ſanguine, & digiti mei iniquitate. Labia mea locuta ſunt mendacium, & lingua mea iniquitatem fatur. *Iſa. 59. v. 2. 3.*

5. Multiplicatæ ſunt infirmitates meæ coram te, & peccata mea reſponderunt mihi, quia ſcelera mea mecum, & iniquitates meas cognovi: peccare & mentiri contra Dominum, & averſus ſum, ut irem poſt tergum Domini, ut loquerer calumniam & tranſgreſſionem: concepi, & locutus ſum de corde verba mendacii. *Iſa. 59. v. 12.*

6. Duo mala feci Deus meus, te dereliqui fontem aquæ vivæ, & fodi mihi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas. *Hier. 2. v. 13.*

7. Scio iniquitatem meam: quia in Dominum Deum prævaricatus ſum & diſperſi vias meas alienis, ſub omni ligno frondoſo, & vocem tuam non audivi. *Hier. 3. v. 13.*

8. Quomodo ſi contemnat mulier amatorem ſuum, ſic contempſit te Deus meus. *Hier. 3. v. 20.*

9. Pater peccavi in cælum & coram te, jam non ſum dignus vocari filius tuus; fac me ſicut unum de mercenariis tuis. *Luc. 15. v. 19.*

10. Quid feci? vox ſanguinis fratris mei (Chriſti) clamat ad te Domine de terra. *Gen. 4. v. 10.*

11. Peccavi Domino, transfer Domine peccatum meum. *2. Reg. 12. v. 13.*

12. Ne reputes mihi, Domine mi, iniquitatem, neque memineris injuriarum ſervi tui: agnoſco enim ſervus tuus peccatum meum. *2. Reg. 19. v. 19. 20.*

LIBER III.

De Virtutibus Theologicis, ac Cardinalibus, Vitiiſque oppoſitis.

PRÆFATIO.

ALlata libro ſecundo Divina Eloquia ſunt de mediis aſſequendi finem noſtrum ultimum, qui eſt ſuprema noſtra beatitudo, & de impedimentis, ab ejuſdem conſecutione nos retardantibus, ſive de virtutibus & vitiis, ac peccatis in genere. Nunc ut majore cum diſtinctione procedam, agendum hoc libro ſpeciatim de virtutibus Theologicis, Fide, Spe, Charitate, de Cardinalibus item, Prudentia, Iuſtitia, Temperantia, Fortitudine, & omnibus hic annexis. Denique de vitiis ac peccatis oppoſitis ſecundùm doctrinæ ordinem poſterioribus, uti ſuperioris libri Procemio pluribus declaratum eſt. Erit igitur Tractatus hic veluti quidam Gladius Spiritus è Sacro Divinarum Scripturarum armamen-

Digitized by Google

mentario depromptus, ad regna ſubvertenda vitiorum, & virtutum omnium Chriſtianarum Imperium ſtabiliendum. Cujus nomenclationis ratio pluribus declarabitur Procemio & Introductione libri quarti ſequentis.

PARS I.

Fides Divina, & vitia oppoſita.

DE virtute fidei differunt Scholaſtici cum Magiſtro in tertium librum ſententiarum diſtinctione 23. & duabus ſequentibus. Et cum Divo Thoma *ſecunda ſecundæ à quæſtione* 1. *uſque ad* 16. *incluſivè*, de eadem prolixè agunt, qui hujus temporis controverſias pertractant, præſertim in materia de fide juſtificante, ut Bellarminus, Valentia, Michaël Medina, Stapletonus, Albertus Pighius, & alii. Porrò Fides Chriſtiana primum non dignitate quidem, ſed generatione & ordine locum obtinet inter virtutes Theologicas, quas principium & finem fidelium Divus Ephrem. Tria fundamenta, quibus Chriſti Templum, & Chriſtiana omnis ſtructura conſurgit, Clemens Alexandrinus *lib.* 5. *Stromatum*; Tria, quibus omnis ſcientia & Prophetia militat, Magnus Auguſtinus *lib.* 1. *de doctrina Chriſtiana cap.* 37. Tria denique, per quæ perducimur ad ſimilitudinem creatricis Trinitatis; Rupertus *lib.* 6. *de glorificatione Trinitatis*

Digitized by Google

tatis cap. 19. appellat. Varia fidei acceptio videri poteſt Diſſertatione priore de Iuſtificatione Chriſtiana. *art.* 10. *num.* 74. Fidei opponitur incredulitas, cuius præcipuæ ſpecies ſunt Hæreſis & Apoſtaſia. Blaſphemia, quam aliqui his addunt, propriè repugnat laudi Dei. De qua infra. *Par.* 6. *c.* 30.

CAPVT PRIMVM.

Fides Orthodoxa non nititur perſuaſione humanâ.

1\. PRædicatio noſtra non in perſuaſilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis: ut fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. 1. *ad Cor.* 2. *v.* 4.

2\. Notum vobis facio Evangelium, quod Evangelizatum eſt à me, quoniam non eſt ſecundùm hominem, neque enim ego, ab homine accepi illud, neque didici, ſed per revelationem Jeſu Chriſti. *ad Gal.* 1. *v.* 12.

3\. Cùm accepiſſetis à nobis verbum auditûs Dei, accepiſtis illud, non ut verbum hominum, ſed ſicut eſt verè verbum Dei. 1. *ad Theſſ.* 2. *v.* 13.

4\. Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei majus eſt, quoniam hoc eſt teſtimonium Dei, quod majus eſt, quoniam teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. 1. *Ioan.* 5. *v.* 9.

CAPVT II.

Sed authoritate purè divinâ.

1\. BEatus es Simon Barjona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui in cælis eſt. *Matth.* 16. *verſ.* 17.

2\. Qui

Digitized by Google

2. Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum, qui miſit me. *Ioan.* 12. *v.* 44.

3. Mea doctrina non eſt mea, ſed ejus qui miſit me, Patris. *Ioan.* 7. *v.* 16.

4. Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoſcat de doctrina, utrùm ex Deo ſit, an ego à me ipſo loquar. *Ioan.* 7. *v.* 17.

5. Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. 1. *Joan.* 5. *v.* 10. *Vide plura* C. 5.

CAPVT III.

Revelatio Vniverſalis & particularis, immediata & mediata.

1. EUntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ. *Marc.* 16. *v.* 15.

2. Fides veſtra annunciatur in univerſo mundo. *ad Rom.* 1. *v.* 8.

3. Opportebat prædicari in nomine ejus pænitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes. *Luc. ult. v.* 47.

4. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad juſtitiam. *Gen.* 15. *v.* 6.

5. Eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & in omni Iudæa & Samaria. *Act.* 1. *v.* 8.

6. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. 1. *ad Cor.* 13. *v.* 12.

7. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Ioan.* 1. *v.* 9.

8. Deus vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 1. *Tim.* 2. *v.* 4.

CAPVT IV.

Veritas prima.

1. EST autem Deus verax, omnis autem homo mendax. *Rom.* 3. *v.* 4.

2. Ut per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus. *Heb.* 6. *v.* 18.

3. Deus fidelis & abſque ulla iniquitate. *Deut.* 32. *v.* 4.

4. Cæ-

Digitized by Google

4. Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. *Matt.* 24. *v.* 35.

5. Det vobis Deus Spiritum Sapientiæ, & revelationis in agnitione ejus, illuminatos oculos cordis veſtri, ut ſciatis, quæ ſit ſpes vocationis veſtræ, & quæ divitiæ gloriæ, hæreditatis ejus in ſanctis, & quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus ſecundùm operationem potentiæ virtutis ejus. *ad Epheſ.* 1. *v.* 17.

CAPVT. V.

Fidei natura, firmitas, certitudo.

1. EST autem Fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. *Heb.* 11. *v.* 1.

2. Hanc vocem audivimus de cælo allatam, cùm eſſemus cum ipſo in monte ſancto, & habemus firmiorem propheticum ſermonem: cui benefacitis attendentes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco donec dies eluceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris. 2. *Pet.* 1. *v.* 18. 19.

3. Licet nos, aut Angelus de cælo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: ſi quis vobis evangelizaverit præter id, quod accepiſtis, anathema ſit. *Gal.* 1. *v.* 8. 9.

4. Gratias agimus Deo ſine intermiſſione, quoniam cùm accepiſſetis à nobis verbum auditûs Dei, accepiſtis illud non ut verbum hominum, ſed (ſicut eſt verè) verbum Dei. 2. *ad Theſſ.* 2. *v.* 13.

5. Deum nemo vidit unquam, unigenitus filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit. *Ioan.* 1. *v.* 18.

6. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. *Pſal.* 92. *v.* 5.

7. Conteſtante Deo ſignis & portentis, & variis virtutibus & Spiritus Sancti diſtributionibus ſecundùm ſuam voluntatem. *Heb.* 2. *verſ.* 4.

8. Gratiâ eſtis ſalvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt. *Epheſ.* 2. *v.* 8.

9. Sponſabo te mihi in fide, & ſcies, quia ego Dominus. *Oſee* 2. *verſ.* 20.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VI.

Vnitas, Neceſſitas, Vtilitas.

1. VNus Dominus, una fides, unum Baptiſma. *Epheſ.* 8. *v.* 4. 5.

2. In Chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium: ſed fides, quæ per charitatem operatur. *Gal.* 5. *v.* 6.

3. Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo, credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. *Heb.* 11. *v.* 6.

4. Non eſt in alio aliquo ſalus: neque enim aliud eſt nomen datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri. *Act.* 4. *v.* 12.

5. Non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens in orationibus meis: ut Deus Domini noſtri Jeſu Chriſti Pater gloriæ det vobis Spiritum ſapientiæ, & revelationis in agnitionem ejus: illuminatos oculos cordis veſtri, ut ſciatis, quæ ſit ſpes vocationis ejus, & quæ divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in ſanctis, & quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus. *Epheſ.* 1. *v.* 16. 17. 18. 19.

6. Beatiſſimus Iſraël, quia quæ Deo placent, manifeſta ſunt vobis. *Baruc.* 4. *v.* 4.

7. Non fecit taliter omni nationi, & judicia ſua non manifeſtavit eis. *Pſ.* 147. *v.* 9.

8. Iam non eſtis hoſpites, & advenæ, ſed eſtis cives ſanctorum, & domeſtici Dei. *Epheſ.* 2. *v.* 19.

9. Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum, in lumine, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem per ſanguinem ejus, remiſſionem peccatorum. *ad Coloſ.* 1. *v.* 12. 13. 14.

10. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta. Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucri faciam. *Philip.* 3. *v.* 7. 8.

11. Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic: tranſi, & tranſibit. *Matt.* 17. *v.* 19.

CAPUT VII.

Fides viva, & mortua.

1. Juſtus in fide ſua vivet. *Abac.* 2. *v.* 4.
2. Juſtificati ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. *Rom.* 5. *v.* 1.
3. Juſtitia Dei per fidem Jeſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes, qui credunt in eum: non enim eſt diſtinctio. *Rom.* 3. *v.* 22.
4. Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes, qui credunt in eum. *Act.* 10. *v.* 43.
5. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. *Marc.* 16. *v.* 16.
6. Quotquot receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus. *Ioan.* 1. *v.* 12.
7. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. *Joan.* 3. *v.* 16.
8. Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me, non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet unquam: Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam. *Ioan.* 6. *v.* 35. 47.
9. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui miſit me, habet vitam æternam, & in judicium non venit, ſed tranſit à morte in vitam. *Joan.* 5. *v.* 24.
10. Qui credit Deo, attendit mandatis, & qui confidit illi, non minorabitur. *Eccli.* 32. *v.* 28.
11. Sed dicit quis, tu fidem habes, & ego habeo opera, oſtende mihi fidem tuam ſine operibus: & oſtendam tibi ex operibus fidem meam. *Iac.* 2. *v.* 18.
12. Quid prodeſt, fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? nunquid poterit fides ſalvare eum? ſi autem frater & ſoror nudi ſunt, & indigeant victu quotidiano: dicat autem aliquis

Digitized by Google

ex vobis: ite in pace, calefacimini & ſaturamini: non dederitis autem, quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit: ſic & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. *Iac.* 2. *v.* 14. 15. 16. 17.

13. Multi ex Principibus crediderunt in eum, ſed propter Phariſæos non confitebantur, ut è Synagoga non ejicerentur: dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam Dei. *Joan.* 12. *v.* 42.

14. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. *Matt.* 19. *v.* 17.

CAPVT VIII.

Exhortatio ad vitam fide dignam, & ad perſeverantiam in fide.

1. OBſecro vos ego vinctus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis. *Epheſ.* 4. *v.* 1.

2. Tantum dignè Evangelio Chriſti converſamini, ut ſivè cùm venero, & videro vos, ſivè abſens audiam de vobis: quia ſtatis in uno ſpiritu unanimes collaborantes fidei Evangelii.

3. Non ceſſamus pro vobis orantes & poſtulantes, ut ambuletis dignè, Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia Dei. *Coloſſ.* 1. *v.* 10.

4. Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui. *Prov.* 22. *v.* 28.

5. State in fide. 1. *Cor.* 16. *v.* 13.

6. Hæc dicit Dominus: ſtate ſuper vias & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea: & invenietis refrigerium animabus veſtris. *Jerem.* 6. *v.* 16.

7. O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Jeſus Chriſtus præſcriptus eſt, in vobis crucifixus? *Gal.* 3. *v.* 1.

8. State & nolite iterum jugo ſervitutis contineri. *Gal.* 5. *v.* 1.

6. Currebatis benè: quis vos impedivit veritati non obedire? *Gal.* 5. *v.* 7.

10. Jam non ſimus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtutia ad circumventionem erroris. *Epheſ.* 4. *v.* 14.

11. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. *Heb.* 13. *v.* 9.

12. Satagite: ut per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis. 2. *Pet.* 1. *v.* 10.

CAPUT IX.

Confeſſio Fidei externa & interna.

1. Qui me erubuerit & meos ſermones: hunc filius hominis erubeſcet, cùm venerit in majeſtate ſua, & Patris, & ſanctorum Angelorum. *Luc.* 9. *v.* 26.

2. Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. *Rom.* 10. *v.* 10.

3. Ex Principibus multi crediderunt in eum, ſed propter Phariſeos non confitebantur, ut è Synagoga non ejicerentur, dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei. *Joan.* 12. *verſ.* 42. 43.

4. Hæc dixerunt parentes ejus, quoniam timebant Judæos, jam enim conſpiraverunt Judæi, ut ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra Synagogam fierit. *Joan.* 9. *v.* 22.

5. Filii Sanctorum ſumus, & vitam illam exſpectamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo. *Tob.* 2. *v.* 18.

6. Per quem accepimus gratiam & Apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus. *Rom.* 1. *v.* 5.

7. Per fidem enim ambulamus. 2. *Cor.* 5. *v.* 7.

8. Supercreſcit fides veſtra, & abundat charitas veſtra uniuſcujuſque veſtrûm in invicem. 2. *Theſſ.* 1. *v.* 3.

9. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. *Epheſ.* 6. *v.* 16.

10. Qui me negaverit coram hominibus, negabo & eum coram Patre meo, qui eſt in cælis. *Matt.* 10. *v.* 32.

11. Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. *Act.* 5. *v.* 19.

CAPVT X.

Magna Fidei Exempla.

1. CRedidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam. *Gen.* 15. *v.* 6.

2. Exſpectate hic cum aſino: ego autem & puer illuc uſque properantes, poſtquam adoraverimus, revertemur ad vos. *Gen.* 22. *v.* 5.

3. Intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus: & procidentes adoraverunt eum: & apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham. *Matt.* 2. *v.* 11.

4. Dicebat intra ſe: ſi tetigero tantùm veſtimentum ejus, ſalva ero. *Matt.* 9. *v.* 21.

5. Dicit eis Ieſus: creditis, quia hoc poſſum facere vobis? dicunt ei: utique Domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: ſecundùm fidem veſtram fiat vobis. Et aperti ſunt oculi eorum, & comminatus eſt illis Ieſus dicens: videte ne quis ſciat. *Matt.* 9. *v.* 28. 29. 30.

6. Rogabant eum, ut vel fimbriam veſtimenti ejus tangerent: & quicunque tetigerunt, ſalvi facti ſunt. *Matt.* 14. *v.* 36.

7. O Mulier! magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia ejus ex illa hora. *Matt.* 15. *v.* 28.

8. Beata quæ credidiſti, quoniam perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi à Domino. *Luc.* 1. *v.* 45.

9. Videns Ieſus fidem illorum, dixit Paralytico: confide fili, remittuntur tibi peccata tua. *Matt.* 9. *v.* 2.

10. Fides tua te ſalvam fecit: Vade in pace. *Luc.* 7. *v.* 50.

CAPVT XI.

Orationes jaculatoriæ ad excitandam & augendam Fidem.

1. DOmine adauge nobis fidem. *Luc.* 17. *v.* 5.

2. Credo Domine, adjuva incredulitatem meam. *Mar.* 9. *verſ.* 24.

Digitized by Google

tatis cap. 19. appellat. Varia fidei acceptio videri poteſt Diſſertatione priore de Iuſtificatione Chriſtiana. *art.* 10. *num.* 74. Fidei opponitur incredulitas, cuius præcipuæ ſpecies ſunt Hæreſis & Apoſtaſia. Blaſphemia, quam aliqui his addunt, propriè repugnat laudi Dei. De qua infra. *Par.* 6. *c.* 30.

CAPUT PRIMUM.

Fides Orthodoxa non nititur perſuaſione humanâ.

1. PRædicatio noſtra non in perſuaſilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis: ut fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. 1. *ad Cor.* 2. *v.* 4.

2. Notum vobis facio Evangelium, quod Evangelizatum eſt à me, quoniam non eſt ſecundùm hominem, neque enim ego, ab homine accepi illud, neque didici, ſed per revelationem Jeſu Chriſti. *ad Gal.* 1. *v.* 12.

3. Cùm accepiſſetis à nobis verbum auditûs Dei, accepiſtis illud, non ut verbum hominum, ſed ſicut eſt verè verbum Dei. 1. *ad Theſſ.* 2. *v.* 13.

4. Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei majus eſt, quoniam hoc eſt teſtimonium Dei, quod majus eſt, quoniam teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. 1. *Ioan.* 5. *v.* 9.

CAPUT II.

Sed authoritate purè divinâ.

1. BEatus es Simon Barjona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui in cælis eſt. *Matth.* 16. *verſ.* 17.

2. Qui

Digitized by Google

2. Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum, qui miſit me. *Ioan.* 12. *v.* 44.

3. Mea doctrina non eſt mea, ſed ejus qui miſit me, Patris. *Ioan.* 7. *v.* 16.

4. Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoſcat de doctrina, utrùm ex Deo ſit, an ego à me ipſo loquar. *Ioan.* 7. *v.* 17.

5. Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. 1. *Joan.* 5. *v.* 10. *Vide plura* C. 5.

CAPVT III.

Revelatio Vniverſalis & particularis, immediata & mediata.

1. EUntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ. *Marc.* 16. *v.* 15.

2. Fides veſtra annunciatur in univerſo mundo. *ad Rom.* 1. *v.* 8.

3. Opportebat prædicari in nomine ejus pænitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes. *Luc. ult. v.* 47.

4. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad juſtitiam. *Gen.* 15. *v.* 6.

5. Eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & in omni Iudæa & Samaria. *Act.* 1. *v.* 8.

6. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. 1. *ad Cor.* 13. *v.* 12.

7. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Ioan.* 1. *v.* 9.

8. Deus vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. 1. *Tim.* 2. *v.* 4.

CAPVT IV.

Veritas prima.

1. EST autem Deus verax, omnis autem homo mendax. *Rom.* 3. *v.* 4.

2. Ut per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus. *Heb.* 6. *v.* 18.

3. Deus fidelis & abſque ulla iniquitate. *Deut.* 32. *v.* 4.

4. Ca-

Digitized by Google

4. Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. *Matt.* 24. *v.* 35.

5. Det vobis Deus Spiritum Sapientiæ, & revelationis in agnitione ejus, illuminatos oculos cordis veſtri, ut ſciatis, quæ ſit ſpes vocationis veſtræ, & quæ divitiæ gloriæ, hæreditatis ejus in ſanctis, & quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus ſecundùm operationem potentiæ virtutis ejus. *ad Epheſ.* 1. *v.* 17.

CAPVT. V.

Fidei natura, firmitas, certitudo.

1. EST autem Fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. *Heb.* 11. *v.* 1.

2. Hanc vocem audivimus de cælo allatam, cùm eſſemus cum ipſo in monte ſancto, & habemus firmiorem propheticum ſermonem: cui benefacitis attendentes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco donec dies eluceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris. 2. *Pet.* 1. *v.* 18. 19.

3. Licet nos, aut Angelus de cælo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: ſi quis vobis evangelizaverit præter id, quod accepiſtis, anathema ſit. *Gal.* 1. *v.* 8. 9.

4. Gratias agimus Deo ſine intermiſſione, quoniam cùm accepiſſetis à nobis verbum auditûs Dei, accepiſtis illud non ut verbum hominum, ſed (ſicut eſt verè) verbum Dei. 2. *ad Theſſ.* 2. *v.* 13.

5. Deum nemo vidit unquam, unigenitus filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit. *Ioan.* 1. *v.* 18.

6. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. *Pſal.* 92. *v.* 5.

7. Conteſtante Deo ſignis & portentis, & variis virtutibus & Spiritus Sancti diſtributionibus ſecundùm ſuam voluntatem. *Heb.* 2. *verſ.* 4.

8. Gratiâ eſtis ſalvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt. *Epheſ.* 2. *v.* 8.

9. Sponſabo te mihi in fide, & ſcies, quia ego Dominus. *Oſeæ* 2. *verſ.* 20.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VI.

Vnitas, Neceſſitas, Vtilitas.

1. VNus Dominus, una fides, unum Baptiſma. *Epheſ.* 8. *v.* 4. 5.

2. In Chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium: ſed fides, quæ per charitatem operatur. *Gal.* 5. *v.* 6.

3. Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo, credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. *Heb.* 11. *v.* 6.

4. Non eſt in alio aliquo ſalus: neque enim aliud eſt nomen datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri. *Act.* 4. *v.* 12.

5. Non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens in orationibus meis: ut Deus Domini noſtri Jeſu Chriſti Pater gloriæ det vobis Spiritum ſapientiæ, & revelationis in agnitionem ejus: illuminatos oculos cordis veſtri, ut ſciatis, quæ ſit ſpes vocationis ejus, & quæ divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in ſanctis, & quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus. *Epheſ.* 1. *v.* 16. 17. 18. 19.

6. Beatiſſimus Iſraël, quia quæ Deo placent, manifeſta ſunt vobis. *Baruc.* 4. *v.* 4.

7. Non fecit taliter omni nationi, & judicia ſua non manifeſtavit eis. *Pſ.* 147. *v.* 9.

8. Iam non eſtis hoſpites, & advenæ, ſed eſtis cives ſanctorum, & domeſtici Dei. *Epheſ.* 2. *v.* 19.

9. Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum, in lumine, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem per ſanguinem ejus, remiſſionem peccatorum. *ad Coloſ.* 1. *v.* 12. 13. 14.

10. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta. Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucri faciam. *Philip.* 3. *v.* 7. 8.

11. Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic: tranſi, & tranſibit. *Matt.* 17. *v.* 19.

CAPVT VII.

Fides viva, & mortua.

1. IUſtus in fide ſua vivet. *Abac.* 2. *v.* 4.

2. Juſtificati ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. *Rom.* 5. *v.* 1.

3. Juſtitia Dei per fidem Jeſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes, qui credunt in eum: non enim eſt diſtinctio. *Rom.* 3. *v.* 22.

4. Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes, qui credunt in eum. *Act.* 10. *v.* 43.

5. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. *Marc.* 16. *v.* 16.

6. Quotquot receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus. *Ioan.* 1. *v.* 12.

7. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. *Joan.* 3. *v.* 16.

8. Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me, non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet unquam: Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam. *Ioan.* 6. *v.* 35. 47.

9. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui miſit me, habet vitam æternam, & in judicium non venit, ſed tranſit à morte in vitam. *Joan.* 5. *v.* 24.

10. Qui credit Deo, attendit mandatis, & qui confidit illi, non minorabitur. *Eccli.* 32. *v.* 28.

11. Sed dicit quis, tu fidem habes, & ego habeo opera, oſtende mihi fidem tuam ſine operibus: & oſtendam tibi ex operibus fidem meam. *Iac.* 2. *v.* 18.

12. Quid prodeſt, fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? nunquid poterit fides ſalvare eum? ſi autem frater & ſoror nudi ſunt, & indigeant victu quotidiano: dicat autem aliquis

ex

Digitized by Google

ex vobis : ite in pace, calefacimini & ſaturamini : non dederitis autem, quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit : ſic & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. *Iac.* 2. *v.* 14. 15. 16. 17.

13. Multi ex Principibus crediderunt in eum, ſed propter Phariſæos non confitebantur, ut è Synagoga non ejicerentur : dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam Dei. *Joan.* 12. *v.* 42.

14. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. *Matt.* 19. *v.* 17.

CAPVT VIII.

Exhortatio ad vitam fide dignam, & ad perſeverantiam in fide.

1. OBſecro vos ego vinctus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis. *Epheſ.* 4. *v.* 1.

2. Tantum dignè Evangelio Chriſti converſamini, ut ſivè cùm venero, & videro vos, ſivè abſens audiam de vobis : quia ſtatis in uno ſpiritu unanimes collaborantes fidei Evangelii.

3. Non ceſſamus pro vobis orantes & poſtulantes, ut ambuletis dignè, Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia Dei. *Coloſſ.* 1. *v.* 10.

4. Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui. *Prov.* 22. *v.* 28.

5. State in fide. 1. *Cor.* 16. *v.* 13.

6. Hæc dicit Dominus ; ſtate ſuper vias & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea : & invenietis refrigerium animabus veſtris. *Jerem.* 6. *v.* 16.

7. O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Jeſus Chriſtus præſcriptus eſt, in vobis crucifixus ? *Gal.* 3. *v.* 1.

8. State & nolite iterum jugo ſervitutis contineri. *Gal.* 5. *v.* 1.

6. Currebatis benè : quis vos impedivit veritati non obedire? *Gal.* 5. *v.* 7.

10. Jam non ſimus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtutia ad circumventionem erroris. *Epheſ.* 4. *v.* 14.

Digitized by Google

11. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. *Heb.* 13. *v.* 9.

12. Satagite: ut per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis. 2. *Pet.* 1. *v.* 10.

CAPVT IX.

Confeſſio Fidei externa & interna.

1. QUi me erubuerit & meos ſermones: hunc filius hominis erubeſcet, cùm venerit in majeſtate ſua, & Patris, & ſanctorum Angelorum. *Luc.* 9. *v.* 26.

2. Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. *Rom.* 10. *v.* 10.

3. Ex Principibus multi crediderunt in eum, ſed propter Phariſeos non confitebantur, ut è Synagoga non ejicerentur, dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei. *Joan.* 12. *verſ.* 42. 43.

4. Hæc dixerunt parentes ejus, quoniam timebant Judæos, jam enim conſpiraverunt Judæi, ut ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra Synagogam fierit. *Joan.* 9. *v.* 22.

5. Filii Sanctorum ſumus, & vitam illam exſpectamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo. *Tob.* 2. *v.* 18.

6. Per quem accepimus gratiam & Apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus. *Rom.* 1. *v.* 5.

7. Per fidem enim ambulamus. 2. *Cor.* 5. *v.* 7.

8. Supercreſcit fides veſtra, & abundat charitas veſtra uniuſcujuſque veſtrûm in invicem. 2. *Theſſ.* 1. *v.* 3.

9. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. *Epheſ.* 6. *v.* 16.

10. Qui me negaverit coram hominibus, negabo & eum coram Patre meo, qui eſt in cælis. *Matt.* 10. *v.* 32.

11. Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. *Act.* 5. *v.* 19.

Digitized by Google

CAPUT X.

Magna Fidei Exempla.

1. CRedidit Abraham Deo,& reputatum eſt illi ad juſtitiam. *Gen.* 15. *v.* 6.

2. Exſpectate hic cum aſino: ego autem & puer illuc uſque properantes, poſtquam adoraverimus, revertemur ad vos. *Gen.* 22. *v.* 5.

3. Intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus: & procidentes adoraverunt eum: & apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham. *Matt.* 2. *v.* 11.

4. Dicebat intra ſe: ſi tetigero tantùm veſtimentum ejus, ſalva ero. *Matt.* 9. *v.* 21.

5. Dicit eis Ieſus: creditis, quia hoc poſſum facere vobis? dicunt ei: utique Domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: ſecundùm fidem veſtram fiat vobis. Et aperti ſunt oculi eorum, & comminatus eſt illis Ieſus dicens: videte ne quis ſciat. *Matt.* 9. *v.* 28. 29. 30.

6. Rogabant eum, ut vel fimbriam veſtimenti ejus tangerent: & quicunque tetigerunt, ſalvi facti ſunt. *Matt.* 14. *v.* 36.

7. O Mulier! magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia ejus ex illa hora. *Matt.* 15. *v.* 28.

8. Beata quæ credidiſti, quoniam perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi à Domino. *Luc.* 1. *v.* 45.

9. Videns Ieſus fidem illorum, dixit Paralytico: confide fili, remittuntur tibi peccata tua. *Matt.* 9. *v.* 2.

10. Fides tua te ſalvam fecit: Vade in pace. *Luc.* 7. *v.* 50.

CAPUT XI.

Orationes jaculatoriæ ad excitandam & augendam Fidem.

1. DOmine adauge nobis fidem. *Luc.* 17. *v.* 5.

2. Credo Domine, adjuva incredulitatem meam. *Mar.* 9. *verſ.* 24.

3. Da mihi Domine fidem, ſicut granum ſinapis. *Luc.* 17. *v.* 6.

4. Credo videre bona Domini in terra viventium. *Pſ.* 26. *v.* 13.

5. Scio, cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt, depoſitum meum ſervare in illum diem. 2. *Tim.* 1. *v.* 12.

CAPVT XII.

Incredulitas.

1. QUi incredulus eſt, non erit recta anima ejus in ſemetipſo, juſtus autem in fide ſua vivet. *Abacuc.* 2. *v.* 4.

2. Qui non credit, jam judicatus eſt, quia non credit in nomine unigeniti filii Dei, qui credit in filium, habet vitam æternam, qui autem incredulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. *Ioan.* 3. *v.* 18. 36.

3. Si non credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro. *Joan.* 3. *v.* 24.

CAPVT XIII.

Impedimenta Fidei & Adiumenta.

1. QUomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? *Ioan.* 5. *v.* 4.

2. Optimum eſt gratia ſtabilire cor, non eſcis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis. *Heb.* 13. *v.* 9.

3. Sicut qui mel multum comedit, non eſt ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt majeſtatis, opprimetur à gloria. *Prov.* 25. *v.* 27.

4. Mel inveniſti, comede, quod ſufficit tibi, ne fortè ſatiatus evomas illud. *Prov.* 25. *v.* 16.

5. Habens fidem, & conſcientiam bonam, quam quidam repellentes circa fidem naufragaverunt. 1. *ad Timoth.* 1. *v.* 19.

6. Propter incredulitatem fracti ſunt: tu autem fide ſtas, noli altum ſapere, ſed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne fortè nec tibi parcat. Vide ergò bonitatem & ſeveritatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, ſeveritatem, in te autem bonitatem Dei, ſi per-

permanſeris in bonitate, alioquin & tu excideris. *Rom.* 11. *v.* 20. 21. 22.

CAPVT XIV.

Incredulitatis exempla.

1. DIxit autem Eliſeus: cras modius ſimilæ uno ſtatere erit: Reſpondens autem unus de Ducibus ait. Si Dominus fecerit etiam cataractas in cælo, nunquid poterit eſſe, quod loqueris? Qui ait: videbis oculis tuis, & inde non comedes. 4. *Reg.* 7. *v.* 2.

2. Dixit Zacharias ad Angelum: unde hoc ſciam? Ego enim ſum Senex, & uxor mea proceſſit in diebus ſuis: & reſpondens Angelus dixit ei: Ecce eris tacens & non poteris loqui uſque in diem, quo hæc fiant: pro eo quod non credidiſti verbis meis, quæ implebuntur in tempore ſuo. *Luc.* 1. *v.* 20.

3. Non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum. *Matt.* 13. *v.* 58.

4. Continuò Ieſus extendens manum apprehendit eum, & ait illi: modicæ fidei, quare dubitâſti? *Matt.* 14. *v.* 31.

5. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus *Joan.* 20. *v.* 27. 28.

CAPVT XV.

Apoſtaſia à Fide.

1. SIcut avis tranſmigrans de nido ſuo, ſic vir, qui derelinquit locum ſuum. *Prov.* 27. *v.* 8.

2. Sidera errantia, quibus procella tenebrarum ſervata eſt in æternum. *Epiſt. Jud.* 13.

3. Salva animam tuam & noli reſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni circa regione, ſed in monte ſalvum te fac, ne & tu ſimul pereas. Reſpiciensque uxor ejus poſt ſe verſa eſt in ſtatuam ſalis. *Gen.* 19. *v.* 17. 26.

4. Memor eſto, unde excideris, & age pænitentiam, & prima opera

Digitized by Google

opera fac: ſin autem venio tibi, movebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pænitentiam egeris. *Apoc.* 2. *v.* 5.

5. Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſtaverunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtaverunt, nihilominus bonum Dei verbum, virtuteſque ſeculi venturi, & prolapſi ſunt, rurſus renovari ad pænitentiam, rurſum crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei, & oſtentui habentes. *Heb.* 6. *v.* 4. 5. 6.

6. Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quædam exſpectatio Judicii. *Heb.* 10. *v.* 26. 27.

CAPVT XVI.

Hæreticorum Tituli proprii ac præcipui.

1. FAlſi Prophetæ & lupi rapaces. *Matt.* 7. *v.* 15. *& Act.* 20. *v.* 29.
2. Fures & latrones. *Joan.* 10. *v.* 8.
3. Lupi, Pardi, Leones, Urſi, Aſpides, Reguli. *Iſa.* 11. *v.* 6. 7. 8.
4. Canes reverſi ad vomitum, Sues lotæ in volutabro luti. 2. *Pet.* 2. *v.* 22.
5. Illuſores. 2. *Pet.* 3. *v.* 3.
6. Pſeudo-Prophetæ & Magiſtri mendaces. 2. Pet. 2. *v.* 1.
7. Antichriſti. 1. *Ioan.* 2. *v.* 18.
8. Canes & mali operarii. *Philipp.* 3. *v.* 2.
9. Vulpes, quæ demoliuntur vineas. *Cant.* 2. *v.* 15.
10. Similes ſunt Vulpibus Samſonis. *Iudic.* 15: *v.* 4.
11. Miniſtri Satanæ. 2. *Cor.* 11. *v.* 15.
12. Zizania. *Matt.* 13. *v.* 26.
13. Hæreſis per Antonomaziam vocatur delictum. *ad Tit.* 3. *v.* 10.

CAPVT. XVII.

Hæreſes natæ ex vita vitioſa, & juſtè à Deo permiſſæ.

1. QUemadmodum Ioannes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. 2. *Tim.* 3. *v.* 8.

2. Ex

7. Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utique nobiſcum: ſed ut manifeſti ſint, quoniam non ſunt omnes ex nobis. 1. *Joan.* 2. *v.* 19.

3. In noviſſimis temporibus diſcedent quidem à fide. 1. *Tim.* 4. *verſ.* 1

4. Oportet & hæreſes eſſe: ut & qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis. 1. *Cor.* 11. *v.* 19.

CAPVT XVIII.

Hæreticorum ignorantia, ſuperbia, pertinacia & alia vitia.

1. SI quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones & pugnas verborum: ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate privati ſunt, exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem. 1. *ad Tim.* 6. *v.* 3. 4. 5.

2. Hoc autem ſcito, quod in noviſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa. Et erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, protervi, tumidi, & voluptatum amatores magis, quàm Dei, habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. 2. *Tim.* 3. *v.* 1. 2. 3. 4. 5.

3. Ejuſmodi Pſeudo-Apoſtoli ſunt operarii ſubdoli transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti, & non mirum: ipſe enim Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis. Non eſt ergò magnum, ſi miniſtri ejus transfigurentur, velut miniſtri juſtitiæ: quorum finis erit ſecundùm opera ipſorum. 2. *Cor.* 11. *v.* 13. 14. 15.

4. Hujuſmodi Chriſto Domino noſtro non ſerviunt, ſed ſuo ventri, & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium. *Rom.* 16. *v.* 18.

5. Ex his ſunt, qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis deſideriis. 2. *ad Tim.* 3. *v.* 6.

Digitized by Google

6. Cauteriatam habentes ſuam conſcientiam. 1. *ad Tim.* 4. *v.* 2.

7. Quibus judicium jam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat. Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, &c. 2. *Pet.* 2. *verſ.* 4.

CAPVT XIX.

Hæretici fugiendi & puniendi.

1. HÆreticum hominem poſt unam vel ſecundam correptionem de vita: ſciens quia ſubverſus eſt, qui ejuſmodi eſt, & delinquit, cùm ſit proprio judicio condemnatus. *ad Tit.* 3. *v.* 10. 11.

2. Attendite à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. *Matt.* 7. *v.* 15.

3. Rogo vos, fratres, ut obſervetis eos, qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didiciſtis, faciunt: & declinate ab illis. *Rom.* 16. *v.* 17.

4. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec ave ei dixeritis, qui enim dicit illi ave, communicat operibus ejus malignis. 2. *Joan. Epiſt. v.* 10. 11.

5. Videte canes, videte malos operarios. *Philip.* 3. *v.* 2.

6. Qui ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo: ex decreto judicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſraël. *Deut.* 17. *v.* 12.

7. Propheta qui arrogantia depravatus voluerit loqui in nomine meo: quæ ego non præcepi illi, ut diceret, aut ex nomine alienorum Deorum, interficietur. *Deut.* 18. *v.* 20.

CAPVT XX.

Fuerunt jam inde à temporibus Apoſtolorum.

1. HAbens fidem & bonam conſcientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt: ex quibus eſt Hymenæus, & Alexander, quos tradidi Satanæ, ut diſcant non blaſphemare. 1. *ad. Tim.* 1. *v.* 19.

2. Ex

2. Ex quibus eſt Hymenæus & Philetus, qui à veritate exciderunt, dicentes, reſurrectionem eſſe factam. 2. *ad Tim.* 2. *v.* 18.

3. Filioli, noviſſima hora eſt, & ſicut audîſtis, quia Antichriſtus venit: nunc Antichriſti multi facti ſunt. Unde ſcimus, quia noviſſima hora eſt, &c. *ſupra* C. 17. *n.* 2.

4. Multi ſeductores exierunt in mundum, qui non confitentur Jeſum Chriſtum veniſſe in carne: hic eſt ſeductor & Antichriſtus. 2. *Ioan. v.* 7.

5. Subintroierunt quidam homines, qui olim præſcripti ſunt ad hoc judicium impii: Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam: & ſolum Dominatorem & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum negantes. *Iudæ v.* 4. & 5.

CAPVT XXI.

Orationes Iaculatoriæ adverſus Hæreſes & Hæreticos.

1. DUo rogavi te, ne deneges mihi, antequam moriar, vanitatem & verba mendacia longè fac à me. *Prov.* 30. *v.* 7. 8.

2. Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum, ut excludant eos, qui probati ſunt argento. *Pſ.* 67. *v.* 33.

Vide Librum Axiomatum, *verbo*: Fides divina & humana, & *hic ſupra*. C. 11.

PARS II.

Spes Theologica, & vitia oppoſita.

PRÆFATIO.

SPes eſt expectatio certa beatitudinis ex DEI gratia & noſtris meritis. Ita communiter definiunt Theologi cum Magiſtro *Libro 3. Sententiarum diſtinct.* 26 nomine Spei aliquando ſignabitur paſsio appetitus ſenſitivi, de qua in libro Axiomatum, titulo de paſsionibus, aliàs affectio voluntatis, vel naturalis, vel infuſa & ſupernaturalis, & hæc dicitur Spes Chriſtiana, quæ 4. modis accipitur, nam aliquando ſumitur pro ipſa re, quam ſperamus, *ut ad Titum 2. verſ.* 13. *& Rom.* 8. *verſ.* 24. interdum de illo dicitur, in quem ſperamus ut *Pſal.* 90. *verſ.* 9. verùm communiùs pro actu, vel habitu, quo Speramus; pro actu quidem, *ad Rom.* 8. *verſ.* 24 pro habitu verò *Iob.* 19. *verſ.* 27. *&* 1. *Cor.* 13. *verſ.* 13. ut ex allegandis mox S. Paginæ teſtimoniis conſtabit, atque hoc tertio modo. Spes actualis dicitur, expectatio beatitudinis in clarâ DEI viſione, & fruitione perfectâ conſiſtentis, quandoquidem hoc eſt primarium objectum Spei, ad quod reliqua ſperata referuntur, ut rectè docet S. *Thomas ſecunda ſecundæ quæſt.* 17. *art.* 2. *ad ſecundum.* Spei opponitur deſperatio & præſumptio.

CA-

CAPUT PRIMUM.

Varia Spei acceptio.

1. NUnc autem manent Fides, Spes, Charitas tria hæc. 1. *Cor.* 13. *v.* 13.
2. Repoſita eſt hæc Spes mea in ſinu meo. *Iob.* 19. *v.* 2.
3. Spe ſalvi facti ſumus. *Rom.* 8. *v.* 24.
4. Tu es Domine Spes mea. *Pſal.* 90. *v.* 9.
5. Expectantes beatam Spem. *ad Titum.* 2. *v.* 13.
6. Spes, quæ videtur, non eſt Spes. *Rom.* 8. *v.* 24.

CAPUT II.

Fructus Sperantis in DEO.

1. REſpicite filii nationes hominum, & ſcitote quia nullus ſperavit in Domino, & confuſus eſt. Quis enim permanſit in mandatis ejus & derelictus eſt? aut quis invocavit eum, & deſpexit illum? quoniam pius & miſericors eſt Deus, & remittit in die tribulationis peccata, & protector eſt omnibus exquirentibus ſe in veritate. *Eccli.* 2. *v.* 11. 12. 13.

2. Spera in Domino, & fac bonitatem, & paſceris in divitiis ejus. *Pſal.* 36. *v.* 3.

3. Qui Sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. *Iſa.* 40. *v.* 31.

4. Cùm clamaveris, liberent te congregati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet aura. Qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit terram, & poſſidebit montem Sanctum meum. *Iſa.* 27. *v.* 13.

5. Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus, & erit quaſi lignum quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas: & non timebit, cùm venerit æſtus: & erit folium ejus viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſollicitum, nec deſinet aliquando facere fructum. *Jer.* 17. *v.* 7. 8.

6. Eruens liberabo te, & gladio non cades: Sed erit tibi anima tua in ſalutem, quia in me habuiſti fiduciam, ait Dominus. *Jerem.* 39. *v.* 18.

7. Qui timet hominem citò corruet: qui ſperat in Domino ſublevabitur. *Prov.* 29. *v.* 25.

8. Qui credit Deo attendit mandatis: & qui confidit in illo non minorabitur. *Eccli.* 32. *v.* 28.

9. Ita cogitate per generationem & generationem: quia omnes, qui ſperant in eum, non infirmantur. 1. *Mach.* 2. *v.* 61.

10. Qui confidunt in illo, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquieſcent illi, quoniam donum & pax eſt electis ejus. *Sap.* 3. *v.* 9.

11. Qui confidunt in Domino ſicut mons Sion non commovebitur in æternum. *Pſ.* 124. *v.* 1.

12. Ego in miſericordia tua Speravi: exultabit cor meum in Salutari tuo: cantabo Domino qui bona tribuit mihi: & pſallam nomini Domini altiſſimi. *Pſ.* 12. *v.* 6.

13. In te ſperaverunt Patres noſtri: ſperaverunt & liberaſti eos: ad te clamaverunt & ſalvi facti ſunt: in te ſperaverunt & non ſunt confuſi. *Pſ.* 21. *v.* 5. 6.

14. Sperant in te, qui noverunt nomen tuum: quoniam non dereliquiſti quærentes te Domine. *Pſ.* 9. *v.* 11.

15. Ad te Domine levavi animam meam, Deus meus in te confido: non erubeſcam, neque irrideant me inimici mei, etenim univerſi, qui ſuſtinent te, non confundentur. *Pſ.* 24. *v.* 1. 2.

6. Beatus vir, cujus eſt nomen Domini Spes ejus, & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas. *Pſ.* 39. *v.* 5.

CAPVT III.

Exhortationes ad Spem in DEO figendam.

1. ET nunc hæc dicit Dominus: noli timere, quia redemi te, & vocavi te nomine tuo: meus es tu, cùm tranſieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaveris in igne, non combureris, quia ego Dominus Deus tuus Sanctus Salvator

Digitized by Google

Salvator tuus. *Iſa.* 43. *v.* 1. 2. 3.

2. Et nunc audi Iacob ſerve meus, & Iſraël, quem ego elegi: hæc dicit Dominus faciens & formans te ab utero auxiliator tuus: noli timere ſerve meus Iacob & rectiſſime, quem elegi. *Iſa.* 44. *v.* 1. 2.

3. Quis ex vobis timens Dominum audiens vocem ſervi tui, qui ambulavit in tenebris, & non eſt lumen ei, ſperet in nomine Domini, & innitatur ſuper Deum ſuum. *Iſa.* 50. *v.* 10.

4. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & non innitaris prudentiæ tuæ. *Prov.* 3. *v.* 5.

5. Ne ſis incredibilis timori Dei, & ne acceſſeris ad eum duplici corde. *Eccli.* 1. *v.* 36.

6. Crede Deo, & recuperabit te, & dirige viam tuam, & ſpera in illum: ſerva timorem illius, & in illo veteraſce. Metuentes Dominum ſuſtinete miſericordiam ejus, & non deflectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis Dominum, credite illi, & non evacuabitur merces veſtra. Qui timetis Dominum, ſperate in illum: & in oblectationem veniet vobis miſericordia. Qui timetis Dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra. *Eccli.* 2. *verſ.* 6. 7. 8. 9. 10.

7. Viriliter agite & confortamini: nolite timere, nec paveatis Regem Aſſyriorum, & univerſam multitudinem, quæ eſt cum eo: multò enim plures nobiſcum ſunt, quàm cum illo. Cum illo enim eſt brachium carneum: nobiſcum Dominus Deus noſter, qui auxiliator eſt noſter, pugnatque pro nobis, confortatuſque eſt populus hujuſcemodi verbis Ezechiæ Regis Iuda. 2. *Paral.* 32. *verſ.* 7. 8. 9.

8. Succincti lumbos mentis veſtræ ſobrii, perfectè ſperate in eum, quæ offertur vobis, gratiam in revelationem Ieſu Chriſti. 1. *Pet.* 1. *v.* 13.

9. Sperate in eo omnis congregatio populi: affundite coram illo corda veſtra: Deus adjutor noſter in æternum. *Pſ.* 61. *v.* 9.

CA-

Digitized by Google

CAPUT IV.

Spes firma juſtorum, impiorum vana fiducia.

1. SPes impii tanquam lanugo eſt, quæ à vento tollitur, & tanquam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur, & tanquam fumus, qui à vento diffuſus eſt, & tanquam memoria hoſpitis unius diei prætereuntis. *Sap. 5. v. 15.*

2. Expectatio juſtorum lætitia: Spes autem impiorum peribit. *Prov. 10. v. 28.*

3. Oculi impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, & ſpes illorum abominatio animæ. *Job. 11. v. 20.*

4. Deſiderium juſtorum omne bonum eſt, præſtolatio impiorum furor. *Prov. 11. v. 23.*

5. Nunquid uirere poteſt Scirpus abſque humore? aut creſcere carectum ſine aqua? cùm adhuc ſit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas creſcit. Sic viæ omnium qui obliviſcuntur Deum, & Spes hypocritæ peribit, non ei placebit vecordia ſua, & ſicut tela aranearum fiducia ejus: innitetur ſuper domum ſuam, & non ſtabit: fulciet eam, & non conſurget. *Iob. 8. v. 11. 12. 13. 14. 15.*

6. Vana Spes, & mendacium viro inſenſato: & ſomnia extollunt imprudentes. *Eccli. 34. v. 1.*

CAPUT V.

Damna & ſupplicia eorum, qui in alio ſperant, quàm in Deo.

1. MAledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor ejus, erit enim quaſi myricæ in deſerto, & non videbit cùm venerit bonum, ſed habitabit in civitate, in deſerto, in terra ſalſuginis & inhabitabili. *Ier. 17. v. 5. 6.*

2. In tempore illo venit Hanani Propheta ad Aſa Regem Iuda, & dixit ei: quia habuiſti fiduciam in Rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo

Digitized by Google

tuo, idcircò evaſit Syriæ Regis exercitus, de manu tua. Nonne Æthiopes & Libyes multò plures erant, quadrigis & equitibus & multitudine nimia? quos, cùm Domino credidiſſes tradidit in manu tua? oculi enim Domini contemplantur univerſam terram; & fortitudinem præbent his, qui corde perfecto credunt in eum. Stultè igitur egiſti, & propter hoc ex præſenti tempore adverſus te bella conſurgent. 2. *Paral.* 16. *v.* 7. 8. 9.

3. Væ filii deſertores dicit Dominus: ut faceretis conſilium & non ex me: & ordiremini telam, & non per Spiritum meum: ut adderetis peccatum ſuper peccatum; qui ambulatis ut deſcendatis in Ægyptum, & os meum non interrogaſtis, ſperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in umbra Ægypti, & erit vobis fortitudo Pharaonis in confuſionem, & fiducia umbræ Ægypti in ignominiam, erant enim in Tani principes tui, & nuncii tui uſque ad Hanes pervenerunt. Omnes confuſi ſunt ſuper populo, qui eis prodeſſe non potuit, non fuerunt in auxilium, & in aliquam utilitatem, ſed in confuſionem & in opprobrium. *Iſa.* 30. *v.* 1. 2. 3. 4. 5.

4. Ægyptus fruſtra & vanè auxiliabitur: ideò clamavi ſuper hoc: ſuperbia tantùm eſt, quieſce. Nequaquam, ſed ad equos fugiemus: ideò fugietis, & ſuper veloces aſcendemus: ideò velociores erunt, qui perſequentur vos. Mille homines à facie terroris unius: & à facie terroris quinque fugietis, donec relinquàmini quaſi malus navis, in vertice montis, & quaſi ſignum ſuper collem. *Iſa.* 30. *v.* 7. 16. 17.

5. Ægyptum invocabant, ad Aſyrios abierunt, & cùm profecti fuerint, expandam ſuper eos rete meum: quaſi volucrem cæli detraham eos, cædam eos ſecundùm auditionem cætus eorum. *Oſeæ* 7. *v.* 11. 12.

6. Oblitus eſt Iſraël factoris ſui, & ædificavit delubra: & Judas multiplicavit urbes munitas: & mittam ignem in civitates ejus, & devorabit ædes illius. *Oſeæ* 8. *v.* 14.

7. Væ qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates capita populorum ingredientes pompaticè domum Iſraël. *Amos* 6. *v.* 1.

8. Subvertet grando ſpem mendacii, & protectionem aquæ inundabunt. *Iſa.* 48. *v.* 17.

9. Delebitur fædus veſtrum cum morte, & pactum veſtrum cum inferno non ſtabit: flagellum inundans cùm tranſierit, eritis ei in concul-

Digitized by Google

culcationem. Quandocunque pertranſierit, tollet vos: quoniam manè diluculo pertranſibit in die & in nocte. *Iſa.* 28. *v.* 18. 19.

CAPVT VI.

Diſuadetur Spes in ſeipſo, & in alio quàm in DEO.

1. QUi bonus eſt, hauriet gratiam à Domino: qui autem confidit in cogitationibus ſuis, impiè agit. *Prov.* 12. *verſ.* 2.

2. Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiam cordis tui: & ne dixeris: quomodo potui: aut quis me ſubjiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. *Eccli.* 5. *v.* 2. 3.

3. Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes: templum Domini eſt. *Jerem.* 7. *v.* 4.

4. Nolite ſperare in iniquitate. *Pſal.* 61. *v.* 11.

5. Nolite confidere in Principibus, in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus. *Pſ.* 145. *v.* 2.

6. Exibit Spiritus ejus, & revertetur in terram ſuam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. *Ibidem v.* 3.

7. Beatus, cujus Deus Jacob adjutor ejus: Spes ejus in Domino Deo ipſius, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt. *Ibidem v.* 4.

CAPUT VII.

Exempla Spei & fiduciæ in DEO.

1. NOlite timere, ſtate & videte magnalia Domini, quæ facturus eſt hodie, Ægyptios enim quos nunc videtis, nequaquam ultrà videbitis uſque in ſempiternum. *Exo.* 14. *v.* 13.

2. Terra quam circuivimus valdè bona eſt ſi propitius fuerit Dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem. Nolite rebelles eſſe contra Dominum, neque timeatis populum terræ hujus, quia ſicut panem, ita eos poſſumus devorare. receſſit ab eis omne præſidium, Dominus nobiſcum eſt, nolite metuere. *Num.* 14. *v.* 7. 8. 9.

3. Et

Digitized by Google

3. Et ait David: Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de nanu urſi, ipſe me liberabit de manu Philiſtæi hujus. 1. *Reg.* 17. *erſ.* 37.

4. Dixit autem David ad Philiſtæum: tu venis ad me cum gladio *c* haſta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exerci- ıum Dei agminum Iſraël, quibus exprobraſti hodie, & dabit te)ominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te, : dabo cadavera caſtrorum Philiſtini hodie volatilibus cæli, & beſtiis :rræ, ut ſciat omnis terra, quia eſt Deus in Iſraël. *Ibidem. v.* 45. 46.

5. Machabæus ſemper confidebat cum omni, Spe auxilium ſibi à)eo affuturum, & hortabatur ſuos, ne formidarent ad adventum na- onum, ſed in mente haberent adjutoria ſibi facta de cælo, & nunc ıerarent ab omnipotente ſibi affuturam victoriam. 2. *Mach.* 15. 7. 8.

6. Liberabo te in die illa ait Dominus: & non traderis in manus rorum, quos tu formidas: ſed eruens liberabo te, & gladio non ca- :s. Sed erit tibi anima tua in ſalutem, quia in me habuiſti fiduciam, ait ɪominus. *Jerem.* 39. *v.* 17. 18.

CAPVT VIII.

Iaculatoriæ Sperantis in DEO.

1. DOminus mecum eſt quaſi bellator fortis, idcircò qui per- ſequuntur me cadent, & infirmi erunt, confundentur ıementer. *Ierem.* 20. *v.* 11.

2. Bonus es Domine Sperantibus in te, animæ quærenti te, pars :a Domine dixit anima mea, propterea expectabo te. *Thren.* 3. *v.* . 25.

3. Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare tuum Domine, quia n repelles in ſempiternum. *Thren.* 3. *v.* 26.

4. Etiamſi occiderit me, in ipſo Sperabo. *Iob.* 13. *v.* 15.

5. Si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, oniam tu mecum es. *Pſ.* 22. *v.* 4.

5. Multi dicunt animæ meæ, non eſt ſalus ipſi in Deo ejus. Tu au-

 tem

tem Domine, ſuſceptor meus es, gloria mea,& exaltans caput meum. *Pſ. 3. v. 34.*

7. Non timebo millia populi circumdantis me, exurge Domine, ſalvum me fac Deus meus. *Pſ. 3. v. 7.*

8. Spera in Domino quoniam adhuc confitebor illi ſalutare vultus, mei, & Deus meus. *Pſ. 41. v. 7.*

9. Suſcipe me ſecundùm eloquium tuum & vivam, & non confundas me ab expectatione mea. *Pſ. 118. v. 116.*

10. Adhæſi teſtimoniis tuis Domine, noli me confundere. *Pſ. 118. verſ. 32.*

11. Dominus mihi adjutor, non timebo, quid faciat mihi homo. Dominus mihi adjutor, & ego deſpiciam inimicos meos. Bonum eſt confidere in Domino, quàm confidere in homine. Bonum eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in Principibus. *Pſ. 117. v. 6. 7. 8. 9.*

12. In te Domine Speravi, non confundar in æternum, in juſtitia tua libera me. *Pſ. 70. v. 2.*

13. Deus autem Spei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo, ut ambuletis in Spe, & virtute Spiritus Sancti. *Rom. 15. v. 13.*

14. Etſi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. *Pſ. 22. v. 4.*

CAPUT IX.

Deſperationis acerbi fructus, Timoris Domini effectus ſalutaris.

1. FIli in tua infirmitate ne deſpicias teipſum, ſed ora Dominum, & ipſe curabit te. *Eccli. 38. v. 9.*

2. Deſperavimus: poſt cogitationes enim noſtras ibimus, & unusquiſque pravitatem cordis ſui mali faciemus. *Ierem. 18. v. 12.*

3. Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam. *Epheſ. 4. v. 19.*

4. Dixiſti, deſperavi: nequaquam faciam: adamavi quippe alienos, & poſt eos ambulabo. *Ier. 2. v. 25.*

5. Si deſperaveris laſſus in die anguſtiæ: imminuetur fortitudo tua. *Prov. 24. v. 10.*

6. Si

6. Si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Ieſum Chriſtum juſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris; non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi. 1. *Ioan.* 2. *v.* 12.

7. Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia ejus. *Pſ.* 146. *v.* 11.

Vide gladium Spiritus controverſiarum lib. 4. *parte* 5. *cap.* 6. 7. 8. *Verbo* Timor ſalutaris, *verbo* Fiducia juſtorum, *& verbo* Præſumptio. *Vide etiam librum Axiomatum verbo* Spes, & *verbo* Deſperatio.

PARS III.

Charitas & Vitia oppoſita.

PRÆFATIO.

CHaritas propriè dicta eſt virtus creata, contrà quam cenſuit Magiſter ſententiarum *Lib.* 1. *diſt.* 17. imò eſt forma & regina virtutum reliquarum, ut pluribus declaratum eſt libro Axiomatum, & Tractatu de charitate. Illius & vitiorum oppoſitorum actus præcipui ſunt amor benevolentiæ, quo amamus Deum propter ſe, & proximum propter Deum. Huic opponitur odium Deî & proximi. Deinde gaudium de bono Dei & proximi, atque his annexa conſolatio ſpiritalis quibus opponitur acedia, quæ eſt triſtitia de bono Dei, & invidia, quæ eſt de bono proximi. Tertiò pax & concordia, quibus opponuntur diſcordia, contentio, ſchiſma, bellum, rixa, ſeditio. Denique, miſericordia, beneficentia, eleemoſyna, &

Digitized by Google

ſpeciatim correctio fraterna, cui opponitur, Scandalum: Sicut enim illa retrahit à peccato; ita hoc præbet peccandi occaſionem. Ex dònis Spiritus ſancti Charitati etiam reſpondet ſapientia cui inſipientia opponitur. De ſingulis S. Paginæ documenta proponentur.

CAPVT PRIMVM.

Charitatis perfectio & præſtantia generatim.

1. FInis præcepti eſt charitas de corde puro & conſcientia bona', & fide non ficta. 1. *Tim.* 1. *v.* 5.

2. Omnis lex in uno ſermone impletur: diliges proximum tuum ſicut teipſum. *Gal.* 5. *v.* 14.

3. Qui diligit proximum, legem implevit: nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur, diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio proximi malum non operatur, plenitudo ergo legis eſt dilectio. *Rom.* 13. *v.* 8. 9. 10.

4. Charitas patiens eſt, benigna eſt, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. 1. *Cor.* 13. *v.* 4: 5. 6. 7.

5. Fortis eſt ut mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio; aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. *Cant.* 8. *v.* 6. 7.

6. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens; & ſi habuero prophetiam, & noverim myſteria omnia, & omnem ſcientiam: & ſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum; etſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, etſi tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. 1. *Cor.* 13. *v.* 1. 2. 3.

7. Charitas nunquam excidit, ſive prophetiæ evacuabuntur, ſive linguæ

guæ ceſſabunt, ſive ſcientia deſtruetur. 1. *Cor.* 13. *v.* 8.
8. In Chriſto Jeſu neque circumciſio aliquid valet neque præpu-m; ſed fides, quæ per charitatem operatur. *Gal.* 5. *v.* 6.
9. Super omnia autem hæc charitatem habere, quod eſt vinculum fectionis. *Coloſ.* 3. *v.* 14.

CAPVT II.

Charitatis pretium, ſplendor & decor,

1. SUadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, ut locuples fias, ut veſtimentis albis induaris, ut non appareat fuſio nuditatis tuæ. *Apoc.* 3. *v.* 18.
. Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus, in fimbriis aureis circamicta varietatibus. *Pſ.* 44. *v.* 14.
. Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi ut accendatur. 12. *v.* 49.
. Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, i nihil deſpiciet eam. *Cant.* 8. *v.* 7.
. Longitudo dierum in dextera ejus, & in ſiniſtra illius divitiæ & a. Viæ ejus, viæ pulchræ, & omnes ſemitæ ejus pacificæ, lignum eſt his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus. *Prov.* 16. 17. 18.
Beatus homo, qui invenit Sapientiam, & qui affluit prudentiâ: or eſt acquiſitio ejus negociatione auri & argenti primi & puriſſi-ructus ejus pretioſior eſt cunctis opibus, & omnia quæ deſider, huic non valent comparari. *Prov.* 3. *v.* 13. 14. 15.

CAPVT III.

Charitas erga DEVM mandatorum executione dignoſcitur.

DEus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. 1. *Joan.* 4. *v.* 16.
Si diligitis me, mandata mea ſervate. *Joan.* 14. *v.* 15.

3. Hæc

Digitized by Google

3. Hæc eſt charitas Dei, ut mandata ejus cuſtodiamus: & mandata ejus gravia non ſunt. 1. *Joan.* 5. *v.* 3.

4. Hæc eſt charitas, ut ambulemus ſecundùm mandata ejus. 2. *Joan. v.* 6.

5. Qui diligunt Deum, conſervabunt viam illius. *Eccli.* 2. *v.* 18.

CAPUT IV.

Ejuſdem fructus & alia effecta, ac præmia.

1. QUi manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia ſine me nihil poteſtis facere. *Joan.* 15. *v.* 5.

2. Qui habet mandata mea, & ſervat ea, ille eſt qui diligit me; qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. *Ioan.* 14. *v.* 26.

3. Si quis diligit me ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. *Ib. verſ.* 23.

4. Ego diligentes me diligo: & qui manè vigilant ad me, invenient me. *Prov.* 8. *v.* 17.

5. Qui diligunt Deum, replebuntur lege ipſius. *Eccli.* 2. *v.* 19.

6. Oculi Dei in diligentes ſe. *Eccli.* 34. *v.* 15.

7. Dilectio Dei honorabilis ſapientia. *Eccli.* 1. *v.* 14.

8. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit ſe ab iis, & in oratione dierum exaudietur. *Eccli.* 3. *v.* 4.

9. Dilexit Deum, qui fecit illum, & dedit ei contra inimicos potentiam: Semen ejus, qui diligit Dominum, non corrumpet. *Eccli.* 47. *v.* 10. 24.

CAPUT V.

Præceptum ejuſdem & pœna non ſervantis.

1. DIliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima, & in tota mente tua: hoc eſt maximum & primum mandatum. *Matt.* 22. *v.* 27. 28.

2. In

Digitized by Google

2. In omni virtute tua dilige eum, qui te fecit: & miniſtros ejus ne derelinquas. *Eccli. 7. v. 32.*

3. Omni vita tua dilige Deum, & invoca illum in ſalute tua. *Eccli.* 13. *v.* 18.

5. Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema Maran-atha. *Heb. 16. v. 22.*

5. Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes & areſcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. *Ioan. 15. v. 6.*

CAPVT VI.

Charitas erga proximum.

1. Ante omnia autem mutuam in vobismetipſis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. 1. *Pet.* 4. *v.* 8.

2. Nos ſcimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres, qui non diligit manet in morte. 1. *Ioan.* 3. *verſ.* 14.

3. Omnis qui diligit ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. 1. *Ioan.* 4. *v.* 7.

4. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, & charitas ejus in nobis perfecta eſt. *Ibidem v.* 12.

5. In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem. *Ioan.* 13. *v.* 35.

6. Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt. 1. *Ioan.* 2. *v.* 10.

7. In hoc cognoſcimus quoniam ex veritate ſumus, & in conſpectu ejus ſuadebimus corda noſtra. 1. *Ioan.* 3. *v.* 19.

8. Diligere proximum tanquam ſeipſum, majus eſt omnibus holocautomatibus & ſacrificiis. *Matt.* 12. *v.* 33.

9. Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. *Ioan.* 15. *v.* 13.

10. In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. 1. *Ioan.* 3. *v.* 16.

Digitized by Google

CAPVT VII.

Monita & præcepta illius exercenda.

1. Dilectio ſine ſimulatione: charitate fraternitatis invicem diligentes, honore invicem prævenientes. *Rom.* 12. *v.* 9.

2. Alter alterius onera portare: & ſic adimplebitis legem Chriſti. *Gal.* 6. *v.* 2

3. Obſecro igitur vos ego vinctus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia ſupportantes invicem in charitate. *Epheſ.* 4. *v.* 1. 2.

4. Eſtote ergo imitatores Dei ſicut filii chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis. *Epheſ.* 5. *v.* 1. 2.

5. Super omnia hæc charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis. *Coloſ.* 3. *v.* 14.

6. Conſideremus invicem in provocationem charitatis, & bonorum operum. *Heb.* 10. *v.* 24.

7. Charitas fraternitatis maneat in vobis. *Heb.* 13. *v.* 1.

8. Animas veſtras caſtificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore ſimplici, ex corde invicem diligite attentius, renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili, per verbum Dei vivi, & permanentis in æternum. 1. *Pet.* 1. *v.* 22. 23.

9. Fraternitatem diligite. 1. *Pet.* 2. *v.* 17.

10. Unuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum eam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. 1. *Pet.* 4. *verſ.* 10.

11. Hæc eſt annunciatio quam audiſtis ab initio, ut diligatis alterutrum. 1. *Joan.* 3. *v.* 11.

12. Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere: unusquiſque veſtrum proximo ſuo, placeat, in bonum ad ædificationem, etenim Chriſtus ſibi non placuit, propter quod ſuſcipite invicem. Sicut & Chriſtus ſuſcepit nos in honorem Dei. *Rom.* 15. *v.* 1. 2. 3. 7.

13. Om-

Digitized by Google

13. Omnia veſtra in charitate fiant. 1. *Cor.* 6. *v.* 13.

14. De charitate fraternitatis non neceſſe habemus ſcribere vobis: ipſi enim vos à Deo didiciſtis . ut diligatis invicem. Etenim illud facitis in omnes fratres in univerſa Macedonia: rogamus autem vos fratres, ut abundetis magis. 1. *Theſ.* 4. *v.* 9. 10.

15. Hoc eſt præceptum meum, ui diligatis invicem, ſicut dilexi vos. Hæc mando vobis, ut diligatis invicem. *Joan.* 15. *v.* 12.

16. Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem. *Joan.* 13. *v.* 34.

CAPUT VIII.

Cur proximus & qua ratione diligendus.

1. MUlti unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra. *Rom.* 12. *v.* 17.

2. Unus panis, unum corpus multi ſumus, omnes, qui de uno ane participamus. 1. *Cor.* 10. *v.* 17.

3. In uno Spiritu omnes nos in unum baptizati ſumus, ſive judæi, ſive gentiles, ſive ſervi, ſive liberi, & omnes in uno ſpiritu potati ſumus. 1. *Cor.* 12. *v.* 13.

4. Non eſt judæus neque græcus, non eſt ſervus neque liber, non eſt maſculus neque fæmina, omnes enim vos unum eſtis in Chriſto. *Gal.* 9. *v.* 28.

5. Unum corpus & unus Spiritus: ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ. Unus Dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus & Pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. *Eph.* 4. *v.* 4. 5. 6.

6. Nemini quidquam debeatis, niſi ut invicem diligatis. *Rom.* 13. *v.* 18.

CAPVT IX.

Charitas proximi non conſiſtit, uti neque vita, abſque charitate DEI.

1. SI quis dixerit quoniam diligo Deum: & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum, quem videt, Deum quem non videt, quomodo poteſt diligere? & hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. 1. *Ioan.* 4. *v.* 20. 21.

2. Qui non diligit manet in morte. 1. *Ioan.* 3. *v.* 15.

3. Omnis qui non eſt juſtus, non eſt ex Deo, & qui non diligit fratrem ſuum. *Ibidem v.* 10.

4. Qui odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat, quia tenebræ obcæcaverunt oculos ejus. 1. *Ioan.* 2. *v.* 11.

5. Amice, qnomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? at ille obmutuit: tunc dixit rex miniſtris, ligatis manibus & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & ſtridor dentium. *Matt.* 22. *v.* 12. 13.

6. Noviſſimè veniunt & reliquæ Virgines dicentes: Domine Domine aperi nobis. Et ille reſpondens ait: amen dico vobis: neſcio vos. *Matt.* 25. *v.* 11. 12.

CAPVT X.

Exempla charitatis erga DEVM & Chriſtum Dominum

1. REſpondit Paulus & dixit: quid facitis flentes & affligentes cor meum? ego enim non ſolùm alligari, ſed & mori in Jeruſalem paratus ſum propter nomen Domini IESU. *Act.* 21. *v.* 13.

2. Simon Joannis diligis me plus his? dicit ei: etiam Domine

tu

Digitized by Google

tu ſcis quia amo te, dicit ei: paſce agnos meos. *Ioan.* 21. *v.* 15.

3. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? (ſicut ſcriptum eſt, quia propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis) ſed in his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos. Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. *Rom.* 8. *v.* 35. 36. 37. 38. 39.

4. Non judicavi me ſcire aliquid inter vos, niſi Jeſum Chriſtum & hunc crucifixum. 1. *Cor.* 2. *v.* 2.

5. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta, veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Jeſu Chriſti Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucri faciam. *Philip.* 3. *v.* 7. 8.

CAPVT XI.

Exempla charitatis in proximum.

1. AUt dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro quem ſcripſiſti. *Exo.* 32. *v.* 31.

2. Quid (inquit Moſes) æmularis pro me? quis tribuat, ut omnis populus prophetet, & det eis Dominus Spiritum ſuum? *Num.* 11. *verſ.* 29.

3. Dixit David ad Dominum cùm vidiſſet angelum cædentem populum: ego ſum qui peccavi, ego iniquè egi: iſti qui oves ſunt, quid fecerunt? vertatur obſecro manus tua contra me, & domum Patris mei. 2. *Reg.* 24. *v.* 17.

4. Acceptabilis (Mardochæus ſcilicet) plebi fratrum ſuorum, quærens bona populo ſuo, loquens ea, quæ ad pacem ſeminis ſui pertinerent. *Eſther* 10. *v.* 3.

5. Cuncta noſti & ſcis, quia non pro ſuperbia & contumelia & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, ut non adorarem Aman ſuperbiſſimum

Digitized by Google

ſimum, (libenter enim pro ſalute Iſraël etiam veſtigia pedum ejus deoſculari paratus eſſem). *Eſther.* 13. *v.* 12. 13.

6. Vade & congrega omnes Judæos, quos in Suſan repereris, & orate pro me: non comedatis & non bibatis tribus diebus & tribus noctibus: & ego cum ancillis meis ſimiliter jejunabo, & tunc ingrediar ad Regem, contra legem faciens non vocata, tradensque me morti & periculo. *Eſther* 4. *v.* 16.

7. Vos ſcitis quanta ego & fratres mei, & domus Patris mei fecimus pro legibus, & pro ſanctis prælia & anguſtias, quales vidimus: horum gratia perierunt fratres mei omnes propter Iſraël, & relictus ſum ego ſolus. Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis: non enim melior ſum fratribus meis, vindicabo itaque gentem meam, & ſancta, natos quoque noſtros & uxores, quia congregatæ ſunt univerſæ gentes, conterere nos inimicitiæ gratia. 1. *Mach.* 13. *v.* 3. 4. 5. 6.

8. Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto prò fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundùm carnem. *Rom.* 9. *v.* 3.

9. Vos ſcitis, quomodo nihil ſubtraxerim utilium, quò minus annunciarem vobis, & docerem vos publicè, & per domos. *Act.* 20. *verſ.* 20.

10. Deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar. *Luc.* 22. *v.* 15.

11. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. *Ioan.* 15. *v.* 9.

12. Deſidero videre vos, ut aliquid impertiar vobis gratiæ ſpiritualis ad confirmandum vos: id eſt, ſimul conſolari in vobis per eam quæ invicem eſt, fidem veſtram atque meam: nolo autem vos ignorare fratres: quia ſæpè propoſui venire ad vos (& prohibitus ſum uſque adhuc) ut aliquem fructum habeam & in vobis. Sicut & in cæteris gentibus, græcis ac barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum; ità quod in me promptum eſt, & vobis, qui Romæ eſtis, evangelizare. *Rom.* 1. *v.* 11. 12. 13. 14. 15.

13. Cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſervum feci, ut plures lucri facerem; & factus ſum judæis tanquam judæus, ut judæos lucrarer: iis qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem (cùm ipſe non eſſem ſub lege, ut eos, qui ſub lege erant, lucrifacerem: iis, qui ſine lege erant, tanquam ſine lege eſſem, (cum ſine lege Dei non eſſem, ſed in lege eſſem Chriſti) ut lucrifacerem eos, qui ſine lege erant: factus ſum

Digitized by Google

ſum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem: omnibus omnia factа ſum, ut omnes facerem ſalvos: omnia autem facio propter evangelium: ut particeps ejus efficiar. 1. *Cor.* 9. *v.* 19. 20. 21. 22. 23.

CAPVT XII.

Iaculatoriæ ad excitandam charitatem erga DEVM & proximum.

1. Diligam te Domine fortitudo, Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. *Pſ.* 17. *verſ.* 1.

2. Quid mihi eſt in cælo, & à te, quid volui ſuper terram. *Pſal.* 72. *v.* 25.

3. Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi, quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapſu: placebo Domino in regione vivorum. *Pſal.* 114. *v.* 7. 8. 9.

4. Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. *Pſ.* 41. *v.* 1.

5. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret. *Joan.* 3. *v.* 1.

6. Diligam te Domine ex toto corde meo, ex tota anima mea, ex omnibus viribus meis, & proximum meum ſicut meipſum. *Matt.* 22. *v.* 38.

CAPVT XIII.

Charitatis fructus atque effectus, & primò gaudii juſtorum encomia.

1. Fructus Spiritus eſt charitas, gaudium &c. *Gal:* 5. *verſ.* 1.

2. Non eſt regnum Dei eſca & potus: ſed iuſtitia & pax, & gaudium in Spiritu Sancto. *Rom.* 14. *v.* 17.

3. Gaudium Domini eſt fortitudo noſtra. 2. *Eſdræ* 8. *v.* 10.

4. Re-

Digitized by Google

4. Renuit conſolari anima mea, memor tui Dei, & delectatus ſum & exercitatus ſum, & defecit Spiritus meus. *Pſ. 76. v. 3.*

5. Non eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis, & non eſt oble-ctamentum ſuper cordis gaudium: jucunditas cordis, hæc eſt vita hominis & theſaurus ſine defectione ſanctitatis, & exultatio viri eſt longævitas. Splendidum cor, bonum in epulis eſt, epulæ enim illius diligenter fiunt. *Eccli. 30. v. 16. 23. 27.*

6. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me veſtimentis ſalutis, & indumento juſtitiæ circumdedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. *Iſa. 61. v. 10.*

CAPVT XIV.

Cohortationes ad verum gaudium.

1. ET juſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia. *Pſ. 67. v. 4.*

2. Exultate juſti in Domino, rectos decet collaudatio. *Pſ. 35. verſ. 1.*

3. Semper gaudete. 1. *Theſ. 5. v. 16.*

4. Gaudete in Domino ſemper: iterum dico gaudete. *Philip. 4. verſ. 4.*

5. Spe gaudentes. *Rom. 12. v. 12.*

6. Gaudium tibi ſit ſemper. *Tob. 5. v. 11.*

CAPVT XV.

Gaudium impiorum vanum & reprobum.

1. RIſum putavi errorem, & gaudio dixi: quid fruſtra deciperis? *Eccli. 2. v. 2.*

2. Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus peſſimis. *Prov. 2. v. 14.*

3. Noli lætari Iſraël, noli exultare ſicut populi: quia fornicatus es

à Deo

Digitized by Google

à Deo tuo, dilexiſti mercedem ſuper omnes areas tritici. *Oſe.* 9. *verſ.* 1.

4. Miſeri eſtote, & lugete & plorate, riſus veſter in luctum convertatur, & gaudium in mœrorem. *Iacob.* 4. *v.* 9.

CAPUT XVI.

Vera omnis conſolatio, veri gaudii cauſa, à DEO *eſt.*

1. BEnedictus Deus & Pater Domini noſtri IESU Chriſti, Pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis. 2. *Cor.* 1. *v.* 3.

2. Qui conſolatur humiles conſolatus eſt nos Deus in adventu Titi. 2. *Cor.* 7. *v.* 6.

3. Mœrentes erigit ſoſpitate. *Tob.* 5. *v.* 11.

4. Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificârunt animam meam. *Pſ.* 93. *v.* 19.

5. Bonus Dominus & confortans in die tribulationis, & ſciens ſperantes in ſe. *Nahum.* 1. *v.* 7.

6. Introduxit me in cellam vinariam. *Cant.* 2. *v.* 4.

CAPUT XVII.

Et eſt in DEO.

1. SUb umbra illius, quem deſideraveram, ſedi: & fructus ejus dulcis gutturi meo. *Cant.* 2. *v.* 3.

2. Exultate juſti in Domino, rectos decet collaudatio. *Pſ.* 32. *verſ.* 1.

3. Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete. *Phil.* 4. *verſ.* 4.

4. Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum. *Pſ.* 83. *verſ.* 3.

5. Quid mihi eſt in cælo? & à te quid volui ſuper terram? defecit caro mea, & cor meum Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. *Pſ.* 72. *v.* 25. 26.

6. Et exultavit Spiritus meus in Deo ſalutari meo. *Luc.* 1. *v.* 47.

CAPVT XVIII.

Verum omne ſolatium & gaudium promittitur.

1. COnvertam luctum eorum in gaudium, & conſolabor eos, & lætificabo à dolore ſuo. *Jerm.* 31. *v.* 13.

2. Ego ego ipſe conſolabor vos. *Iſ.* 51. *v.* 12.

3. Vincenti dabo manna abſconditum. *Apoc.* 2. *v.* 17.

4. Ad ubera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis, quomodo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos, & in Ieruſalem conſolabimini. *Iſa.* 66. *v.* 12. 13.

5. Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem: & loquar ad cor ejus. *Oſe.* 2. *v.* 14.

CAPVT XIX.

Et datur timentibus ac diligentibus DEVM.

1. QUàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te: perfeciſti iis, qui ſperant in te in conſpectu filiorum hominum, abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum, proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum. *Pſ.* 30. *v.* 20. 21.

2. Convertiſti planctum meum in gaudium mihi, conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitiâ. *Pſ.* 29. *v.* 121

3. Quem docebit ſcientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, avulſos ab uberibus. *Iſ.* 28. *v.* 9.

4. Date ſiceram mœrentibus & vinum his, qui amaro ſunt animo, bibant & obliviſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius. *Prov.* 31. *v.* 6. 7.

5. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. *Matt.* 5. *v.* 5.

CA

CAPVT XX.

Fructus divinæ conſolationis.

1. ANima mea liqueſacta eſt ut dilectus locutus eſt. *Cant.* 5. *verſ.* 6.

2. Viam Mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum. *Pſ.* 18. *v.* 32.

3. Lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum. *Pſ.* 85. *v.* 11.

4. Inebriabuntur ab ubertate domûs tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos. *Pſ.* 35. *v.* 9.

CAPVT XXI.

Conſolatio humana inanis & inconſtans.

1. COnſolatores oneroſi omnes vos eſtis. *Job.* 16. *v.* 2.

2. Dixi in corde meo vadam & affluam deliciis, & fruar bonis: & vidi quod hoc quoque eſſet vanitas. *Eccleſ.* 2. *v.* 1.

3. Tempus flendi, & tempus ridendi, tempus plangendi, & tempus ſaltandi. *Eccleſ.* 3. *v.* 4.

4. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat. *Prov.* 14. *v.* 13.

CAPUT XXII.

Iaculatoria petentis conſolationes cæleſtes.

1. EXultet anima mea in Domino, & delectetur ſuper ſalutari ſuo. *Pſ.* 34. *v.* 9.

2. Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata. *Pſ.* 50. *v.* 10.

3. Da ſiceram mærenti, & vinum ei, qui amaro eſt animo: bibat & obliviſcatur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordetur amplius. *Prov.* 31. *v.* 6. 7.

4. Domine cæli da mihi gaudium pro tædio, quod perpeſſus ſum. *Tob.* 7. *v.* 20.

5. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui. *Pſ.* 50. *v.* 14.

6. Secundùm multitudinem dolorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificant animam meam. *Pſ.* 93. *v.* 19.

7. Fiat miſericordia tua ut conſoletur me, ſecundùm eloquium tuum ſervo tuo. *Pſ.* 118. *v.* 76.

8. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes: quando conſolaberis me? *Pſ.* 118. *v.* 82.

CAPUT XXIII.

Pax & pacis auctor generatim.

1. IUſtificati ex fide pacem habeamus ad Deum. *Rom.* 5. *v.* 1.

2. Parvulus natus eſt nobis, & vocabitur nomen ejus princeps pacis. *Iſ.* 9. *v.* 6.

3. Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ ſolvens inimicitias in carne ſua. *Epheſ.* 2. *v.* 14.

4. Et erit opus juſtitiæ pax, & cultus juſtitiæ ſilentium, & ſecuritas uſque in ſempiternum, & ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. *Iſ.* 32. *v.* 17. 18.

5. Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum. *Pſ.* 118. *v.* 165.

6. Gratia vobis & pax ab eo qui eſt. *Apoc.* 1. *v.* 4.

7. Orietur in diebus ejus juſtitia & abundantia pacis. *Pſ.* 17. *verſ.* 7.

8. Nominabitur tibi nomen tuum à Deo in ſempiternum pax juſtitiæ & honor pietatis. *Baruch.* 5. *v.* 4.

9. Hæc locutus ſum vobis, ut in me pacem habeatis: in mundo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego vici mundum. *Joan.* 16. *v.* 33.

10. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis: non turbetur cor veſtrum neque formidet. *Ioan.* 14. *v.* 27.

11. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Luc.* 2. *v.* 14.

12. Pax vobis: ego ſum, nolite timere. *Luc.* 24. *v.* 36.

13. Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluvium pacis. *Iſ.* 66. *v.* 12.

14. Da-

14. Dabo pacem in finibus veſtris, dormietis, & non erit, qui exterreat, auferam malas beſtias: & gladius non tranſibit terminos veſtros. *Levit.* 26. *v.* 6.

CAPVT XXIV.

Quæ pax nobis neceſſaria, & quis fructus illius.

1. PAter ſancte ſerva eos in nomine tuo, quos dediſti mihi: ut ſint unum ſicut & nos: non pro eis autem rogo tantùm, ſed & pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me, ut omnes unum ſint, ut credat mundus, quia tu me miſiſti. *Joan.* 17. *verſ.* 11. 20. 21.

2. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. *Rom.* 12. *v.* 18.

3. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. *Matt.* 5. *v.* 9.

4. Fructus juſtitiæ in pace ſeminatur facientibus pacem. *Jacob.* 3. *verſ.* 7.

6. Non eſt regnum Dei eſca & potus, ſed juſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. *Rom.* 14. *v.* 17.

CAPVT XXV.

Variæ ad hanc pacem exhortationes.

1. QUæ pacis ſunt ſectemur, & quæ ædificationis ſunt in invicem cuſtodiamus. *Rom.* 14. *v.* 16.

2. Non eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis: ſicut & in omnibus Eccleſiis Sanctorum doceo. 1. *Cor.* 14. *v.* 34.

3. Solliciti ſervate unitatem Spiritus in vinculo pacis. *Epheſ.* 4. *verſ.* 3.

4. Pacem ſequimini in omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum. *Heb.* 12. *v.* 14.

5. Iuvenilia deſideria fuge, ſectare verò juſtitiam fidem, charitatem & pacem cum iis, qui invocant Dominum de corde puro. 2. *Tim.* 2. *verſ.* 22.

Digitized by Google

6. Qui vult vitam diligere, & dies videre bonos: declinet à malo: & faciat bonum, inquirat pacem, & ſequatur eam. 1. *Pet.* 3. *verſ.* 10. 11.

7. Habete in vobis ſal: & pacem habete inter vos. *Marc.* 9. *v.* 49.

8. Obſecro vos fratres, per nomen Domini noſtri IESV Chriſti, ut idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata, ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia. 1. *Cor.* 1. *v.* 10.

9. Si qua conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis, implete gaudium meum, ut idem ſapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes idipſum ſentientes. *Philip.* 2. *v.* 1. 2.

CAPVT XXVI.

Iaculatoriæ ad pacem obtinendam.

1. SUſcipiant montes pacem populo, & colles juſtitiam. *Pſ.* 71. *v.* 3.

2. Oriatur in diebus noſtris juſtitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna. *Pſ.* 71. *v.* 7.

3. Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. *Pſ.* 121. *verſ.* 7.

4. Pone fines noſtros pacem, & adipe frumenti ſatia nos. *Pſ.* 147. *verſ.* 4.

5. Da pacem Domine finibus noſtris, dormiamus, & non ſit qui exterreat. *Levit.* 26. *v.* 6.

CAPVT XXVII.

Concordiæ amabilitas, utilitas, ſuavitas.

1. IN tribus placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo & hominibus: concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier benè ſibi conſentientes. *Eccli.* 25. *v.* 1. 2.

2. Qui facit concordiam in ſublimibus ſuis, nunquid eſt numerus militum ejus, & ſuper quem non ſurget lumen ejus. *Iob.* 25. *v.* 1. 2.

3. Re-

Digitized by Google

3. Regem locuſta non habet, & egreditur univerſa per turmas ſuas. *Prov.* 30. *v.* 27.

4. Frater qui adjuvatur à fratre, quaſi civitas firma: & judicia quaſi vectes urbium. *Prov.* 18. *v.* 19.

5. Ecce quàm bonum & quàm jucundum, habitare fratres in unum. *Pſ.* 132. *v.* 1.

9. Sicut unguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron; quod deſcendit in oram veſtimenti ejus: ſicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion. *Ibid. v.* 2. 3.

7. Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, & vitam uſque in ſæculum. *Pſ.* 132. *v.* 4.

CAPUT XXVIII

Sæpius ab Apoſtolis & ſeriò Chriſtianis commendata.

1. SI qua ergò conſolatio in Chriſto, ſi quod charitatis ſolatium, ſi qua ſocietas Spiritus, ſi qua viſcera miſerationis. Implete gaudium meum, ut idem ſapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes idipſum ſentientes. *Philip.* 2. *v.* 1. 2.

2. Idipſum invicem ſentientes. *Rom.* 12. *v.* 16.

3. Deus ſapientiæ patientiæ & ſolatii det vobis idipſum ſapere in alterutrum, ſecundùm Ieſum Chriſtum, ut unanimes uno ore honorificetis Deum & Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti. *Rom:* 15. *v.* 5. 6.

4. Obſecro vos fratres, per nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata, ſitis autem perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſententia. 1. *Cor.* 1. *v.* 10.

5. In fide omnes unanimes. 1. *Pet.* 3. *v.* 8.

6. Tantùm dignè Evangelio Chriſti converſamini, ut ſive cum venero & videro vos, ſive abſens audiam de vobis, quia ſtatis in uno ſpiritu unanimes collaborantes fidei Evangelii. *Philip.* 1. *v.* 27.

7. Obſecro ita vos ego vinctus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, quà vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum omni patientia ſupportantes invicem in charitate, ſolliciti ſervare unitatem Spiritus in vinculo pacis unum corpus & unus Spiritus, ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ, unus Dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus & Pater omnium, qui eſt ſuper omnes,

&

& per omnia; & in omnibus nobis. *Epheſ.* 4. *v.* 1. 2. 3. 4. 5. 6.

8. Quod jam rogo & Syntychen deprecor idipſum ſapere in Domino. *Philip.* 4. *v.* 2.

9. Veruntamen ad quod pervenimus, ut idem ſapiamus, & in eadem permaneamus regula. *Philip.* 3. *v.* 16.

CAPVT XXIX.

Illuſtria concordiæ exempla.

1. EGreſſi ſunt omnes filii Iſraël, & pariter congregati, quaſi vir unus, de Dan uſque Berſabee, & terra Galaad ad Dominum in Maſpha: omneſque anguli populorum; & cunctæ tribus Iſraël in Eccleſiam populi Dei convenerunt quadringenta millia peditum pugnatorum. *Iudic.* 20. *v.* 1. 2.

2. Ne quæſo ſit jurgium inter me & te; & inter paſtores meos, & paſtores tuos: fratres enim ſumus. *Gen.* 13. *v.* 8.

3. Invaſit timor Domini populum, & egreſſi ſunt quaſi vir unus. 1. *Reg.* 11. *v.* 7.

4. Ibant filii ejus, & faciebant convivium per domos, unuſquiſque in die ſuo: & mittentes vocabant tres ſorores ſuas, ut comederent & biberent cum eis. *Job.* 1. *v.* 4.

5. Omnes etiam qui credebant erant pariter, & habebant omnia communia. *Act.* 2. *v.* 44.

6. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una, nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia. *Act.* 4. *v.* 32.

7. Erant unanimiter omnes in porticu Salomonis. *Act.* 5. *v.* 12.

8. Iam venerat menſis ſeptimus, & erant filii Iſraël in civitatibus ſuis; congregatus eſt ergo populus, quaſi vir unus in Ieruſalem. 1. *Eſdr.* 3. *v.* 1.

9. Hi omnes (Apoſtoli) erant perſeverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre JESU & fratribus ejus. *Act.* 1. *verſ.* 14.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXX.

Miſericordia decora, effecta, pramia.

1. MIſericordiam volui & non ſacrificium, & ſcientiam Dei plus quàm holocauſta. *Oſe. 6. v. 6.*

2. Indicabo tibi, ô homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te, utique facere judicium, & diligere miſericordiam, & ſollicitum ambulare cum Deo tuo. *Michæ. 6. v. 8.*

3. Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. *Matt. 5. v. 7.*

4. Jucundus homo qui miſeretur & commodat, diſponet ſermones ſuos in judicio: quia in æternum non commovebitur. *Pſ. 111. verſ. 5.*

5. Superexaltat miſericordia judicium. *Iacob. 2. v. 13.*

6. Fratres in adjutorium in tempore tribulationis, & ſuper eos, miſericordia liberabit. *Eccli. 40. v. 24.*

7. Non injuſtus Deus, ut obliviſcatur operis veſtri, & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ejus, qui miniſtrâſtis ſanctis, & miniſtratis. *Heb. 6. v. 10.*

CAPVT XXXI.

Monita & pracepta operum miſericordiæ.

1. HÆc ait Dominus exercituum dicens: juſtum judicium judicate, & miſericordiam, & miſerationes facite, unuſquiſque cum fratre ſuo. *Zach. 7. v. 9.*

2. Nonne oportuit & te miſerere tui conſervi, ſicut & ego tui miſertus ſum. *Matt. 18. v. 33.*

3. Induite vos ſicut electi Dei, Sancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam. *Coloſ. 3. verſ. 12.*

4. Erue eos, qui ducuntur ad mortem; & qui trahuntur ad interitum, liberare ne ceſſes: ſi dixeris: vires non ſuppetunt, qui inſpe-

Digitized by Google

ctor eſt cordis ipſe intelligit, & ſervatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini juxta opera ſua. *Prov.* 24. *v.* 11. 12.

5. Mortuo non prohibeas gratiam. *Eccli.* 7. *v.* 37.

6. Mementote vinctorum tanquam ſimul vincti, & laborantium tanquam & ipſi in corpore morantes. *Heb.* 13. *v.* 3.

7. Non te pigeat viſitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. *Eccli.* 7. *v.* 39.

8. Non deſis plorantibus in conſolatione, & cum lugentibus ambula. *Eccli.* 7. *v.* 38.

9. Libera eum, qui injuriam patitur de manu ſuperbi: & non acidè feras in anima tua. *Eccli.* 4. *v.* 9.

10. Recupera proximum ſecundùm virtutem tuam, & attende tibi ne incidas. *Eccli.* 29. *v.* 27.

CAPVT XXXII.

Pœna multiplex eorum, qui negligunt miſereri.

1. QVid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros manè pertranſiens. *Oſe.* 6. *v.* 4.

2. Judicium ſine miſericordia ei, qui non fecit miſericordiam, ſuperexaltat autem miſericordia judicium. *Jacob* 2. *v.* 13.

3. Fiant contra Dominum ſemper, & diſpereat de terra memoria eorum, pro eo, quod non eſt recordatus facere miſericordiam: & perſecutus eſt hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare. *Pſ.* 108. *v.* 15. 16.

4. Nonne ergò oportuit, & te miſereri conſervi tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? & iratus Dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoad uſque redderet univerſum debitum. *Matt.* 18. *v.* 33.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXXIII.

Eleemoſyna ſuadetur generatim.

1. FIlli eleemoſynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos non tranſvertas à paupere. *Eccli.* 4. *v.* 1.

2. Declina pauperi ſine triſtitia aurem tuam & redde debitum, & reſponde ei pacifica in manſuetudine. *Eccli.* 4. *v.* 8.

3. Beneficentiæ autem, & communionis nolite oblivisci: talibus enim hoſtiis promeretur Deus. *Heb.* 13. *v.* 16.

4. Qui parcè ſeminat parcè & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. 2. *Cor.* 9. *v.* 6.

5. Quomodo potueris ita eſto miſericors; ſi multùm tibi fuerit, abundanter tribue: Si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude. *Tob.* 4. *v.* 8. 9.

6. Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus miſit, qui miſerunt in gazophylacium: omnes enim ex eo, quod abundabat illis miſerunt; hæc verò de penuuria ſua, omnia, quæ habuit miſit, totum victum ſuum. *Marci* 12. *v.* 43. 44.

CAPVT XXXIV.

Quibus danda & quomodo.

1. EX ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fiet, ut nec à te avertatur facies Domini. *Tob.* 4. *v.* 7.

2. Panem tuum cum eſurientibus, & egenis comede, & de veſtimentis tuis nudos tege. *Tob.* 4. *v.* 17.

3. Cùm facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te ſicut hypocritæ faciunt in Synagogis, & in vicis, ut honorificentur ab hominibus, amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextra tua, ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & pater tuus qui videt in abſcondito, red-

Digitized by Google

det tibi. *Matt.* 6. *v.* 2. 3. 4.

4. Unuſquiſque prout deſtinavit in corde ſuo, non ex triſtitia aut neceſſitate: hilarem enim datorem diligit Deus. 2. *Cor.* 9. *v.* 7.

5. Fili in bonis non des querelam, & id omni dato non des triſtitiam verbi mali: nonne ardorem refrigerabit ros? Sic & verbum melius quàm datum. Nonne ecce verbum ſuper datum bonum? ſed utraque cum homine juſtificato. Stultus acriter improperabit: & datus indiſciplinati tabeſcere facit oculos. *Eccli.* 18. *v.* 15. 16. 17. 18.

6. Congregationi pauperum affabilem te facito. *Eccli.* 4. *v.* 7.

7. Cor inopis ne affixeris, & non protrahas datum anguſtianti. Rogationem contribulati ne abjicias; & non avertas faciem tuam ab egeno. *Eccli.* 4. *v.* 3. 4.

8. Ne dicas amico tuo: vade & revertere, & cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare. *Prov.* 3. *v.* 28.

9. Quemadmodum promptus eſt animus voluntatis, ita ſit & perficiendi ex eo, quod habetis. Si enim voluntas prompta eſt ſecundùm id, quod habet, accepta eſt, non ſecundùm id, quod habet. 2. *Cor.* 8. *v.* 11. 12.

CAPVT XXXV.

Quando facienda & quamdiu?

1. ANte mortem benefac amico tuo, & ſecundùm vires tuas exporrigens da pauperi: ante obitum tuum operare juſtitiam: quoniam non eſt apud inferos invenire cibum. *Eccli.* 14. *v.* 13. 17.

2. Manè ſemina ſemen tuum, & veſperè non ceſſet manus tua: quia neſcis quid magis oriatur, hoc aut illud, & ſi utrumque ſimul melius erit. *Eccleſ.* 11. *v.* 6.

3. Bonum facientes non deficiamus, tempore enim ſuo metemus non deficientes, ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei. *Gal.* 6. *v.* 9. 10.

4. Vos autem nolite deficere benefacientes. 2. *Theſ.* 3. *v.* 13.

Digitized by Google

CAPVT XXXVI.

Fructus Eleemoſynæ & alii effectus.

1. SPlendidum in panibus benedicent labia multorum, & teſtimonium veritatis illius fidele. *Eccli.* 31. *v.* 28.

2. Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur: de panibus enim ſuis dedit pauperi. *Prov.* 22. *v.* 9.

3. Conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum: fortiſan ignoſcet delictis tuis. *Dan.* 4. *v.* 24.

4. In præſenti tempore veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, ut & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum. 2. *Cor.* 8. *v.* 14.

5. Qui miſeretur pauperis, beatus erit. *Prov.* 14. *v.* 21.

6. Quicunque potum dederit uni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantum: in nomine diſcipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. *Matt.* 10. *v.* 42.

CAPUT XXXVII.

Specialia corporis & animi affert bona.

1. GRatia ſicut Paradiſus in benedictionibus; & miſericordia in ſæculum permanet. *Eccli.* 40. *v.* 17.

2. Benefac juſto, & invenies retributionem magnam, etſi non ab ipſo certè à Domino. *Eccli.* 12. *v.* 2.

3. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis, & Deus proſpector eſt ejus, qui reddit gratiam, meminit ejus inpoſterum, & in tempore caſus ſui inveniet firmamentum. *Eccli.* 3. *v.* 33.

4. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conſervet eum & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum ejus. Dominus opem ferat illi, ſuper lectum doloris ejus, univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitate ejus. *Pſ.* 40. *v.* 1. 2. 3.

 5. Propter

Digitized by Google

5. Propter mandatum aſſume pauperem, & propter inopiam ne dimittas eum vacuum; perde pecuniam propter fratrem, & amicum tuum, & non abſcondas illam ſub lapide in perditionem. Pone theſaurum tuum in præceptis altiſſimi, & magis tibi proderit quàm aurum. Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo ſuper pactum potentis, & ſuper lanceam adverſus inimicum tuum pugnabit. *Eccli.* 19. *v.* 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.

6. Bona eſt oratio cum jejunio & eleemoſyna magis quàm theſauros auri recondere, quoniam eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit invenire miſericordiam & vitam æternam. *Tob.* 12. *v.* 8. 9.

CAPVT XXXVIII.

Tollit culpam & pœnam aufert.

1. VEruntamen quod ſupereſt, date eleemoſynam; & ecce omnia munda ſunt vobis. *Luc.* 11. *v.* 41.

2. Miſericordia & veritate redimitur iniquitas, & in timore Dei declinatur à malo. *Prov.* 16, *v.* 6.

3. Redemptio animæ viri, divitiæ ſuæ: qui autem pauper eſt increpationem non ſuſtinet. *Prov:* 13. *v.* 8.

4. Eleemoſyna patris non erit in oblivione: nam pro peccato matris reſtituetur tibi bonum, & in juſtitia ædificabitur tibi; & in die tribulationis commemorabitur tui, & ſicut in ſereno glacies, ſolventur peccata tua. *Eccli.* 3. *v.* 15. 16. 17.

5. Pauperi porrige manum tuam, & perficiatur propitiatio & benedictio tua. *Eccli.* 7. *v.* 36.

CAPVT IX.

Opes confert & honores.

1, QUi ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. 2. *Cor.* 9. *v.* 6.

2. Qui adminiſtrat ſemen ſeminanti, & panem ad manducandum præſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum

Digitized by Google

gum juſtitiæ veſtræ ut in omnibus locupletati abundetis in omnem ſimplicitatem : quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo. 2. *Cor.* 9. *v.* 10. 11.

3. Honora Dominum de tua ſubſtantia : & de primitiis omnium frugum tuarum da ei, & implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt. *Prov.* 3. *v.* 9. 10.

4. Alii dividunt propria, & ditiores fiunt : alii rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt. Anima quæ benedicit, impinguabitur, & qui inebriat, ipſe quoque inebriabitur. *Prov.* 11. *v.* 24. 25.

5. Qui dat pauperi non indigebit, qui deſpicit deprecantem, ſuſtinebit penuriam. *Prov.* 28. *v.* 27.

6. Illi viri miſericordiæ ſunt, quorum pietates non defuerunt. *Eccli.* 44. *v.* 10.

7. Qui calumniatur agentem, exprobrat factori ejus, honorat autem eum, qui miſeretur pauperis. *Prov.* 14. *v.* 31.

CAPVT XL.

Variæ ad eleemoſynam dandam cohortationes.

1. VEndite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam, facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cælis : quò fur non appropiat, neque tinea corrumpit. *Luc.* 12. *v.* 33.

2. Facite vobis amicos, de mammona iniquitatis, ut cùm defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. *Luc.* 16. *v.* 9.

3. Noli prohibere benefacere eum, qui poteſt : ſi vales, & ipſe benefac. *Prov.* 3. *v.* 27.

4. Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide. *Prov.* 5. *v.* 16.

5. Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad collecta dandum. *Eccli.* 4. *v.* 36.

6. Sicut in omnibus abundatis fide & ſermone, & ſcientià, & omni ſollicitudine, inſuper & charitate veſtra in eos ; ut & in hac gratia abundetis, non quaſi imperans dico ; Sed per aliorum ſollicitudinem, etiam veſtræ charitatis ingenium bonum comprobans. Scitis enim gratiam Domini noſtri IESU Chriſti, quoniam propter vos egenus

egenus factus eſt, cùm eſſet dives, ut illius inopiâ vos divites eſſetis. 2. *Cor.* 8. *v.* 7. 8. 9.

CAPVT XLI.

Peccata & pœna negantium Eleemoſynam.

1. QUi deſpicit proximum ſuum peccat: qui autem miſeretur pauperis beatus erit. *Prov.* 14. *v.* 21.

2. Si Frater aut ſoror nudi ſint & indigeant victu quotidiano dicat autem aliquis ex vobis illis: ite in pace calefacimini & ſaturamini, non dederitis autem eis, quæ ſunt neceſſaria corpori, quid proderit? *Iacob.* 2. *v.* 15. 16.

3. Qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere: & clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? 1. *Joan.* 3. *v.* 17.

4. Panis egentium vita pauperum eſt, qui defraudat eum, homo ſanguinis eſt. Qui aufert in ſudore panem, quaſi qui occipit proximum ſuum. *Eccli.* 34. *v.* 25. 26.

5. Ab inope ne avertas oculos tuos propter iram, & non relinquas quærentibus tibi retrò maledicere: maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius, exaudiet autem eum, qui fecit eum. *Eccli.* 4. *v.* 5. 6.

6. Qui obdurat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur. *Prov.* 21. *v.* 23.

7. Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu Patris ſui. *Eccli.* 34. *v.* 24.

CAPVT XLII.

Eleemoſynariorum exempla.

1. TObias quotidie pergebat per omnem cognationem ſuam, & conſolabatur eos, dividebatque unicuique prout poterat de facultatibus ſuis. *Tob.* 1. *v.* 19.

2. Poſt Sabbathum debilibus & orphanis & viduis diviſerunt ſpolia:

Digitized by Google

lia: & reſidua ipſi cum ſuis habuêre. 2. *Mach.* 8. *v.* 28.

3. In Joppe fuit quædam diſcipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas: hæc erat plena operibus bonis, & eleemoſynis, quas faciebat. *Act.* 9. *v.* 36.

4. Vir quidam erat in Cæſarea, nomine Cornelius Centurio cohortis, quæ dicitur Italica, religioſus ac timens Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi. *Act.* 10. *v.* 1. 2.

5. Diſcipuli prout quis habebat; propoſuerunt ſinguli in miniſterium mittere habitantibus in Iudæa fratribus, quod & fecerunt, mittentes ad ſeniores per manus Barnabæ & Sauli. *Act.* 11. *v.* 29. 30.

6. Stans Zachæus, dixit ad Dominum: ecce dimidium bonorum meorum, Domine, de pauperibus: & ſi quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum: ait IESUS ad eum: quia hodie ſalus domui huic facta eſt: eò quod & ipſe filius ſit Abrahæ. *Luc.* 19. *v.* 8. 9.

7. Non enim injuſtus Deus, ut obliviſcatur operis veſtri & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis Sanctis & miniſtratis. *Heb.* 6. *v.* 10.

CAPVT XLIII.

Correctio & correptio fraterna præcipitur privata & publica.

1. SI peccaverit in te frater tuus: vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum, ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe adhuc tecum unum vel duos, ut in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ, quod ſi Eccleſiam non audierit: Sit tibi ſicut ethnicus & publicanus. *Matt.* 18. *v.* 15. 16. 17.

2. Peccantes coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant. 1. *ad Tim.* 3. *v.* 20.

3. Ne verearis proximum tuum in caſu ſuo, nec retineas verbum in tempore ſalutis. Non abſcondas ſapientiam tuam in decore ſuo. *Eccli.* 4. *v.* 27. 28.

4. De diſciplina inſenſati & fatui, & de ſenioribus qui judicantur ab adoleſcentibus: & eris eruditus in omnibus, & probabilis in conſpectu omnium viuorum. *Eccli.* 42. *v.* 8.

Digitized by Google

CAPVT XLIV.

Quis corripiendus à quibus & quomodo?

1. VIr impius procaciter obfirmat vultum ſuum, qui autem rectus eſt corrigit viam ſuam. *Prov.* 21. *v.* 29.

2. Si concluderis ſtultum in pila quaſi priſanas feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia ejus. *Prov.* 27. *v.* 22.

3. Seniorem ne increpaveris: Sed obſecra ut patrem, juvenes ut fratres, juvenculas ut ſorores in omni caſtitate. 1. *Tim.* 5. *v.* 1.

4. Non incendas carbones peccatorum arguens eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum. *Eccli.* 8. *v.* 13.

5. Corripiet me juſtus in miſericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. *Pſ.* 140. *v.* 5.

6. Cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt veritati, nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo captivi tenentur ad ipſius voluntatem. 2. *Tim.* 2. *v.* 25. 26.

7. Nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite ut fratrem. 2. *Theſ.* 3. *v.* 15.

8. Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui Spirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in Spiritu lenitatis, conſiderans te ipſum ne & tu tenteris. *Gal.* 6. *v.* 1.

CAPVT XLV.

Aliæ ad correptionem fraternam exhortationes.

1. COrripe amicum, ne fortè non intellexerit & dicat: non feci: aut ſi fecerit, ne iterum addat facere: corripe proximum, ne fortè non dixerit: & ſi dixerit: ne fortè iteret: corripe amicum, ſæpe enim fit commiſſio. Et non omni verbo credas. *Eccli.* 19. *v.* 13. 14. 15.

2. Argue, obſecra, increpa, in omni patientia & doctrina.

3. In-

3. Increpa illos durè, ut ſani ſint in fide. *Tit.* 1. *v.* 13.

4. Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat. *Tit.* 2. *v.* 15.

5. Hos arguite judicantes. *Iudæ. v.* 22.

6. Rogamus autem vos fratres, corripiſe inquietos. 1. *Theſ.* 5. *verſ.* 14.

7. Quam bonum eſt arguere, quam iraſci, & confitentem in oratione non prohibere. *Eccli.* 20. *v.* 1.

CAPVT XLVI.

Correptio incauta & vitioſa.

1. QUare detraxiſtis ſermonibus veritatis, cum è vobis nullus ſit, qui poſſit arguere me? ad increpandum tantùm eloquia concinnatis, & inventum verba profertis: ſuper pupillum irruitis, & ſubvertere nitimini amicum veſtrum. *Iob.* 6. *v.* 25. 26. 27.

2. Eſt correptio mendax in ira contumelioſi: & eſt judicium, quod non probatur eſſe bonum, & eſt tacens & ipſe eſt prudens. *Eccli.* 19. *verſ.* 28.

3. Acetum in vitro, qui cantat carmina cordi peſſimo. *Prov.* 25. *v.* 20.

4. Corripe proximum, antequam commineris, & da locum timori Altiſſimi. *Eccli.* 19. *v.* 17.

5. Qui erudit deriſorem, ipſe injuriam ſibi facit, & qui arguit impium, ſibi maculam generat: noli arguere deriſorem, ne oderit te: argue ſapientem & diliget te: da ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia, doce juſtum & feſtinabit accipere. *Prov.* 9. *v.* 7. 8. 9.

6. Filius ſapiens doctrina Patris, qui autem illuſor eſt, non audit cum arguitur. *Prov.* 13. *v.* 1.

7. Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? aut quomodo dicis fratri tuo: Sine ejiciam feſtucam de oculo tuo: & ecce trabs eſt in oculo tuo? hypocrita ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere feſtucam de oculo fratris tui. *Matt.* 7. *v.* 3. 4. 5.

Digitized by Google

CAPVT XLVII.

Fructus & alii effectus correptionis.

1. QUi dicunt impio : juſtus es, maledicent eis populi, & deteſtabuntur eos tribus : qui arguunt eum, laudabuntur : & ſuper ipſos veniet benedictio. *Prov.* 24. *v.* 24. 25. 26.

2. Non poteſt mundus odiſſe vos ; me autem odit, quia ego teſtimonium perhibeo de eo, quia opera ejus mala ſunt. *Ioan.* 7. *verſ.* 7.

3. Inimicus vobis factus ſum, verum dicens vobis. *Gal.* 4. *verſ.* 16.

4. Plus proſicit correptio apud prudentem, quam centum plagæ apud ſtultum. *Prov.* 17. *v.* 10.

5. Perverſi difficilè corriguntur, & ſtultorum infinitus eſt numerus. *Eccli.* 1. 15.

6. Conſidera opera Dei, quod nemo poſſit corrigere, quem ille deſpexit. *Eccli.* 7. *v.* 14.

CAPVT XLVIII.

Correptio æquo animo ferenda.

1. QUi odit correptionem : veſtigium eſt peccatoris : & qui timet Deum, convertetur ad cor ſuum. *Eccli.* 21. *verſ.* 7.

2. Quam bonum correptum manifeſtare pœnitentiam ! ſic enim effugies voluntarium peccatum. *Eccli.* 20. *v.* 4.

3. Vir prudens & diſciplinatus non murmurabit correptus. *Eccli.* 10. *v.* 28.

4. Non contradicas verbo veritatis ullo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. *Eccli.* 4. *v.* 30.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XLIX.

Correptionem ſuſtinentis commoda, damna repellentis.

1. EGeſtas & ignominia ei, qui deſerit diſciplinam: qui autem acquieſcit arguenti, glorificabitur. *Prov.* 13. *v.* 18.

2. Stultus irridet diſciplinam Patris ſui: qui autem cuſtodit increpationes, aſtutior fiet. *Prov.* 15. *v.* 5.

3. Auris, quæ audit increpationes vitæ, in medio ſapientum commorabitur. *Prov.* 15. *v.* 31.

4. Qui abjicit diſciplinam, deſpicit animam ſuam, qui autem acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis. *Prov.* 15. *v.* 32.

5. Viro, qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei ſuperveniet interitus, & eum ſanitas non ſequetur. *Prov.* 29. *v.* 1.

6. Via vitæ cuſtodienti diſciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat. *Prov.* 10. *v.* 17.

7. Qui odit correptionem, minuetur vita. *Eccli.* 19. *v.* 5.

8. Doctrina mala deſerenti viam vitæ: qui increpationes odit, morietur. *Prov.* 15, *v.* 10.

9. Peccator homo vitabit correptionem, & ſecundum voluntatem ſuam inveniet comparationem. *Eccli.* 32. *v.* 21.

10. Inauris aurea margaritumque fulgens, qui arguit ſapientem, & aurem obedientem. *Prov.* 25. *v.* 12.

11. Melior eſt ira riſu, quia per triſtitiam vultûs corrigitur animus delinquentis: cor ſapientum ubi triſtitia eſt, & cor ſtultorum, ubi lætitia: melius eſt à ſapiente corripi, quam ſtultorum adulatione decipi. Quia ſicuti ſonitus ſpinarum, ardentium ſub olla, ſic & riſus ſtulti: ſed & hoc vanitas. *Eccleſ.* 7. *v.* 4. 5. 6. 7.

12. Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis. *Prov.* 27. *v.* 6.

Digitized by Google

CAPVT L.

Correptionis fraternæ exempla.

1. EGreſſus (Moſes) die altero conſpexit duos Hebræos rixantes, dixitque ei, qui faciebat injuriam: quare percutis proximum tuum? qui reſpondit, quis conſtituit te principem ſuper nos? num occidere me tu vis, ſicut heri occidiſti Ægyptium? *Exo.* 2. *v.* 13. 14.

2. Miſerunt (Iſraëlitæ) nuncios ad omnem tribum Beniamin, qui dicerent: cur tantum nefas in vobis repertum eſt: tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, ut moriantur, & auferatur malum de Iſraël. *Iud.* 20. *v.* 12. 13.

3. Accedens Elias ad omnem populum ait: uſquequò claudicatis in duas partes? Si Dominus eſt Deus ſequimini eum, ſi autem Baal, ſequimini eum, & non reſpondit ei populus verbum. 3. *Reg.* 18. *verſ.* 21.

4. Tobias increpat eos dicens: nolite ita loqui, quoniam filii Sanctorum ſumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo. *Tob.* 2. *v.* 17. 18.

5. Hæc mandat omnis populus Domini; quæ eſt iſta tranſgreſſio? cur reliquiſtis Dominum Deum Iſraël, ædificantes altare ſacrilegum, & à cultu illius recedentes? *Ioſue.* 22. *v.* 16.

6. Iratus ſum nimis, cum audiſſem clamorem eorum ſecundum verba hæc, cogitavitque cor meum mecum, & increpavi optimates & magiſtratus, & dixi eis: uſuraſné ſinguli à fratribus veſtris exigitis, & congregavi adverſum me concionem magnam. 2. *Eſdra.* 5. *v.* 6. 7.

7. Egi cauſam adverſus magiſtratus, & dixi: quare dereliquimus domum Dei? 2. *Eſdra* 13. *v.* 11.

8. Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali! ex abundantia enim cordis os loquitur. *Matt.* 12. *v.* 34.

9. Herodes tenuit Joannem & alligavit eum, & poſuit in carcerem propter Herodiadem uxorem fratris ſui. dicebat enim ei Joannes: non licet tibi habere eam. *Matt.* 14. *v.* 3. 4.

10. Prædixi & prædico, ut præſens & nunc abſens iis, qui ante pec-

peccaverunt, & cæteris omnibus, quoniam ſi venero iterum, non parcam. An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus? qui in vobis non infirmatur, ſed potens eſt in vobis? 2. *Cor.* 13. *v.* 2. 3.

11. Tu filius ejus (Nabuchodonoſoris) Balthaſar non humiliaſti cor tuum, cum ſcires hæc omnia, ſed adversùm dominatorem cæli elevatus es, & vaſa domus ejus allata ſunt coram te, & tu, & optimates tui, & uxores tuæ, & concubinæ tuæ, vinum bibiſtis in eis: Deos quoque argénteos, aureos, & æreos, & terreos ligneoſque & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque ſentiunt, laudaſti. Porrò Deum, qui habet flatum tuum in manu ſua, & omnes vias tuas, non glorificaſti. Idcircò ab eo miſſus eſt articulus manus, quæ ſcripſit hoc: quod exaratum eſt. *Dan.* 5. *v.* 22. 23. 24.

12. Reſpondens alter (latro) increpabat eum (ſocium ſuum) dicens, neque tu times Deum, quod in eadem dãmnatione es. Et nos quidem juſtè, nam digna factis recipimus, hic verò nil mali geſſit. *Luc.* 23. *v.* 40. 41.

CAPUT LI.

Vitia Charitati oppoſita, & primò odium Dei & proximi.

1. OMnes, qui me oderunt, diligunt mortem. *Prov.* 6. *verſ.* 16.

2. Nonne qui oderunt te Domine, oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? *Pſ.* 138. *v.* 21.

3. Oderat Eſau Jacob pro benedictione, qua benedixerat ei Pater, dixitque in corde ſuo: venient dies luctus Patris mei, & occidam Jacob fratrem meum. *Gen.* 27. *v.* 41.

4. Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfectè abominati ſunt. *Amos* 5. *v.* 10.

5. Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. *Matt.* 24. *v.* 9.

6. Si mundus vos odit, ſcitote, quia me priorem vobis odio habuit. *Joan.* 15. *v.* 18.

7. Odio

Digitized by Google

7. Odio habuerunt me gratis. *Ibidem v. 25.*

8. Qui non diligit, manet in morte: omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt, & ſcitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſemetipſo manentem. 1. *Joan. 3. verſ.* 14. 15.

9. Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt uſque adhuc. Qui diligit fratrem ſuum in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt; qui autem odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit, quò eat, quia tenebræ excæcarunt oculos ejus. 1. *Joan. 2. v. 9. 11.*

Vide ſupra c. 9.

CAPVT LII.

Acediæ damna, pœnæ, exempla.

1. IN pigritiis humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perſtillabit domus. *Eccli.* 10. *v.* 18.

2. In lapide luteo lapidatus eſt piger, & omnes loquentur ſuper aſpernatione illius: de ſtercore boum lapidatus eſt piger: & omnis qui tetigerit eum, excutiet manus. *Eccli.* 22. *v.* 1. 2.

3. Stultus complicat manus ſuas, & comedit carnes ſuas dicens: melior eſt pugillus cum requie, quam plena utraque manus cum labore, & afflictione animi. *Eccle.* 4. *v.* 5. 6.

4. Vidiſti virum velocem in opere ſuo? coram regibus ſtabit, nec erit ante ignobiles. *Prov.* 22. *v.* 29.

5. Iſraelitæ tædio mannæ, cibique cæleſtis, quis (inquiunt) dabit nobis ad veſcendum carnes? recordamur piſcium, quos comedebamus in Ægypto gratis. In mentem nobis veniunt cucumeres & pepones, porrique & cæpæ & allia: anima noſtra arida eſt, nil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi man. *Num.* 11. *v.* 5.

6. Tædere cæpit populum itineris ac laboris, locutuſque contra Dominum & Moſen ait: cur eduxiſti nos de Ægypto, ut moreremur in ſolitudine? quamobrem miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes. *Num.* 21. *v.* 5. 6.

7. Jonas fæda agitatus tempeſtate deſcendit ad interiora navis, & dormiebat ſopore gravi. *Jona* 1. *v.* 5. 6.

S. Cum

Digitized by Google

8. Cùm dormirent homines, venit inimicus ejus, & ſuperſeminavit zizania in medio tritici, & abiit. *Matt.* 13. *verſ.* 25.

9. Dormientes Virgines, quarum lampades non fuerant ornatæ ante adventum Sponſi, excluduntur ab æternis nuptiis. *Matt.* 25. *verſ.* 13.

CAPUT LIII.

Invidiæ cauſa & effecta.

1. INvidiâ diaboli mors introivit in orbem terrarum imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius. *Sap.* 2. *v.* 24. 25.

2. Parvulum occidit invidia. *Job.* 5. *v.* 2.

3. Neque cum invidia tabeſcente iter habebo: quoniam talis homo non erit particeps Sapientiæ. *Sap.* 6. *v.* 25.

4. Quod ſi zelum amarum habetis, & ſint contentiones in cordibus veſtris: nolite gloriari, & mendaces eſſe adverſus veritatem, non eſt enim iſta ſapientia deſurſum deſcendens; ſed terrena, animalis, diabolica: ubi enim zelus & contentio, ibi inconſtantia, & omne opus pravum. *Iacob.* 3. *v.* 14. 15. 16.

5. Quod ſi invicem mordetis & comeditis, videte ne ab invicem conſumamini. *Gal.* 5. *v.* 15.

6. Vita carnium, ſanitas cordis; putredo oſſium invidia. *Prov.* 14. *v.* 30.

7. Vir qui feſtinat ditari, & aliis invidet, ignorat quod egeſtas ſuperveniet ei. *Prov.* 28. *v.* 23.

CAPUT LIV.

Exhortationes ad cavendam invidiam.

1. SIcut in die honeſtè ambulemus, non in contentione & æmulatione. *Rom.* 13. *v.* 13.

Digitized by Google

2. Manifeſta ſunt opera carnis, contentiones, æmulationes, diſſenſiones, ſectæ, invidiæ, & his ſimilia, quæ prædico vobis, ſicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. *Gal.* 5. *v.* 21.

3. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes. *Gal.* 5. *v.* 26.

4. Deponentes omnem malitiam, invidiam, &c. 1. *Pet.* 2. *v.* 1.

5 Contemplatus ſum omnes labores, & induſtrias animadverti patere invidiæ proximi: & in hoc ergò vanitas, & cura ſuperflua eſt. *Eccleſ.* 4. *v.* 4.

CAPVT LV.

Exempla invidiæ.

1. LOcupletatus eſt homo (Iſaac) & ibat proficiens atque ſuccreſcens, donec magnus vehementer effectus eſt; habuit quoque poſſeſſiones ovium, & armentorum & familiæ plurimùm. Ob hoc invidentes ei Palæſtini, omnes puteos, quos foderant ſervi Patris illius Abraham, illo tempore obſtruxerunt, implentes humo. *Gen.* 26. *v.* 13. 14. 15.

2. Videntes autem fratres ejus, quod à Patre (Joſeph) plus cunctis filiis amaretur, oderunt eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. *Gen.* 37. *v.* 4.

3. Iratus eſt autem Saul nimis, & diſplicuit in oculis ejus ſermo iſte, dixitque: dederunt David decem millia, & mihi mille dederunt, quid ei ſupereſt, niſi ſolum regnum? non rectis ergò oculis Saul aſpiciebat David à die illa & deinceps. 1. *Reg.* 18. *v.* 8. 9.

4. Sciebat, quod per invidiam tradidiſſent eum. *Matt.* 27. *v.* 18.
Ita & Abel paſſus invidiam. *Gen.* 4. *v.* 6.
Joſeph ibidem. *cap.* 37. *v.* 8. *David.* 2. *Regum.* 18. *v.* 8. *S. Paulus ad Philip.* 1. *v.* 15. & alii in Scripturis paſſim.

C A-

Digitized by Google

CAPUT LVI.

Diſcordiæ cauſa, effecta, exempla.

1. CUm defecerint ligna, extinguetur ignis: & ſuſurrone ſubtracto, jurgia conquieſcunt, ſicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, ſic homo iracundus ſuſcitat rixas. *Prov.* 26. *v.* 20. 21.

2. Cum ſit inter vos zelus & contentio, nonne carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis. 1. *Cor.* 3. *v.* 3.

3. Jurgati ſunt, & commoti dixerunt inter gentes: non addet ultra, ut habitet in eis. *Thren.* 4. *v.* 15.

4. Sex ſunt, quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima ejus, proferentem mendacia, teſtem fallacem, & eum qui ſeminat inter fratres diſcordias. *Prov.* 6. *v.* 16. 19.

5. Facta eſt rixa inter paſtores gregum Abram & Loth. *Gen.* 13. *verſ.* 7.

6. Litigabant Judæi ad invicem dicentes: quomodo hic poteſt nobis carnem ſuam dare ad manducandum? *Ioan.* 6. *v.* 53. *Vide invidia & contentio.*

CAPUT LVII.

Contentionis occaſio, damna, pœna.

1. VIr ſapiens, ſi cum ſtulto contenderit, ſive iraſcatur, ſive rideat, non inveniet requiem. *Prov.* 29. *v.* 9.

2. Non litiges cum homine potente, ne fortè incidas in manus illius. Non contendas cum viro locuplete, ne forte contra te conſtituat litem tibi. Multos enim perdidit aurum & argentum, & uſque ad cor Regum extendit, & convertit. Non litiges cum homine linguato, & non ſtrues in ignem ejus ligna. *Eccli.* 8. *v.* 1. 2. 3. 4.

3. Homo iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. *Eccli.* 28. *v.* 11.

Digitized by Google

4. Ne contendas adversùs hominem fruſtra, cùm ipſe tibi nihil mali fecerit. *Prov.* 3. *v.* 30.

5. Honor eſt homini, qui ſeparat ſe à contentionibus: omnes autem ſtulti miſcentur contumeliis. *Prov.* 20. *v.* 3.

6. Abſtine te à lite, & minues peccata. *Eccli.* 28. *v.* 10.

7. Et ei, qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. *Matt.* 5. *v.* 40.

8. Ejice deriſorem, & exibit cum eo jurgium, ceſſabuntque cauſæ & contumeliæ. *Prov.* 22. *v.* 10.

9. Qui ſe jactat & dilatat, jurgia concitat. *Prov.* 28. *v.* 25.

10. Semper jurgia quærit malus, angelus autem crudelis mittetur contra eum. *Prov.* 17. *v.* 11.

11. Labia ſtulti miſcent ſe rixis, & os ejus jurgia provocat. *Prov.* 18. *v.* 6.

12. Ubi zelus & contentio, ibi inconſtantia & omne opus pravum. *Iac.* 3. *v.* 16.

13. Certamen feſtinatum incendit ignem, & lis feſtinans effundit ſanguinem; & lingua teſtificans adducit mortem. *Eccli.* 28. *verſ.* 13.

14. Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum jurgio. *Prov.* 17. *v.* 1.

15. Homo apoſtata omni tempore jurgia ſeminat; huic extemplò veniet perditio ſua; & ſubitò conteretur: nec habebit ultrà medicinam. *Prov.* 6. *v.* 15.

CAPUT LVIII.

Contentionis prohibitio.

1. NIhil per contentionem, neque per inanem gloriam. *Phil.* 2. *v.* 3.

2. Noli contendere verbis, ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubverſionem audientium. 2. *Tim.* 2. *v.* 14.

3. Stultas & ſine diſciplina quæſtiones de vita, ſciens quia generant lites: ſervum autem Domini non oportet litigare. 2. *Tim.* 2. *verſ.* 23. 24.

Digitized by Google

4. Si quis videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei. 1. *Cor.* 11. *v.* 16.

5. Frater cum fratre judicio contendit, & hoc apud infideles? jam quidem omninò delictum eſt in vobis, quod judicia habetis inter vos. Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? ſed vos injuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. 1. *Cor.* 6. *verſ.* 7.

CAPUT LIX.

Rixarum cauſa, effecta, pœna.

1. VIr iracundus provocat rixas, & qui ad indignandum eſt facilis, ad peccandum proclivior erit. *Prov.* 29. *verſ.* 22.

2. Cum iracundo non facias rixam, & cum audace non eas in deſertum; quoniam quaſi nihil eſt ante illum ſanguis, & ubi non eſt adjutorium, elidet te. *Eccli.* 8. *v.* 19.

3. Effuſio ſanguinis in rixa ſuperborum, & maledictio illorum auditus gravis. *Eccli.* 27. *v.* 16.

4. Sicut qui apprehendit auribus canem; Sic qui tranſit impatiens, & commiſcetur rixæ alterius. *Prov.* 26. *v.* 17.

Vide verbo Diſcordia, Iracundia.

CAPUT LX.

Bellorum cauſa, peccatum eſt.

1. QUis dedit in direptionem Jacob & Iſraël vaſtantibus? nonne Dominus ipſe, cui peccavimus! & noluerunt in viis ejus ambulare, nec audierunt legem ejus, & effudit ſuper eum indignationem furoris ſui, & forte bellum, & combuſcit eum in circuitu, & non cognovit, & ſuccendit eum & non intellexit. *Iſa.* 42. *v.* 23. 24. 25.

2. Utinam attendiſſes mandata mea: facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & juſtitia tua ſicut gurgites maris, & fuiſſet quaſi arena ſemen tuum, & ſtirps uteri tui, ut lapilli ejus,

non

Digitized by Google

non interiſſet & non fuiſſet attritum nomen ejus à facie mea. *Iſa.* 48. *v.* 18. 19.

3. Cauſam viduæ non judicarunt, cauſam pupilli non dixerunt, & judicium pauperum non judicaverunt: nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus, aut ſuper gentem hujuſcemodi non ulciſcetur anima mea? *Jer.* 5. *v.* 28. 29.

CAPVT LXI.

Finis belli, emendatio.

1. ADhuc paululum modicumque, & conſummabitur indignatio & furor meus ſuper ſcelus eorum. *Iſa.* 10. *v.* 25.

2. Ecce dominator exercituum Dominus confringet laguneulam in terrore, & excelſi ſtatura ſuccidentur, & ſublimes humiliabuntur. *Iſa.* 10. *v.* 33.

3. Contrivit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium cædentem populos in indignatione plaga inſanabili, ſubjicientem in furore gentes, perſequentem crudeliter. *Iſa.* 14. *v.* 5. 6. 7.

4. Animæquior eſto populus Dei memorabilis Iſraël: venundati eſtis gentibus, non in perditionem, ſed propter quod in ira ad iracundiam provocaſtis Dominum, traditi eſtis adverſariis. *Baruch.* 4. *verſ.* 5. 6.

CAPVT LXII.

Animandus ad bellum juſtum miles.

1. SI exieris ad bellum contra hoſtes tuos, & videris equitatus & currus, & majorem quam tu habeas, adverſarii exercitus multitudinem, non timebis eos: quia Dominus Deus tuus tecum eſt: appropinquante jam prælio ſtabit Sacerdos ante aciem, & ſic loquetur ad populum. Audi Iſraël vos hodie contra inimicos veſtros pugnam committitis, non pertimeſcat cor veſtrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos: quia Dominus Deus veſter in medio

veſtri

Digitized by Google

veſtri eſt, & pro vobis contra adverſarios dimicabit, ut eruat vos de periculo. *Deut.* 20. *v.* 1. 2. 3. 4.

2. Viriliter agite, & confortamini: nolite timere nec paveatis ad conſpectum eorum: quia Dominus Deus ipſe eſt ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet: & Dominus, qui ductor eſt veſter, ipſe erit tecum: non dimittet nec derelinquet te: noli timere, nec paveas. *Deut.* 31. *v.* 6. 8.

3. Adhæreatis Domino Deo veſtro; quod feciſtis uſque in diem hanc: & tunc auferet Dominus Deus in conſpectu veſtro gentes magnas & robuſtiſſimas, & nullus vobis reſiſtere poterit: unus è vobis perſequetur hoſtium mille viros: quia Dominus Deus veſter pro vobis ipſe pugnabit ſicut pollicitus eſt, hoc tantùm diligentiſſimè præcavete, ut diligatis Dominum Deum veſtrum. *Joſue* 23. *verſ.* 8. 9. 10. 11.

4. Dixit David ad nuncium: hæc dices Joab: non te frangat iſta res, varius enim eventus eſt belli, nunc hunc nunc illum conſumit gladius, conforta bellatores tuos adverſus urbem, & deſtrues eam, & exhortare eos. 2. *Reg.* 11. *v.* 25.

5. Viriliter agite, & confortamini, nolite timere, nec paueatis Regem Aſſyriorum, & univerſam multitudinem, quæ eſt cum eo: multò enim plures nobiſcum ſunt, quam cùm illo: cum illo enim eſt brachium carneum: nobiſcum Dominus Deus noſter, qui auxiliator eſt noſter, pugnatque pro nobis. 2. *Paral.* 32. *v.* 7. 8.

6. Hæc dicit Dominus vobis: nolite timere: nec paveatis hanc multitudinem, non eſt enim veſtra pugna, ſed Dei: cras deſcendetis contra eos, aſcenſuri enim ſunt per clivum nomine Sis, & invenietis illos in ſummitate torrentis, qui eſt contra ſolitudinem Ieruel. Non eritis vos, qui dimicabitis, ſed tantummodo confidenter ſtate, & videbitis auxilium Domini ſuper hos ô Juda & Jeruſalem! nolite timere, nec paveatis, cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiſcum. 2. *Paral.* 20. *v.* 15. 16. 17.

7. Nolite timere à facie eorum. Domini magni & terribilis mementote & pugnate pro fratribus veſtris, & uxoribus veſtris, & domibus veſtris. In loco quocunque audietis clangorem tubæ, illuc concurrite ad nos. Deus noſter pugnabit pro nobis. 2. *Eſdra* 4. *verſ.* 14. 20.

8. Ut

8. Ut viderunt exercitum venientem ſibi obviam, dixerunt Judæ: quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem tantam, & tam fortem, & nos fatigati ſumus jejunio hodie, & ait Judas: facile eſt multos concludi in manus paucorum; & non eſt differentia in conſpectu Dei cæli liberare in multis & in paucis: quoniam non in multitudine exercitûs victoria belli, ſed de cælo fortitudo eſt. Ipſi veniunt ad nos in multitudine contumaci, & ſuperbia, ut diſperdant nos, & uxores noſtras, & filios noſtros, & ut ſpolient nos: nos verò pugnabimus pro animabus noſtris, & legibus noſtris: & ipſe Dominus conferet eos ante faciem noſtram: vos autem ne timeritis eos. 1. *Mach.* 3. *v.* 17. 18. 19. 20. 21. 22.

9. Et ait Judas accingimini, & eſtote filii potentes, & eſtote parati in manè, ut pugnetis adverſus nationes has, quæ convenerunt adverſus nos, diſperdere nos, & Sancta noſtra; quoniam melius eſt nos mori in bello, quàm videre mala gentis noſtræ & Sanctorum. Sicut autem fuerit voluntas in cælo, ſic fiat. 1. *Mach.* 3. *v.* 58. 59. 60.

10. Et ait Judas: viris qui ſecum erant: ne timueritis multitudinem eorum, & impetum eorum ne formidetis. Mementote qualiter ſalvi facti ſunt Patres noſtri in mari rubro, cum ſequeretur eos Pharao cum exercitu multo; & nunc clamemus in cælum, & miſerebitur noſtri Dominus, & memor erit Teſtamenti Patrum noſtrorum, & conteret exercitum iſtum ante faciem noſtram hodie: & ſcient omnes gentes, quia eſt, qui redimet & liberet Iſrael. 1. *Mach.* 4. *v.* 8. 9. 10. 11.

CAPUT LXIII.

Orationes tempore belli pro victoria obtinenda.

1. Domine non eſt apud te ulla diſtantia, utrum in paucis auxilieris, an in pluribus, adjuva nos Deus noſter: in te enim, & in tuo nomine habentes fiduciam, venimus contra hanc multitudinem. 2. *Paral.* 14. *v.* 11.

2. Peccavimus cum Patribus noſtris, injuſtè egimus, iniquitatem fecimus. Tu quia pius es miſerere noſtri, aut in tuo flagello vindica iniquitates noſtras, & noli tradere confitentes te populo, qui ignorat te, ut non dicant inter gentes, ubi eſt Deus eorum? *Iud.* 7. *v.* 19. 20.

3. Tu

Digitized by Google

3. Tu es Deus noſter, qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen eſt tibi: erige brachium tuum ſicut ab initio, & allide virtutem illorum in virtute tua, cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt ſe violare Sancta tua. *Judith* 9. v. 10. 11.

4. Et nunc Domine Rex Deus Abraham miſerere populi tui, quia volunt nos inimici noſtri perdere, & hæreditatem tuam delere; ne deſpicias partem tuam, quam redemiſti tibi. *Eſther* 13. *verſ.* 15.

5. Mi Domine Deus quid dicam videns Iſraëlem hoſtibus ſuis terga vertentem? & quid facies magno nomini tuo? *Joſue* 7. *verſ.* 8. 9.

6. Percute dorſa inimicorum noſtrorum, & qui oderunt nos, non conſurgant. *Deut.* 33. *v.* 11.

7. Domine Deus cæli & terræ intuere ſuperbiam inimicorum noſtrorum, & reſpice ad noſtram humilitatem, & faciem Sanctorum tuorum; attendeq; & oſtende, quoniam non derelinquis præſumentes de te, & præſumentes de ſe, & de ſua virtute gloriantes humilias. *Judith* 6. *v.* 15.

8. Diſperge eos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine. *Pſ.* 58. *v.* 12.

9. Deus meus pone eos ut rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti. *Pſ.* 82. *v.* 14.

10. Irruat ſuper eos formido, & pavor in magnitudine brachii tui. *Exo.* 15. *v.* 16.

CAPUT LXIV.

Scandali malitia & pœna.

1. QUi decipit juſtos in via mala, in interitu ſuo corruet: & ſimplices poſſidebunt bona ejus. *Prov.* 28. *v.* 10.

2. Quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domini: propter verbum hoc filius, qui natus eſt tibi morte morietur. 2. *Reg.* 12. *verſ.* 14.

3. Qui Scandalizaverit unum de puſillis, qui in me credunt, expedit ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur;

in profundum maris, væ mundo à ſcandalis: neceſſe enim eſt, ut veniant ſcandala. Veruntamen væ homini illi, per quem ſcandalum venit. *Matt.* 18. *v.* 6. 7.

CAPUT LXV.

Quantoperè vitârit ſcandalum Chriſtus, Apoſtolus, Eleazarus.

1. VT non ſcandalizemus eos, vade ad mare; & mitte hamum: & piſcem, qui primus aſcenderit, tolle: & aperto ore ejus invenies ſtaterem: illum ſumens da eis pro me & te. *Matt.* 12. *verſ.* 27.

2. Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum; ne fratrem meum ſcandalizem. 1. *Cor.* 8. *v.* 13.

3. Devitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ miniſtratur à nobis; providemus enim bona, non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus. 2. *Cor.* 8. *v.* 20. 21.

4. Non enim ætati noſtræ, inquit, dignum eſt fingere, ut multi adoleſcentium, arbitrantes Eleazarum eò annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum, & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam atque execrationem meæ ſenectuti conquiram. 2. *Mach.* 6. *v.* 24. 25.

CAPVT LXVI.

Monita ad cavendum Scandalum activum & paſsivum.

1. NOn ergò amplius nos invicem judicemus, ſed hoc judicate magis, nè ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum. Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur, jam non ſecundùm charitatem ambulas, noli cibo tuo illum perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt. *Rom.* 14. *v.* 13. 15.

2. Videte, ne fortè hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis. 1. *Cor.* 8. *v.* 9.

3. Si

Digitized by Google

3. Si quis dixerit: hoc immolatum eſt idolis: nolite manducare propter illum, qui indicavit & propter conſcientiam. Conſcientiam autem dico non tuam, ſed alterius. Sine offenſione eſtote Judæis & gentibus, & Eccleſiæ Dei. Sicut & ego per omnia, omnibus placeo, non quærens, quod mihi utile eſt, ſed quod multis, ut ſalvi fiant. *1. Cor.* 10. *v.* 28.

4. Nemini dantes ullam offenſionem, ut non vituperetur miniſterium noſtrum. *2. Cor. 6. v.* 3.

5. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. *1. Theſ.* 5. *v.* 22.

6. Rogo vos, fratres, ut obſervetis eos, qui diſſenſiones, & offendicula propter doctrinam, quam vos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis. *Rom.* 16. *v.* 17.

7. Cave ne unquam cum habitatoribus terræ illius jungas amicitias, quæ ſint tibi in ruinam. *Levit.* 34. *v.* 12.

CAPUT LXVII.

Non curandum Scandalum Phariſaicum.

1. ACcedentes diſcipuli ejus dixerunt ei: Scis, quia Phariſæi audito verbo hoc, ſcandalizati ſunt? *Matt.* 15, *v.* 12.

2. At ille reſpondens ait: omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus, eradicabitur. *Ibidem v.* 13.

3. Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum, cæcus autem ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foveam cadent. *Ibidem. v.* 14.

CAPUT LXVIII.

Donum Sapientiæ (quæ teſte S. Thomâ 2. 2. q. 45. reſpondet charitati) in quo conſiſtat.

1. DIlectio Dei honorabilis Sapientia. *Eccli.* 1. *v.* 14.

2. Plenitudo Sapientiæ eſt timere Deum. *Eccli.* 1. *v.* 20.

3. Conſummatio timoris Dei ſapientia & ſenſus. *Eccli.* 21. *v.* 13.

4. Ecce timor Domini ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo, intelligentia. *Job.* 28. *v.* 28.

Digitized by Google

5. Initium ſapientiæ timor Domini. *Eccli.* 1. *v.* 16.

6. Initium illius veriſſima eſt diſciplinæ concupiſcentia. *Sap.* 6. *verſ.* 18.

CAPVT LXIX.

Auctor Sapientiæ Deus.

1. FOns Sapientiæ verbum Dei in excelſis: & ingreſſus illius mandata æterna. *Eccli.* 1. *v.* 5.

2. Ego Sapientia effudi flumina; ego quaſi trames aquæ immenſæ de fluvio; ego quaſi fluvii Dioryx, & ſicut aquæductus exivi de Paradiſo. *Eccli.* 24. *v.* 40. 41.

3. Mihi dedit Deus dicere ex ſententia, & præſumere digna horum quæ mihi dantur; quoniam ipſe ſapientiæ dux eſt, & ſapientium emendator; in manu enim illius & nos, & ſermones noſtri, & omnis ſapientia, & operum ſcientia, & diſciplina. *Sap.* 7. *v.* 15. 16.

4. Corona Sapientiæ timor Domini replens pacem, & ſalutis fructum: utraque autem ſunt dona Dei. *Eccli.* 22. *v.* 23.

5. Sperabam quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret Sapientiam. Sed ut video, Spiritus eſt in hominibus, & inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam. *Job* 32. *v.* 7. 8.

6. Vapor eſt virtutis Dei, & emanatio eſt quædam claritatis omnipotentis Dei ſincera, & ideò nihil inquinatum in eam incurrit. *Sap.* 7. *v.* 25.

CAPVT LXX.

Sapientiæ qualitates & conditiones variæ.

1. QUæ deſurſum eſt Sapientia, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordiâ & fructibus bonis, judicans ſine ſimulatione. *Jacobi* 3. *v.* 17.

2. Benignus eſt Spiritus Sapientiæ. *Sap.* 1. *v.* 6.

3. Sapientia ubi invenitur, & quis eſt locus intelligentiæ? abyſſus

dicit

Digitized by Google

dicit non eſt in me, & mare loquitur non eſt mecum. *Job.* 28. *v.* 12.

4. Unde ergò Sapientia venit? & quis eſt locus intelligentiæ? abſcondita eſt ab oculis omnium viventium, volucres quoque cæli latet: perditio & mors dixerunt: auribus noſtris audivimus famam ejus. *Job.* 28. *v.* 20. 21. 22.

5. Radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine Sanctorum detentio mea. *Eccli.* 24. *v.* 16.

6. Scientia Sapientis tanquam inundatio abundabit, & conſilium ejus ſicut fons vitæ permanet. *Eccli.* 21. *v.* 16.

7. Sapientia doctrinæ ſecundùm nomen eſt ejus, & non eſt multis manifeſta, quibus ante cognita eſt, permanet uſque ad conſpectum Dei. *Eccli.* 6. *v.* 23.

CAPUT LXXI.

Sapientiam acquirendi modus.

1. FIlli à juventute tua excipe doctrinam, & uſque ad canos invenies Sapientiam. *Eccli.* 6. *v.* 18.

2. Cum adhuc junior eſſem, priuſquam oberrarem, quæſivi Sapientiam palàm in oratione mea, ante templum poſtulabam pro illa, & uſque in noviſsimis inquiram eam. *Eccli.* 51. *v.* 18. 19.

3. Concupiſcite ſermones meos, diligite illos, & habebitis diſciplinam. Clara eſt, & quæ nunquam marceſcit Sapientia, & facilè videtur ab his, qui diligunt eam, & invenitur ab his, qui quærunt eam. Præoccupat qui ſe concupiſcunt, ut his ſe prior oſtendat. *Sap.* 6. *verſ.* 12. 13. 14.

4. In tentatione ambulat cum eo, & inprimis eligit eum. Timorem & metum & probationem adducet ſuper illum, & cruciabit eum in tribulatione doctrinæ ſuæ: donec tentet eum in cogitationibus ſuis, & credat animæ illius. Et firmabit illum, & iter adducet directum ad eum, & lætificabit illum. Et denudabit abſconſa ſua illi, & theſaurizabit ſuper illum ſcientiam, & intellectum juſtitiæ. *Eccli.* 4. *verſ.* 18. 19. 20.

5. Animam meam direxi ad illam, & in agnitione inveni eam. *Eccli.* 51. *v.* 27.

Digitized by Google

6. In malevolam animam non introibit Sapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Spiritus enim Sanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu, & corripietur à ſuperveniente iniquitate. *Sap.* 1. *v.* 4. 5.

7. Per nationes in animas ſanctas ſe transfert. *Sap.* 7. *v.* 27.

8. Optavi, & datus eſt mihi ſenſus, & invocavi, & venit in me Spiritus Sapientiæ. *Sap.* 7. *v.* 7.

9. Et ut Scivi, quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat Sapientiæ, ſcire cujus eſſet hoc donum: adii Dominum, & deprecatus ſum illum: & dixi ex totis præcordiis meis, &c. *Sap.* 8. *v.* 21.

10. Manus meas extendi in altum. *Eccli.* 51. *v.* 26.

11. Sapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens, & in Prophetis vacabit. Cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum & in conſpectu Altiſſimi deprecabitur. Aperiet os ſuum in oratione, & pro delictis ſuis deprecabitur. *Eccli.* 39. *v.* 1. 6. 7.

12. Si Sapientiam invocaveris, & inclinaveris cor tuum prudentiæ, ſi quæſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam: tunc intelliges timorem Dei, & ſcientiam invenies. *Prov.* 2. *verſ.* 3. 4. 5.

13. Conſiliatus ſum enim, ut facerem illam. Zelatus ſum bonum, & non confundar. Colluctata eſt anima mea in illa, & in faciendo eam confirmatus ſum. *Eccli.* 51. *v.* 24. 25.

14. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. *Pſ.* 110. *v.* 10.

15. Fili concupiſcens ſapientiam conſerva juſtitiam, & Deus præbebit eam tibi. *Eccli.* 1. *v.* 33.

16. Piè agentibus dedit Sapientiam. *Eccli.* 43. *v.* 37.

17. Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè aſſiduus eſto, & ipſe tibi dabit cor, & concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi. *Eccli.* 6. *v.* 37.

18. Qui timet Dominum, faciet bona: & qui continens eſt juſtitiæ, apprehendet eam. *Eccli.* 15. *v.* 1.

19. Sapientia ſcribæ in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu ſapientiam percipiet. *Eccli.* 38. *v.* 25.

CA-

Digitized by Google

CAPVT LXXII.

Sapientæ effecta & ſigna in animo, corpore, & bonis externis.

1. VEnerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius. Lætatus ſum in omnibus, quoniam antecedebat me iſta Sapientia & ignorabam, quoniam horum omnium mater eſt. *Sap.* 7. *v.* 11.

2. Sapientia filiis ſuis vitam inſpirat; & ſuſcipit inquirentes ſe, & præibit in via juſtitiæ. Qui tenuerint illam; vitam hæreditabunt, & quò introibit benedicet Deus. *Eccli.* 4. *v.* 12. 14.

3. Si credideris illi, hæreditabis illam. *Eccli.* 4. *v.* 17.

4. Statuet filios ſuos ſub tegmine illius, & ſub ramis ejus morabitur, protegetur ſub tegmine illius à fervore, & in gloria ejus requieſcet. *Eccli.* 14. *v.* 26. 27.

5. Per ſapientiam ſanati ſunt, quicunque placuerunt tibi Domine ab initio. *Sap.* 9. *v.* 19.

6. Si ſapiens fueris, tibimetipſi eris, ſi autem illuſor, ſolus portabis malum. *Prov.* 9. *v.* 12.

CAPVT LXXIII.

Ejuſdem effecta in intellectu & voluntate.

1. ATtingit à fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaviter. *Sap.* 8. *v.* 1.

2. Si Sapientiam invocaveris, & inclinaveris cor tuum prudentiæ. Tum intelliges juſtitiam, judicium, æquitatem, & omnem ſemitam rectam, ſi intraverit Sapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit; conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſervabit te, ut eruaris à via mala, & ab homine, qui perverſa loquitur. *Prov.* 2. *verſ.* 3. 9. 10. 11. 12.

3. Manus meas extendi in altum, & inſipientiam ejus luxi, ani-animam meam direxi ad illam, & in agnitione inveni eam. Poſſedi

cum

Digitized by Google

cum ipſa cor ab initio, propter hoc non derelinquar. *Eccli.* 51. *v.* 26. 27. 28.

4. Cibabit illum pane vitæ & intellectûs, & aquâ Sapientiæ ſalutaris potabit illum, & firmabitur in illo, & non flectetur: in medio Eccleſiæ aperiet os ejus, & adimplebit eum Spiritu Sapientiæ & intellectûs, & ſtolâ gloriæ veſtiet eum. *Eccli.* 15. *v.* 3. 5.

5. Si juſtitiam quis diligit: labores hujus magnas habent virtutes: Sobrietatem enim & prudentiam docet, & juſtitiam & virtutem, quibus nihil utilius eſt in vita hominibus. *Sap.* 8. *v.* 7.

CAPVT LXXIV.

Dulcedinem cordis, quietem, conſolationem, & conſtantiam parit.

1. INtrans in domum meam conquieſcam cum ea: non enim habet amaritudinem converſatio illius, nec tædium convictus ejus; ſed lætitiam & gaudium. *Sap.* 8. *v.* 16.

2. In noviſſimis invenies requiem in ea, & convertetur tibi in oblectationem. *Eccli.* 6. *v.* 29.

3. Viæ ejus viæ pulchræ, & omnes ſemitæ ejus pacificæ. Lignum vitæ eſt his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus. *Prov.* 3. *v.* 17. 18.

4. Et qui illam diligit, diligit vitam: & qui vigilaverint ad illam, complectentur placorem ejus. *Eccli.* 4. *v.* 13.

5. Obviabit ei quaſi mater honorificata, & quaſi mulier à virginitate ſuſcipiet eum. *Eccli.* 15. *v.* 2.

6. Et denudabit abſconſa ſua illi, & theſaurizabit ſuper illum ſcientiam, & intellectum juſtitiæ. *Eccli.* 4. *v.* 21.

7. In amicitia illius delectatio bona. *Sap.* 8. *v.* 18.

8. Lætetur anima veſtra in miſericordia ejus, & non confundemini in laude ipſius. *Eccli.* 51, *v.* 37.

9. Propoſui hanc adducere mihi ad convivendum: ſciens quoniam mecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis & tædii mei. *Sap.* 8. *v.* 9.

10. Et firmabitur in illo & non flectetur, & continebit illum, & non confundetur. *Eccli.* 15. *v.* 3. 4.

C A-

Digitized by Google

CAPUT LXXV.

Honorem & gloriam conciliat.

1. COllaudabunt multi ſapientiam ejus, & uſque in ſæculum non delebitur: non recedet memoria ejus, & nomen ejus requiretur à generatione in generationem. Sapientiam ejus enarrabunt gentes, & laudem ejus enunciabit Eccleſia. *Eccli.* 39. *v.* 12. 13. 14.

2. Servo ſenſato liberi ſervient. *Eccli.* 10. *v.* 28.

3. Doctrina ſua noſcetur vir: qui autem vanus & excors eſt, patebit comtemptui. *Prov.* 12. *v.* 8.

4. Vir Sapiens implebitur benedictionibus, & videntes illum laudabunt: Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit vivens in æternum. *Eccli.* 37. *v.* 27. 29.

5. Qui ſerviunt ei obſequentes erunt Sancto; & eos, qui diligunt eam, diliget Deus. Qui audit eam, judicabit gentes, & qui intuetur eam, permanebit confidens. *Eccli.* 4. *v.* 15. 16.

6. Exaltabit illum apud proximos ſuos, & in medio Eccleſiæ aperiet os ejus, jucunditatem & exultationem theſaurizabit ſuper eum & nomine æterno hæreditabit illum. *Eccli.* 15. *v.* 6. 7.

7. Amicos Dei, & Prophetas conſtituit. *Sap.* 7. *v.* 27.

8. Sapientia juſtum deduxit per vias rectas & oſtendit illi regnum Dei, & dedit illi ſcientiam ſanctorum: honeſtavit illum in laboribus, & complevit labores illius. *Sap.* 10. *v.* 10.

CAPUT LXXVI.

Bona fortuna cumulat.

1. INfinitus theſaurus eſt hominibus. *Sap.* 7. *v.* 14.

2. Si divitiæ appetuntur in vita, quid Sapientiâ locupletius, quæ operatur omnia? *Sap.* 8. *v.* 5.

3. In operibus manuum illius honeſtas ſine defectione. *Ibidem. verſ.* 18.

Digitized by Google

4. Sapientia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur. In doctrina replebuntur cellaria, univerſa ſubſtantia pretioſa & pulcherrima. *Prov.* 24. *v.* 3. 4.
5. Aſſumite diſciplinam in multo numero argenti, & copioſum aurum poſſidete in ea. *Eccli.* 51. *v.* 36.
6. Mecum ſunt divitiæ & gloria, opes ſuperbæ, & juſtitia, ut ditem diligentes me, & theſauros illorum repleam. *Prov.* 8. *v.* 18. 21.

CAPVT LXXVII.

Qui eam repudiat miſer eſt, qui inquirit beatus.

1. SApientiam & diſciplinam qui abjicit, infelix eſt, & vacua eſt ſpes illorum, & labores ſine fructu, & inutilia opera eorum. Mulieres eorum inſenſatæ ſunt, & nequiſſimi filii illorum: maledicta creatura eorum. *Sap.* 3. *v.* 11. 13.
2. Si quis erit conſummatus inter filios hominum, ſi ob eo abſuerit Sapientia tua, in nihilum computabitur. *Sap.* 9. *v.* 6
3. Qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit, aſſidentem enim illam foribus ſuis inveniet. Cogitare ergo de illa ſenſus eſt conſummatus; & qui vigilaverit propter illam, citò ſecurus erit. Quoniam dignos ſeipsâ circuit quærens, & in viis oſtendit ſe iis hilariter, & in omni providentia occurrit illis. *Sap.* 6. *v.* 14. 15. 16. 17.
4. Quibus apparuerit in viſu, diligunt eam in viſione, & in agnitione magnalium ſuorum. *Eccli.* 1. *v.* 15.

CAPVT LXXVIII.

Sapiens libenter auditur, prodeſt verbo, conſilio, exemplo.

1. VErba Sapientum audiuntur in ſilentio, plus quàm clamor Principis inter ſtultos. *Eccle.* 9. *v.* 17.
2. Vir ſapiens plebem ſuam erudit, & fructus ſenſus illius fideles ſunt. *Eccli.* 37. *v.* 26.

3. Si

Digitized by Google

3. Si Dominus magnus voluerit Spiritu intelligentiæ replebit eum. Et ipſe tanquam imbres emittet eloquia Sapientiæ ſuæ, & in oratione confitebitur Domino. Ipſe palam faciet diſciplinam doctrinæ ſuæ, & in lege teſtamenti Domini gloriabitur. *Eccli.* 39. *v.* 8. 9. 11.

4. Multitudo Sapientium ſanitas eſt orbis terrarum: & Rex ſapiens ſtabilimentum populi eſt. *Sap.* 6. *v.* 26.

5. Ornamentum aureum prudenti doctrina. & quaſi brachiale, in brachio dextro. *Eccli.* 21. *v.* 24.

CAPVT LXXIX.

Antitheſes Sapientem inter & inſipientem.

1. HOmines ſtulti non apprehendent eam & homines ſenſati obviabunt ei, homines ſtulti non videbunt eam, longè enim abeſt à ſuperbia & dolo. Viri mendaces non erunt ejus memores, & viri veraces invenientur in illa, & ſucceſſum habebunt uſque ad inſpectionem Dei. *Eccli.* 15. *v.* 7. 8.

2. Sapientia callidi eſt intelligere viam ſuam, & imprudentia ſtultorum errans. *Prov.* 14. *v.* 8.

3. Stultitia gaudium ſtulto, & vir prudens dirigit greſſus ſuos. *Prov.* 15. *v.* 21.

4. Callidus videt malum, & abſcondit ſe; innocens pertranſiit & afflictus eſt damno. *Prov.* 22. *v.* 3.

5. Vidi quod tantum præcederet Sapientia ſtultitiam, quantum differt lux à tenebris. Sapientis oculi in capite ejus, ſtultus in tenebris ambulat. *Eccle.* 1. *v.* 13. 14. *Vide part.* 4. *c.* 13.

CAPVT LXXX.

Variæ ad Sapientiam cohortationes.

1. O Viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum, intelligite parvuli aſtutiam, & inſipientes animadvertite. Accipite diſciplinam meam, & non pecuniam, doctrinam magis, quàm

aurum eligite, melior eſt enim Sapientia cunctis pretioſiſſimis, & omne deſiderabile ei non poteſt comparari. *Prov.* 8. *v.* 4. 5. 10.

2. Si quis eſt parvulus, veniat ad me, & inſipientibus locuta eſt, venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis. Relinquite infantiam, & vivite, & ambulate per vias prudentiæ. *Prov.* 9. *v.* 4. 5. 6.

3. Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domum diſciplinæ. Quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his? animæ veſtræ ſitiunt vehementer. Aperui os meum, & locutus ſum, comparate vobis ſine argento, & collum veſtrum ſubjicite jugo, & ſuſcipiet anima veſtra diſciplinam: in proximo eſt enim invenire eam. *Eccli.* 51. *v.* 31. 32. 33. 34.

4. Dic Sapientiæ, ſoror mea es, & voca prudentiam amicam tuam, ut cuſtodiat te â muliere extranea, & ab aliena, quæ verba ſua dulcia facit. *Prov.* 7. *v.* 4. 5.

5. Poſſide Sapientiam, quia auro melior eſt, & acquire prudentiam, quia pretioſior eſt argento. *Prov.* 16. *v.* 16.

6. Audi fili & accipe conſilium intellectus, & ne abjicias conſilium meum, injice pedem tuum in compedes ejus, & in torques ejus collum tuum. & erunt tibi compedes ejus in proteſtationem fortitudinis, & baſes virtutis, & torques illius in ſtolam gloriæ. Decor enim vitæ eſt in illa, & vincula ejus alligatura ſalutaris: ſtolam gloriæ indues eam, & coronam gratulationis ſuperpones tibi. *Eccli.* 6. *v.* 24. 25. 29. 30. 31. 32.

7. Veritatem eme, & noli vendere ſapientiam & doctrinam, & intelligentiam. *Prov.* 23. *v* 23.

8. Stude ſapientiæ, fili mi, & lætifica cor meum, ut poſsim exprobranti reſpondere ſermonem. *Prov.* 27. *v.* 11.

9. Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis, & hæreditas mea ſuper mel & favum. *Eccli.* 24. *v.* 26. 27.

C A-

CAPVT LXXXI.

Iaculatoria pro impetranda Sapientia.

1. DA mihi Domine ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis. *Sap. 9. v. 4.*

2. Mitte Sapientiam de cælis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ, ut mecum ſit, & mecum laboret, ut ſciam, quid acceptum ſit apud te. *Sap. 9. v. 4.*

3. Senſum tuum ô Domine quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris ſpiritum ſanctum tuum de altiſſimis, & ſic correctæ ſint ſemitæ eorum, qui ſunt in terris, & quæ tibi placent didicerint homines? Nam per ſapientiam ſanati ſunt, quicunque placuerunt tibi Domine à principio. *Sap. 9. v. 17. 18. 19.*

De Inſipientia *vide partis ſequentis caput 13.*

PARS IV.

Prudentia & vitia oppoſita.

PRÆFATIO.

1. PRudentia à providendo vel porro videndo latinis dicta; primò accipitur generatim pro omni notitia veri. Secundò propriè pro virtute proximè directrice morum, quæ definitur: Habitus agendi vera cum ratione, circa ea, quæ homini bona ſunt vel mala; hæc dividitur immediatè in perſonalem, qua quis in ſingulis actionibus ſpectat, quid agere oporteat, pro-

Digitized by Google

prium bonum intendens, & in gubernatricem, cujus ſpecies ſunt, æconomia, politica, legiſlatrix, & militaris. Perſonalis prudentia abſolutè, & ſimpliciter prudentia dicitur, gubernatrix non abſolutè, ſed cum adjuncto, ut æconomica, civilis, militaris.

2. Actus prudentiæ ſive officia tria numerantur: primum eſt bene conſultare, & inquirere media: ſecundum benè judicare de mediis inventis: tertium præcipere ſivè imperare, ut ea, quæ judicata ſunt, perficiantur. De ſingulis documenta S. Paginæ afferentur: de integrantibus autem prudentiæ partibus, & de ſubjectivis, (ut & aliarum virtutum) diſtinctus titulus non proponetur; quia quoad rem cum ipſis virtutibus conveniunt, ut etiam partes potentiales prudentiæ, ut benè notat Leſsius *lib.* 1. *de prudentia cap.* 2. *dub.* 3.

3. Prudentiæ opponitur imprudentia multiplex, ut inſipientiæ ſapientia, quam non incongruè huic parti immediate præmiſſam eſſe patebit ex ſequentibus.

CAPVT PRIMVM.

Adhortatio ad veram Prudentiam.

1. ESTOTE prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. *Matt.* 10. *v.* 16.

2. Volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo. *Rom.* 16. *v.* 19.

3. In die bona fruere bonis, & malam diem præcave. *Eccleſ.* 7. *verſ.* 15.

4. Eſtote prudentes & vigilate in orationibus. 1. *Pet.* 4. *v.* 7. *Vide dicta de Sapientia. cap.* 80.

Digitized by Google

CAPVT II.

Fructus & effectus veræ prudentiæ.

1. ERuditus in verbo reperiet bona : & qui ſperat in Deo beatus eſt. *Prov.* 16. *v.* 20.

2. Sapiens timet & declinat à malo ſtultus tranſilit & confidit. *Prov.* 14. *v.* 16.

3. Callidus vidit malum, & abſcondit ſe, innocens pertranſiit, & afflictus eſt damno. *Prov.* 22. *v.* 3.

4. Fruſtra jacitur rete ante oculos pennatorum. *Prov.* 1. *v.* 17.

5. Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus. *Prov.* 27. *v.* 19.

Vide dicta de Sapientia. cap. 72.

CAPVT III.

Prudentia humana incerta & fallax.

1. COgitationes enim mortalium timidæ, & incertæ providentiæ noſtræ. *Sap.* 9. *v.* 14.

2. Eſt via quæ videtur homini juſta: noviſſima autem ejus ducunt ad mortem. *Prov.* 14. *v.* 12.

3. Qui confidit in corde ſuo ſtultus eſt: qui autem graditur ſapienter ipſe ſalvabitur. *Prov.* 28. *v.* 26.

4. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos. Ne ſis ſapiens apud te ipſum, time Deum, & recede à malo. *Prov.* 3. *v.* 5. 6. 7.

5. Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. *Rom.* 12. *v.* 16.

6. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. *Iſaiæ* 5. *v.* 21.

Digitized by Google

CAPVT IV.

Damnatur Prudentia Impiorum.

1. NOn eſt Sapientia nequitiæ diſciplina; & non eſt cogitatus peccatorum prudentia. *Eccli.* 19. *v.* 19.

2. Eſt nequitia & ipſa execratio: & eſt inſipiens qui minuitur ſapientia: melior eſt homo, qui minuitur ſapientia & deficiens ſenſu in timore; quàm qui abundat ſenſu, & tranſgreditur legem Altiſſimi. *Eccli.* 19. *v.* 20. 21.

3. Stultus populus meus me non cognovit filii inſipientes ſunt & vecordes: ſapientes ſunt, ut faciant mala: benè autem facere neſcierunt. *Ier.* 4. *v.* 22.

4. Sapientia hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum: ſcriptum eſt enim: comprehendam Sapientes in aſtutia eorum, & iterum: Dominus novit cogitationes ſapientium, quoniam vanæ ſunt. 1. *Cor.* 3. *verſ.* 19. 20.

5. Perdam ſapientiam ſapientum & prudentiam prudentum reprobabo. Ubi ſapiens? ubi ſcriba? ubi conquiſitor hujus ſæculi? nonnè ſtultam fecit Deus Sapientiam hujus mundi. 1. *Cor.* 1. *v.* 19. 20.

6. Qui ſecundùm carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt, qui verò ſecundùm ſpiritum ſunt, quæ ſunt ſpiritûs ſentiunt, nam prudentia carnis mors eſt, prudentia autem ſpiritûs vita & pax: quoniam ſapientia carnis inimica eſt Deo, legi enim Dei non eſt ſubjecta, nec enim poteſt, qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. *Rom.* 8. *v.* 5. 6. 7. 8.

7. Fiduciam habuiſti in malitia tua, & dixiſti: non eſt qui videat me: ſapientia tua & ſcientia tua hæc decepit te. Veniet ſuper te malum & neſcies ortum ejus. *Iſaia* 47. *v.* 10. 11.

CA-

Digitized by Google

CAPVT V.

Exempla Prudentiæ.

1. IN omnibus quoque viis ſuis David prudenter agebat, & Dominus erat cum eo: vidit itaque Saul quòd prudens eſſet nimis & cœpit cavere eum. 1. *Reg.* 18. *v.* 14. 15.

2. A principio autem egreſsionis eorum prudentiùs ſe gerebat David, quàm omnes ſervi Saul, & celebre factum eſt nomen ejus nimis. 1. *Reg.* 18. *v.* 30.

3. Diem conſtituerunt (Judas & Nicanor) qua ſecretò inter ſe agerent; & ſingulis ſellæ prolatæ ſunt, & poſitæ. Præcepit autem Judas armatos eſſe locis opportunis ne fortè ab hoſtibus repentè mali aliquid oriretur, & congruum colloquium fecerunt. 2. *Mach.* 14. *v.* 21. 22.

4. Stupebant omnes, qui eum audiebant ſuper prudentia & reſponſis eius. *Luc.* 2. *v.* 47.

5. Laudavit Dominus villicum, iniquitatis, quia prudenter feciſſet; quia filii huius ſæculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt. *Luc.* 16. *v.* 8.

CAPUT VI.

Jaculatoriæ orationes pro impetranda prudentia.

1. EMitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua. *Pſ.* 42. *v.* 3.

2. Averte oculos meos ne videant vanitatem, in via tua vivifica me. *Pſ.* 118.

3. Quoniam tu illuminas lucernam meam: Domine Deus illumina tenebras meas. *Pſ.* 17.

4 Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es Salvator meus, & te ſuſtinui tota die. *Pſ.* 24.

5. Proba me Deus & ſcito cor meum, interroga me & cognoſce ſemitas meas, & vide ſi via iniquitatis in me eſt, & deduc me in via æterna. *Pſ.* 138

CAPUT VII.

Prudentiæ officia rectè conſulere, judicare, exequi: Conſilii cauſa & effecta.

1. EGo Sapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus. Meum eſt conſilium & æquitas, mea eſt prudentia. *Prov.* 8. *v.* 12. 14.

2. Vir peritus multos erudivit, & animæ ſuæ ſuavis eſt, & ſapiens animæ ſuæ ſapiens, & fructus ſenſus illius laudabilis. *Eccli.* 37. *v.* 22. 25.

3. Via ſtulti recta in oculis ejus, qui autem ſapiens eſt audit conſilia. *Prov.* 12. *v.* 15.

4. Qui agunt omnia cum conſilio, reguntur Sapientiâ, aſtutus omnia agit cum conſilio, qui autem fatuus eſt, aperit ſtultitiam. *Prov.* 13. *v.* 10. 16.

5. Diſſipantur cogitationes, ubi non eſt conſilium: ubi verò ſunt plures conſiliarii confirmantur. *Prov.* 15. *v.* 22.

6. Fili ſine conſilio nil facias, & poſt factum non pœnitebis. *Eccli.* 32. *v.* 24.

7. Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnem actum conſilium ſtabile. *Eccli.* 37. *v.* 20.

8. Salus, ubi multa conſilia. *Prov.* 11. *v.* 14.

9. Aurum & argentum eſt conſtitutio pedum: & ſuper utrumque conſilium beneplacitum. *Eccli.* 40. *v.* 25.

10. Unguento & variis odoribus delectatur cor, & bonis amici conſiliis anima dulcoratur. *Prov.* 27. *v.* 9.

CAPUT VIII.

Conſilium à quibus petendum?

1. SCientia ſapientis tanquam inundatio abundabit, & conſilium ejus ſicut fons vitæ permanet. *Eccli.* 2. *v.* 16.

2. Cum viro ſancto aſſiduus eſto, quemcunque noveris obſervantem

vantem timorem Dei; cujus anima eſt ſecundùm animam tuam: qui cum titubaveris in tenebris, condolebit tibi. *Eccli.* 37. *v.* 15. 16.

3. Secundùm virtutem tuam cave te à proximo tuo, & cum ſapientibus & prudentibus tracta. *Eccli.* 9. *v.* 21.

4. Conſilium ſemper à ſapiente perquire. *Tob.* 4. *v.* 19.

5. Et cor boni conſilii ſtatue tecum; non eſt enim tibi aliud pluris illo: anima viri ſancti enunciat aliquando vera, quàm ſeptem circumſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum. *Eccli.* 37. *v.* 17. 18.

6. Et in his omnibus deprecare Altiſſimum, ut dirigat in veritate viam tuam. *Eccli.* 37. *v.* 19.

CAPVT IX.

Multorum Conſilium inutile, noxium, fraudulentum.

1. NOli conſiliari cum eo, qui tibi inſidiatur, & à zelantibus & à zelanti te abſconde conſilium, omnis conſiliarius prodit conſilium, ſed eſt conſiliarius in ſemetipſo, à conſiliario ſerva animam tuam, prius ſcito, quæ ſit illius neceſſitas, & ipſe enim animo ſuo cogitabit; ne fortè mittat ſudem in terram, & dicat tibi, bona eſt via tua, & ſtet è contrario videre, quid tibi eveniat. *Eccli.* 37. *v.* 7. 8. 9. 10. 11.

2. Cum fatuis conſilium non habeas, non enim poterunt diligere, niſi quæ eis placent: coram extraneo ne facias conſilium, neſcis enim quid pariet: non omni homini cor tuum manifeſtes, ne fortè inferat, tibi gratiam falſam, & convitietur tibi. *Eccli.* 8. *v.* 20. 21. 22.

3. Multi pacifici ſint tibi, & conſiliarius ſit tibi unus de mille. *Eccli.* 6. *v.* 6.

4. Ova aſpidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt, qui comederit de ovis eorum morietur, & quod confotum eſt, erumpet in regulum. Telæ eorum non erunt in veſtimentum, neque operientur operibus ſuis, opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. *Iſa.* 59. *v.* 5. 6.

5. Verbum nequam immutabit cor, ex quo partes quatuor oriuntur,

Digitized by Google

tur, bonum & malum, vita & mors. *Eccli.* 37. *v.* 21.

6. Conſilia impiorum fraudulenta. *Prov.* 12. *v.* 5.

7. Fili mi, ſi te lactaverint peccatores, ne acquieſcas eis. *Prov.* 1. *v.* 10.

8. Qui decipit juſtos in via mala, in interitu ſuo corruet: ſimplices poſſidebunt bona ejus. *Prov.* 28. *v.* 10.

CAPUT X.

Conſilium impiorum peribit.

1. QUi diſſipat cogitationes malignorum, ne poſsint implere manus eorum, quod ceperant, qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium pravorum diſsipat: per diem incurrent tenebras, & quaſi in nocte, ſic palpabunt in meridie. *Job.* 5. *v.*12. 13. 14.

2. Stulti facti ſunt Principes Taneos, emarcuerunt Principes Mempheos, deceperunt Ægyptum, angulum populorum ejus: Dominus miſcuit in medio ejus ſpiritum vertiginis: & errare fecerunt Ægyptum in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius & vomens. *Iſ.* 19, *verſ.* 13. 14.

3. Hæc dicit Dominus Deus: non ſtabit & non erit iſtud. *Iſ.* 7. *verſ.* 7.

4. Et dirumpetur Spiritus Ægypti in viſceribus ejus, & conſilium ejus præcipitabo: & interrogabunt ſimulacra ſua, & divinos ſuos, & pythones, & ariolos. *Iſ.* 19. *v.* 3.

5. Congregamini populi, & vincimini, & audite univerſæ procul terræ; confortamini & vincimini: inite conſilium & diſſipabitur; loquimini verbum & non fiet: quia nobiſcum Deus. *Iſ.* 8. *v.* 9. 10.

6. Non eſt Sapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum. *Prov.* 21. *v.* 30.

CA-

CAPUT XI.

Dei Conſilium Permanebit.

1. JUravit Dominus exercituum dicens: ſi non, ut putavi, ita erit, & quomodo mente tractavi, ſic eveniet hoc conſilium, quod cogitavi ſuper omnem terram, & hæc eſt manus extenta ſuper univerſas gentes. Dominus enim exercituum decrevit, & quis poterit infirmare? & manus ejus extenſa, & quis avertet eam? *Iſ.* 14. *v.* 24. 26. 27.

2. Ab initio ego ipſe, & non eſt, qui de manu mea eruat; operabor & quis avertet illud? *Iſ.* 43. *v.* 15.

3. Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. *Iſa.* 46. *verſ.* 10.

4. Nunc itaque dico vobis, diſcedite ab hominibus iſtis, & ſinite illos: quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium hoc, aut opus, diſſolvetur: ſi verò ex Deo eſt, non poteritis diſſolvere illud, ne fortè & Deo repugnare inveniamini: conſenſerunt autem ei. *Act.* 5. *verſ.* 38. 39.

5. Dominus diſſipat conſilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia Principum; conſilium autem Domini in æternum manet; cogitationes cordis ejus in generatione & generationem. *Pſ.* 32. *v.* 10. 11.

CAPUT XII.

Deus & Presbyteri conſulendi. Conſilii neglecti pœna.

1. PRo hoc (id eſt pro Joſue) ſi quid agendum erit, Eleazar ſacerdos conſulet Dominum: ad verbum ejus egredietur, & ingredietur ipſe & omnes filii Iſraël cum eo, & cætera multitudo. *Num.* 27. *v.* 21.

2. Clamabitis in die illa à facie Regis veſtri, quem elegiſtis vobis, & non audiet vos Dominus in die illa, quia petiſtis vobis Regem: noluit

Noluit autem populus audire vocem Samuëlis, ſed dixerunt: nequaquam Rex enim erit ſuper nos, & erimus nos quoque ſicut omnes gentes, & judicabit nos Rex noſter, & egredietur ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis. 1. *Reg.* 8. *v.* 18. 19. 20.

3. Poſtquam obiit Joiada, ingreſſi ſunt Principes Juda, & adoraverunt Regem, qui delinitus obſequiis eorum acquievit eis, & dereliquerunt templum Domini Dei Patrum ſuorum. 2. *Paral.* 24. *v.* 17. 18.

4. Nolite aſcendere, non enim eſt Dominus vobiſcum, ne corruatis coram inimicis veſtris. Amalecites & Chananæus ante vos ſunt, quorum gladio corruetis, eo quod nolueritis acquieſcere Domino, nec erit Dominus vobiſcum. At illi contenebrati aſcenderunt in verticem montis, deſcenditque Amalecites & Chananæus, qui habitabat in monte, & percutiens eos atque concidens perſecutus eſt eos uſque Horma. *Num.* 14. *v.* 42. 43. 44. 45.

5. Dereliquit (Roboam) conſilium Senum, quod dederant ei, & adhibuit adoleſcentes, qui nutriti fuerant cum eo, & aſsiſtebant ei. 3. *Reg.* 12. *v.* 8.

6. Conſilium meum Rex placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum: Forſitan ignoſcet delictis tuis. *Dani.* 4. *v.* 24.

CAPUT XIII.

Imprudentiæ & inſipientiæ effecta, ſigna, atque alia adjuncta.

1. REx inſipiens perdet populum ſuum, & civitates habitabuntur per ſenſum potentium. *Eccli.* 10. *v.* 3.

2. Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus, ſapiens differt & reſervat in poſterum. *Prov.* 29. *v.* 11.

3. Labor ſtultorum affliget eos, qui neſciunt in urbem pergere. *Eccli.* 10. *v.* 15.

4. Per tria movetur terra, & quartum non poteſt ſuſtinere: per ſervum cum regnaverit, per ſtultum cùm ſaturatus fuerit cibo. *Prov.* 30. *v.* 21. 22.

5. Su-

Digitized by Google

5. Super plumbum quid gravabitur? & quod illi aliud nomen quam fatuus? arenam & ſalem & maſſam ferri facilius eſt ferre, quàm hominem imprudentem, & fatuum & impium. *Eccli.* 22. *v.* 17. 18.

6. Qui prius reſpondet quàm audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignum. *Prov.* 18. *v.* 13.

7. Stultus quoque ſi tacuerit ſapiens reputabitur: & ſi compreſſerit labia ſua intelligens. *Prov.* 17. *v.* 28.

8. Ne reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis. Reſponde ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur. *Prov.* 26. *v.* 4. 5.

9. Judicium determinat cauſas, & qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat. *Ibidem v.* 10.

10. Qui docet fatuum, quaſi qui conglutinat teſtam. Qui narrat verbum non audienti, quaſi qui excitat dormientem de gravi ſomno. Cum dormiente loquitur, qui enarrat ſtulto ſapientiam: & in fine narrationis dicet, quis eſt hic? *Eccli.* 22. *v.* 7. 8. 9.

Vide p. 3. C. 79.

PARS V.

Iuſtitia & vitia oppoſita.

PRÆFATIO.

1. QVemadmodum ſapientia dupliciter accipitur, primò pro rectitudine intellectus generali, ad benè judicandum de omnibus rebus. Deinde ſtrictè pro certo intellectûs habitu, qui ob ſingularem ſuam perfectionem dicitur ſapientia. Ita & juſtitia latè ſumitur pro generali rectitudine voluntatis, ut pluribus declaratum eſt præfatione partis 5. Libri 2. deinde ſtrictè & propriè

priè atque ita accepta *Iuſtitia eſt habitus, qui inclinat voluntatem ad conſtanter & perpetuò tribuendum cuique jus ſuum*, ſive ut inquit Auguſtinus: *Iuſtitia eſt virtus quæ ſua cuique tribuit.* Lib. 10. de civitate Dei cap. 1. itaque Iuſtitia, licèt verſetur primariò circa ſolas actiones rectè ad alterum diſponendas: nihilominus tamen verſatur etiam circa res ipſas, quæ ſunt materia actionum: non autem verſatur primariò circa paſsiones moderandas: ſicut fortitudo & temperantia, niſi quatenus iſtarum paſsionum moderatio eſt ſæpè medium neceſſarium ad proprium finem juſtitiæ conſequendum.

2. Partes juſtitiæ ſubjectivæ, ſive ſpecies ejus ſunt juſtitia commutativa & diſtributiva. Integrales partes numerantur à S. Thoma. 2. 2. q. 79. art. 1. iſtæ duæ, facere bonum & declinare à malo. Vbi bonum non ea latitudine ſumitur, quæ omnibus virtutibus competit, quibus universè commune eſt bonum amplecti, & malum declinare. Sed preſsè prout bonum alteri eſt debitum. Itaque facere bonum, ut eſt pars juſtitiæ, eſt æqualitatem ſervare in illis, quæ ad alterum ſpectant; declinare autem à malo, eſt æqualitatem eam non corrumpere.

3. Partes Iuſtitiæ poteſtativæ ſunt duplices vel enim in iis non eſt debitum legale & rigoroſum; ſed tantùm morale ſive ex decentia: cui ex morum honeſtate ſatisfieri debet. Et hujuſmodi partes ſunt gratitudo, vindicatio, veritas, affabilitas, liberalitas & æquitas: vel non obſervatur omninò abſolutè æqualitas dati & accepti, ſed tantùm ſecundùm quid; licèt debitum ſit verè legale, & majus ac altius, quàm propriè dictæ juſtitiæ, ita ut ob ejus excellentiam, non poſsit reddi æqualitas; hujuſmodi partes ſunt religio, pietas, obſervantia, & obedientia. Dicuntur autem hæ partes poteſtativæ,

Digitized by Google

ſtativæ: quia deficiunt à vera ratione juſtitiæ propriiſſimè dictæ, in qua propriè ſervatur æqualitas, & retinent tantùm ſimilitudinem aliquam illius; harum omnium vitia oppoſita ſuis diſtinguentur locis, ut omnia & ſingula clariùs eluceſcant.

CAPUT PRIMUM.

Encomia & effecta Iuſtitiæ univerſim ac ſpeciatim.

1. SI ſequaris juſtitiam, apprehendes illam: & indues quaſi poderem honoris, & habitabis cum ea, & proteget te in ſempiternum, & in die agnitionis invenies firmamentum; volatilia ad ſibi ſimilia conveniunt, & veritas ad eam gentem, quæ illam operatur, revertetur. *Eccli.* 27. *v.* 9. 10.

2. Juſti in perpetuum vivent, & apud Dominum eſt merces eorum, & cogitatio illorum apud Altiſſimum: ideò accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini, quoniam dextera ſua teget eos, & brachio ſancto ſuo defendet eos. *Sap.* 5. *v.* 16. 17.

3. In reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in die illa juſtus judex: non ſolùm autem mihi, ſed & iis, qui diligunt adventum ejus. 2. *Tim.* 4. *v.* 8.

4. Qui ſequitur juſtitiam & miſericordiam, inveniet vitam, juſtitiam, & gloriam. *Prov.* 21. *v.* 21.

5. Fugit impius nemine perſequente: juſtus autem quaſi leo confidens ſine terrore erit. *Prov.* 28. *v.* 1.

6. In abundanti juſtitia virtus maxima eſt: cogitationes autem impiorum eradicabuntur. Domus juſti plurima fortitudo & in fructibus impii conturbatio. *Prov.* 15. *v.* 5. 6.

7. In memoria æterna erit juſtus, ab auditione mala non timebit. *Pſ.* 111. *v.* 7.

8. Oculi Domini ſuper juſtos, & aures ejus in preces eorum. Clamaverunt juſti, & Dominus eos exaudivit, & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. *Pſ.* 33. *v.* 16. 18.

Digitized by Google

CAPVT II.

Antitheſes variæ inter juſtum & impium.

1. BEnedictio Domini ſuper caput juſti; os autem impiorum operit iniquitas, memoria juſti cum laudibus, & nomen impiorum putreſcet: Sapiens corde præcepta ſuſcipit, ſtultus cæditur labiis: qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter: qui autem depravat vias ſuas, manifeſtus erit: vena vitæ os juſti, & os impiorum operit iniquitatem. *Prov.* 10. *v.* 6. 7. 8. 9. 11.

2. In bonis juſtorum exultabit civitas, & in perditione impiorum erit laudatio: benedictione juſtorum exaltabitur civitas, & ore impiorum ſubvertetur. Deſiderium juſtorum omne bonum eſt, præſtolatio impiorum furor. *Prov.* 21. *v.* 10. 11. 23.

3. Non roborabitur homo ex impietate, & radix juſtorum non commovebitur. Cogitationes juſtorum judicia, & conſilia impiorum fraudulenta. Verba impiorum inſidiantur ſanguini, os juſtorum eos liberabit. Verte impios & non erunt, domus autem juſtorum permanebit. *Prov.* 12. *v.* 3. 5. 6. 7.

4. Lux juſtorum lætificat, lucerna autem impiorum extinguetur, juſtus comedit & replet animam ſuam, venter autem impiorum inſaturabilis. *Prov.* 13. *v.* 9. 25.

5. Domus impiorum delebitur, tabernacula autem juſtorum permanebunt. *Prov.* 14. *v.* 11.

6. Longè eſt Deus ab impiis, & orationes juſtorum exaudiet. *Prov.* 15. *v.* 29.

7. Facere miſericordiam & judicium magis placet Domino quàm victimæ. *Prov.* 21. *v.* 3.

CAPVT III.

Injuſtitia omnis prohibetur à Deo.

1. NOlite facere iniquum aliquid in judicio, in regula, in pondere, in menſura. *Lev.* 19. *v.* 35.

2. Non habebis in ſacculo diverſa pondera, majus & minus: nec

crit

erit in domo tua modius major, & minor. Pondus habebis juſtum & verum, & modius æqualis & verus tibi erit: ut multo vivas tempore ſuper terram, quam Dominus Deus dederit tibi: abominatur enim Dominus Deus eum, qui facit hæc, & averſatur omnium injuſtitiam. *Deut.* 25. *v.* 13. 14. 15. 16.

3. Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum, non morabitur opus mercenarii tui apud te uſque manè. *Lev.* 19. *verſ.* 13.

4. Non eſt bonum, damnum inferre juſto. *Prov.* 17. *v.* 26.

5. Non placeat tibi injuria injuſtorum, ſciens quoniam uſque ad inferos non placebit impius. *Eccli.* 9. *v.* 17.

6. Maledictus, qui transfert terminos proximi ſui, & dicet omnis populus, Amen. *Deut.* 27. *v.* 17.

7. Viduam & pupillum & advenam & pauperem nolite calumniari: & malum vir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo. *Zach.* 7. *v.* 10.

CAPVT IV.

Iudicabitur à Deo & punietur.

1. SI videris calumnias egenorum, & violenta judicia, & ſubverti juſtitiam in provincia, non mireris ſuper hoc negotio, quia excelſo excelſior eſt alius, & ſuper hoc quoque eminentiores ſunt alii, & inſuper univerſæ terræ Rex imperat ſervienti.

2. Omnis violenta prædatio cum tumultu, & veſtimentum mixtum ſanguine, erit in combuſtionem & cibus ignis. *Iſ.* 9. *v.* 5.

3. Ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. *Job.* 15. *v.* 34.

4. Regnum à gente in gentem transfertur, propter injuſtitias, & injurias, & contumelias, & diverſos dolos. *Eccli.* 10. *v.* 8.

5. Qui ædificat domum ſuam impendiis alienis, quaſi qui colligit lapides ſuos in hyeme. *Eccli.* 21. *v.* 9.

Digitized by Google

CAPVT V.

Præſertim verò Injuſtitia Iudicum & aliorum Magiſtratuum.

1. PRincipes tui infideles ſocii furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillo non judicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad illos. Propter hoc, ait Dominus Deus exercituum fortis Iſraël: heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis. *Iſ.* 1. *v.* 29. 24.

2. Væ qui juſtificatis impium pro muneribus, & juſtitiam juſti auſertis ab eo, propter hoc ſicut devorat ſtipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, ſic radix eorum quaſi fayilla erit, & germen eorum ut pulvis aſcendet, abjecerunt enim legem Domini exercituum & eloquium Sancti Iſraël blaſphemaverunt. *Iſ.* 5. *v.* 23. 24.

3. Væ qui condunt leges iniquas: & ſcribentes injuſtitiam ſcripſerunt, ut opprimerent in judicio pauperes, ut vim facerent cauſæ humilium populi mei: ut eſſent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die viſitationis & calamitatis de longè venientis? ad cujus confugietis auxilium? & ubi derelinquetis gloriam veſtram? *Iſ.* 10. *v.* 1. 2. 3.

4. Dominus ad judicium veniet, cum ſenibus populi ſui, & principibus ejus: vos enim depaſti eſtis vineam, & rapina pauperis in domo veſtra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit Dominus Deus exercituum. *Iſ.* 3. *v.* 14. 15.

5. Verè mendacium operatus eſt ſtylus mendax ſcribarum. *Ierem.* 8. *v.* 8.

CAPVT VI.

Injuria in judiciis & tribunalibus, ac muneribus accipiendis.

1. QUi convertitis in abſinthium judicium, & juſtitiam in terra relinquitis. *Amos* 5. *v.* 7.

2. Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari poteſt in bubalis,

balis, quoniam convertiſtis in amaritudinem judicium, & fructum juſtitiæ in abſinthium. *Amos* 6. *v.* 13.

3. Uſquequò judicatis iniquitatem, & facies peccatorum ſumitis? judicate egeno & pupillo, humilem & pauperem juſtificate, eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. *Pſ.* 81. *v.* 2. 3. 4.

4. Super tribus ſceleribus Iſraël, & ſuper quatuor non convertam eum, pro eo, quod vendiderit pro argento juſtum; & pauperem pro calceamentis. Qui conterunt ſuper pulverem terræ capita pauperum, & viam humilium declinant: ut violarent nomen ſanctum meum. *Amos* 2. *v.* 6. 7.

5. Non accipies perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba juſtorum. *Deut.* 16. *v.* 19.

6. Munera de ſinu impius accipit, ut pervertat ſemitas judicii. *Prov.* 17. *v.* 23.

7. Qui cognoſcit in judicio faciem, non benefacit: iſte & pro buccella panis deſerit veritatem. *Prov.* 28. *v.* 21.

CAPVT VII.

Iudicum iniquorum pœna.

1. MAledictus qui pervertit judicium advenæ, pupilli, & viduæ, & dicet omnis populus, Amen. *Deut.* 27. *v.* 19.

2. Inventi in populo meo impii, inſidiantes quaſi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. Sicut decipula plena avibus, ſic domus eorum plenæ dolo, ideò magnificati ſunt, & ditati. Incraſſati ſunt & impinguati, & præterierunt ſermones meos peſsimè. Cauſam viduæ non vindicârunt, cauſam pupilli non direxerunt, & judicium pauperum non judicârunt. Nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus? aut ſuper gentem hujuſcemodi non ulciſcetur anima mea. *Jer.* 5. *v.* 26. 27. 28. 29.

3. Judicate manè judicium, & eruite vi oppreſſum de manu calumniantis: ne fortè egrediatur ut ignis indignatio mea, & ſuccendatur & non ſit qui extinguat, propter malitiam ſtudiorum veſtrorum. *Jerem.* 21. *v.* 12.

4. Qui dicunt impio, juſtus es: maledicent eis populi, & deteſtabuntur

buntur eos tribus? *Prov. 24. verſ. 24.*

4. Qui juſtificat impium, & qui condemnat juſtum, abominabilis eſt uterque coram Domino. *Prov. 17. v. 15.*

6. Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data eſt poteſtas vobis à Domino, & virtus ab Altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur. Quoniam cùm eſſetis miniſtri regni illius, non rectè judicâſtis, neque cuſtodiſtis legem juſtitiæ, neque ambulâſtis ſecundùm Dei voluntatem. Horrendè & citò apparebit vobis, quoniam judicium duriſſimum his, qui præſunt fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim ſubtrahet perſonam cujuſquam Deus, nec verebitur magnitudinem cujuſquam, quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus; fortioribus autem fortior inſtat cruciatio. *Sap. 6. v. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.*

CAPVT VIII.

Virtutes Iudici neceſſariæ.

1. NOn ſecundùm viſionem oculorum judicabit, neque ſecundùm auditum aurium arguet, ſed judicabit in juſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ, & percutiet terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium: & erit juſtitia cingulum lumborum ejus, & fides cinctorium renum ejus. *Iſa. 11. v. 3. 4. 5.*

2. Judicium gentibus proferet: non clamabit neque accipiet perſonam; nec audietur vox ejus foris: calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet, in veritate educet judicium: non erit triſtis, neque turbulentus, donec ponat in terra judicium, & legem ejus inſulæ expectabunt. *Iſ. 42. v. 2. 3. 4.*

3. Provide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint avaritiam, & conſtitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos. *Exodi. 18. verſ. 21. 25.*

4. Juſtitiâ indutus ſum, & veſtivi me, ſicut veſtimento & diade-

mate

maté judicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & cauſam quam neſciebam, diligentiſsimè inveſtigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. *Iob. 29. v.* 14. 15. 16. 17.

5. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut diſperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem. *Pſ.* 100. *verſ.* 8

6. Dedi tibi cor ſapiens, & intelligens, in tantum, ut nullus ante te fuerit tui ſimilis, nec poſt te ſurrecturus ſit. 3. *Reg.* 3. *v.* 12.

7. Tu dominator virtutis cum tranquillitate judicas, & cum magna reverentia diſponis eos: ſubeſt enim tibi, cùm volueris poſſe. *Sap.* 12. *v.* 18.

8. Judices ſinguli ſuo nomine, quorum non eſt corruptum cor; qui non ſunt averſi à Domino, ut ſit memoria eorum in benedictione. *Eccli.* 46. *v.* 13.

9. Vovit juſtus cauſam pauperum; impius ignorat ſcientiam. *Pro.* 29. *v.* 7.

10. Et nunc Reges intelligite: erudimini, qui judicatis terram, ſervite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via juſta. *Pſ.* 2. *v.* 10. 11. 12.

11. Diligite juſtitiam, qui judicatis terram; ſentite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum. *Sap.* 1. *v.* 1

CAPVT IX.

Cauſa diligenter cognoſcenda.

1. ERue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare ne ceſſes: ſi dixeris, vires non ſuppetunt, qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit, & ſervatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini juxta opera ſua. *Prov.* 24. *verſ.* 11. 12.

2. Judicate manè judicium. *Jerem.* 21. *v.* 14.

3. Si difficile & ambiguum judicium apud te conſpexeris inter ſanguinem

Digitized by Google

guinem & ſanguinem & cauſam & cauſam, lepram & non lepram, & judicum intra portas tuas videris verba variari: Surge & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus. *Deut.* 17. *v.* 8.

4. Eumque diligentiſsimè perſcrutantes invenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium, reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitavit, & auferes malum de medio tui. *Deut.* 19. *v.* 18. 19.

5. Teſtor coram Deo & Chriſto Ieſu & electis angelis ejus, ut hæc cuſtodias ſine præjudicio nihil faciens, in alteram partem declinando. 1. *Timo.* 5. *v.* 21.

6. Priuſquam interroges, ne vituperes quenquam: & cùm interrogaveris, corripe juſtè. *Eccli.* 11. *v.* 7.

7. Dabis ſervo tuo cor docile, ut populum tuum judicare poſsit, & diſcernere inter bonum & malum; quis enim poterit judicare populum iſtum, populum tuum, hunc multum? 3. *Reg.* 3. *v.* 9.

CAPVT X.

Præmia boni judicis & fructus.

1. LAbia deoſculabitur, qui recta verba reſpondet. *Prov.* 24. *verſ.* 26.

2. Judex ſapiens judicabit populum ſuum: & principatus ſenſati ſtabilis erit. *Eccli.* 10. *v.* 1.

3. Rex, qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus in æternum firmabitur. *Prov.* 29. *v.* 14.

4. Secundùm judicem populi, ſic & miniſtri ejus: qualis eſt rector civitatis, tales & inhabitantes in ea. *Eccli.* 10. *v.* 2.

5. Munera ſuper innocentem non accepit, qui facit hæc, non movebitur in æternum. *Pſ.* 14. *v.* 5.

6. Non judices contra judicem: quoniam quod juſtum eſt judicat. *Eccli.* 8. *v.* 17.

C A-

Digitized by Google

CAPUT XI.

Varia cohortationes ad Iudices.

1. NOn ſequéris turbam ad faciendum malum, nec in judicio plurimorum acquieſces ſententiæ, ut à vero devies. Pauperis quoque non miſereberis in judicio, non declinabis in judicium pauperis. *Exo.* 23. *v.* 2. 3. 6.

2. Non facies quod iniquum eſt, nec injuſtè judicabis, non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis, juſtè judica proximo tuo. *Levi.* 19. *v.* 15.

3. Si fuerit cauſa inter aliquos, & interpellaverint judices, quem juſtum perſpexerint, illi juſtitiæ palmam dabunt, quem impium condemnabunt impietatis. *Deut.* 25. *v.* 1.

4. Judicium verum judicate, & miſericordiam, & miſerationes facite, unuſquiſque cum fratre ſuo. *Zach.* 7. *v.* 9.

5. Loquimini veritatem unuſquiſque cum proximo ſuo, veritatem & judicium pacis judicate in portis veſtris. *Zach.* 8. *v.* 16.

6. Quærite judicium, ſubvenite oppreſſo, judicate pupillo, defendite viduam. *Iſ.* 1. *v.* 17.

7. In Judicando eſto pupillis miſericors, ut pater: & pro viro matri illorum; & eris tu velut filius Altiſſimi obediens, & miſerebitur tui magis quàm mater. *Eccli.* 4. *v.* 10. 11.

8. Aperi os tuum muto, & cauſis omnium filiorum qui pertranſeunt, aperi os tuum, decerne quod juſtum eſt, & judica inopem & pauperem. *Prov.* 31. *v.* 8. 9.

9. Nolite judicare ſecundùm faciem, ſed juſtum judicium judicate. *Ioan.* 7. *v.* 24.

10. Videte quid faciatis, non enim hominis exercetis judicium, ſed Domini: & quodcunque judicaveritis in vos redundabit. Sit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite, non eſt enim apud Dominum Deum noſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum. 2. *Paral.* 19. *v.* 6. 7.

Digitized by Google

CAPVT XII.

Boni & mali judicis exempla.

1. IRatus Moyſes valdè, ait ad Dominum: ne reſpicias ſacrificia eorum: tu ſcis quòd ne aſellum quidem unquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum. *Num.* 16. *v.* 15.

2. Ibat Samuel per ſingulos annos circuiens Bethel & Galgala & Maſphat, & judicabat Iſraëlem in ſupra dictis locis. 1. *Reg.* 7. *verſ.* 15. 16.

3. Loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto ejus, utrum bovem cujuſdam tulerim, aut aſinum, ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cujuſquam munus accepi; & contemnam illud hodie, reſtituamque vobis. Et dixerunt: non es calumniatus nos, neque oppreſsiſti, neque tuliſti de manu alicujus quippiam. Dixitque ad eos: teſtis eſt Dominus adverſùm vos, & teſtis Chriſtus ejus in die hac, quia non inveneritis in manu mea quippiam. 1. *Reg.* 12. *v.* 3. 4. 5.

4. Conſtituti ſunt de populo duo ſenes judices in illo anno: de quibus locutus eſt Dominus: quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus judicibus, qui videbantur regere populum. *Dan.* 13. *v.* 5.

CAPVT XIII.

Iaculatoria judicium divinum petentis ac deprecantis.

1. IUdica me Domine ſecundùm juſtitiam meam ſuper me. *Pſ.* 7. *v.* 9.

2. Judica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta, ab homine iniquo & doloſo erue me. *Pſ.* 42. *v.* 1.

3. Judica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum, & in Domino ſperans non infirmabor. *Pſ.* 25. *v.* 1.

4. Non intres in judicium cum ſervo tuo, quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens. *Pſ.* 142. *v.* 2.

5. Surge

Digitized by Google

5. Surge Deus judica terram, quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. *Pſ.* 81. *v.* 8.

6. Ecce in cælo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis. *Job.* 16. *v.* 19.

CAPVT XIV.

Acceptio perſonarum.

1. STatera doloſa abominatio eſt apud Dominum, & pondus æquum voluntas ejus. *Prov.* 11. *v.* 1.

2. Nolite judicare ſecundùm faciem, ſed juſtum judicium judicate. *Ioan.* 7. *v.* 24.

3. Fratres mei nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriæ. Etenim ſi introierit in conventum veſtrum vir aureum annulum habens in veſte candida: introierit autem & pauper in ſordido habitu, & intendatis in eum qui indutus eſt veſte præclara, & dixeritis ei: tu ſede hîc benè: pauperi autem dicatis: tu ſta illic: aut ſede ſub ſcabello pedum meorum: nonne judicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis judices cogitationum iniquarum. *Iac.* 2. *v.* 1. 2. 3. 4.

4. Si perſonas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quaſi tranſgreſſores. *Jaco.* 2. *v.* 9.

5. Non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis: juſtè judica proximo tuo. *Levit.* 19. *v.* 15.

6. In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus; ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur juſtitiam, acceptus eſt illi. *Actor.* 10. *v.* 34.

CAPVT XV.

Injuſta Corporis læſio per homicidium & mutilationem.

1. CUm eſſet in agro conſurrexit Cain adversùs fratrem ſuum Abel, & interfecit eum. *Gen.* 4. *v.* 8.

2. Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. *Gen.* 4. *v.* 10.

3. Maledictus eris ſuper terram: quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos, vagus & profugus eris ſuper terram. *Ibidem. v.* 11. 12.

4. Quicunque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius. *Gen.* 9. *v.* 6.

5. Qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. *Apoc.* 13. *v.* 10.

6. Converte gladium tuum in locum ſuum: omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. *Matt.* 26. *v.* 52.

7. Si quis ferro percuſſerit, & mortuus fuerit qui percuſſus eſt, reus erit homicidii, & ipſe morietur: ſi lapidem jecerit & ictus occubuerit, ſimiliter punietur: ſi ligno percuſſus interierit, percuſſoris ſanguine vindicabitur. *Num.* 35. *v.* 16. 17. 18

8. Non accipies pretium ab eo, qui reus eſt ſanguinis, ſtatim & ipſe morietur. *Num.* 35. *v.* 31.

CAPVT XVI.

Corporis injuſta violatio per Adulterium & alia peccata luxuriæ, & primò gravitas hujus delicti, atque ad ejus fugam cohortatio.

1. NOn grandis eſt culpa, cùm quis furatus fuerit: Furatur enim, ut eſurientem impleat animam: deprehenſus quoque reddet ſeptuplum; & omnem ſubſtantiam domûs ſuæ tradet: qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam, perdet animam ſuam. *Prov.* 6. *v.* 30. 31. 32.

2. Sic eſt mulier omnis relinquens virum ſuum, & ſtatuens hæreditatem ex alieno matrimonio: primò enim in lege Altiſſimi incredibilis fuit: ſecundò in virum ſuum deliquit: tertiò in adulterio fornicata eſt, & ex alio viro filios ſtatuit ſibi. *Eccli.* 23. *v.* 32. 33.

3. Oculus adulteri obſervat caliginem, dicens: non me videbit oculus: & operiet vultum ſuum. Perfodit in tenebris domûs, ſicut in die

die condixerant ſibi, & ignoraverunt lucem. Si ſubitò apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis, & ſic in tenebris quaſi in luce ambulant. *Iob.* 24. *v.* 15. 16. 17.

4. Omnis homo qui tranſgreditur lectum ſuum, contemnens in animam ſuam, & dicens: quis me videt? tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit me, quem vereor? delictorum meorum non memorabitur Altiſsimus. *Eccli.* 23. *verſ.* 25. 26.

5. Attende tibi fili mi, ab omni fornicatione, & præter tuam uxorem nunquam patiaris crimen ſcire. *Tobiæ* 4. *v.* 13.

CAPVT XVII.

Pœnæ adulterii communes corpori & animo.

1. Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, ut veſtimenta illius non ardeant? aut ambulare ſuper prunas ut non comburantur plantæ ejus? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui, non erit mundus, cùm tetigerit eam. *Prov.* 6. *v.* 27. 28. 29.

2. Nolite errare, neque fornicarii, neque adulteri regnum Dei poſſidebunt. 1. *Cor.* 6. *v.* 9.

3. Fovea profunda os alienæ: cui iratus eſt Dominus, incidet in eam. *Prov.* 22. *v.* 14.

4. Hoc nefas eſt, & iniquitas maxima: ignis eſt uſque ad perditionem devorans, & omnia eradicans genimina. *Iob.* 31. *v.* 11. 12.

5. Fornicatores & adulteros judicabit Deus. *Hebr.* 13. *v.* 4.

6. Maledicta ſit pars ejus in terra, nec ambulet per viam vinearum: Ad nimium calorem, tranſeat ab aquis nivium, & uſque ad Inferos peccatum illius. Obliviſcatur ejus miſericordia, dulcedo illius vermes: non ſit in recordatione, ſed conteratur quaſi lignum infructuoſum. *Job.* 24. *v.* 18. 19. 20.

7. Hic in plateis civitatis vindicabitur, & quaſi pullus equinus fugabitur, & ubi non ſperavit apprehendetur. *Eccli.* 23. *v.* 30.

CAPVT XVIII.

Pœnæ in fama, in honore, in poſteris.

1. TUrpitudinem & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur. *Prov. 6. v. 33.*

2. Erit dedecus omnibus, eò quòd non intellexerit timorem Domini. *Eccli. 23. v. 31.*

3. Filii adulterorum in conſummatione erunt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur. Et ſi quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & ſine honore erit noviſsima ſenectus illorum. Et ſi celeriùs defuncti fuerint, non habebunt ſpem, nec in die agnitionis allocutionem. Nationis enim iniquæ diræ ſunt conſummationes. *Sap. 3. v. 16. 17. 18. 19.*

4. Multigena impiorum multitudo non erit utilis, & ſpuria vitulamina non dabunt radices altas, nec ſtabile firmamentum collocabunt. Et ſi in ramis in tempore germinaverint, infirmiter poſita, à vento commovebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur. Confringentur enim rami inconſummati, & fructus eorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Ex iniquis enim ſomnis filii, qui naſcuntur, teſtes ſunt nequitiæ adversùs parentes in interrogatione ſua. *Sap. 4. v. 3. 4. 5. 6.*

5. Filios ejus interficiam in morte. *Apoc. 2. v. 25.*

CAPVT XIX.

Exempla puniti adulterii.

1. IUdas nurum ſuum adulteram igni adjudicat. *Gen. 38. v. 24.*

2. Si declinaſti à viro tuo, atque polluta es, & concubuiſti cum altero viro, his maledictionibus ſubjacebis: det te Dominus in maledictionem exemplumque cunctorum in populo ſuo: putreſcere faciat ſemur tuum, & tumens uterus tuus diſrumpatur: ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & utero tumeſcente putreſcat ſemur. Et reſpondebit mulier. Amen, amen. *Num. 5. v. 20. 21. 22.*

3. Vriam

Digitized by Google

3. Vriam Hethæum percuſſiſti gladio, & uxorem illius accepiſti in uxorem tibi, & interfeciſti eum gladio filiorum Ammon. Quamobrem non recedet gladius de domo tua, uſque in ſempiternum eò quod deſpexeris me, & tuleris uxorem Vriæ Hethæi, ut eſſet uxor tua. Itaque hæc dicit Dominus: ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum uxoribus tuis in oculis ſolis hujus: tu enim feciſti abſcondité, ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſraël, & in conſpectu ſolis. 1. *Reg.* 12. *v.* 9. 10. 11. 12.

Vide, etiam verbo Luxuria.

CAPVT XX.

Fortunarum damnum injuſtum, & primò furti ac rapinæ prohibitio.

1. NOn furtum facies. *Exo.* 20. *v.* 13.

2. Qui furabatur jam non furetur, magis autem laboret operando manibus ſuis, quod bonum eſt, ut habeat, unde tribuat neceſſitatem patienti. *Epheſ.* 4. *v.* 28.

3. Qui cum fure participat, odit animam ſuam, adjurantem audit, & non indicat. *Prov.* 29. *v.* 24.

4. Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo, & à matre, & dicit hoc non eſſe peccatum, particeps homicidæ eſt. *Prov.* 28. *v.* 24.

CAPVT XXI.

Furti pœna & effectus.

1. NOlite errare: neque fornicarii, neque fures, neque rapaces regnum Dei poſsidebunt. 1. *Cor.* 6. *v.* 9. 10.

2. Non egerunt pœnitentiam ab homicidiis ſuis, neque à veneficiis, neque à fornicatione ſua, neque à furtis ſuis. *Apoc.* 9. *v.* 21.

3. Hæc eſt maledictio, quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ, quia omnis fur, ſicut ibi eſt ſcriptum, judicabitur, & omnis jurans ex hoc ſimiliter judicabitur. Educam illud dicit Dominus exercituum, &

veniet

Digitized by Google

veniet ad domum furis, & ad domum jurantis in nomine meo mendaciter & commorabitur in medio domûs ejus & conſumet eam, & ligna ejus, & lapides ejus. *Zach.* 5. *v.* 3. 4.

4. Alii dividunt propria, & ditiores fiunt; alii rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt. *Prov.* 11. *v.* 24.

CAPVT XXII.

Oblata ex furto ingrata Deo.

1. INtuliſtis de rapinis claudum & languidum, & intuliſtis munus: nunquid ſuſcipiam de manu veſtra dicit Dominus? *Malach.* 1. *v.* 13.

2. Immolantis ex iniquo, oblatio eſt maculata, & non ſunt beneplacitæ ſubſannationes injuſtorum: dona iniquorum non probat Altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine ſanctificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu Patris ſui. *Eccli.* 34. *v.* 21. 23.

3. Nolite offerre munera prava, non enim ſuſcipiet ea, & noli inſpicere ſacrificium injuſtum, quoniam Dominus judex eſt, & non eſt apud eum gloria perſonæ. *Eccli.* 35. *v.* 14. 15.

CAPVT XXIII.

Exempla furti puniti & impediti.

1. VIdi inter ſpolia pallium coccineum valdè bonum, & ducentos ſiclos argenti, regulamque auream quinquaginta ſiclorum: & concupiſcens abſtuli, & abſcondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentumque foſſa humo operui. *Ioſue* 7. *verſ.* 21.

2. Tollens itaque Ioſue Achan filium Zare, argentumque & pallium & auream regulam, filios quoque & filias ejus, boves & aſinos & oves ipſumque tabernaculum & cunctam ſupellectilem (& omnis Iſraël

Iſraël cum eo) duxerunt eos ad vallem Achor, ubi dixit Ioſue: quia turbâſti nos, exturbet te Dominus in die hac. Lapidavitque eum omnis Iſraël, & cuncta quæ ejus erant, igne conſumpta ſunt. *Ioſue* 7. *v.* 24. 25.

3. Factum eſt ut (Anna) hædum caprarum accipiens detuliſſet domi. Cuius cùm vocem balantis vir ejus audîſſet, dixit: videte ne fortè furtivus ſit: reddite eum Dominis ſuis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. *Tob.* 2. *v.* 20. 21.

CAPVT XXIV.

Doli & fraudis gravis impietas.

1. AB intus de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, dolus, &c. omnia hæc mala communicant hominem. *Marci* 7. *v.* 21.

2. Habitatio tua in medio doli, in dolo renuerunt ſcire me, dicit Dominus. *Ierem.* 9. *v.* 6.

3. Quoniam doloſè egit in conſpectu ejus: ut inveniatur iniquitas ejus ad odium. Verba oris ejus iniquitas & dolus: noluit intelligere ut benè ageret; iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo: aſtitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odivit. *Pſ.* 35. *v.* 2. 3. 4.

CAPVT XXV.

Dolus in doloſi caput relabitur.

1. QUi fodit foveam, incidet in eam: qui volvit lapidem revertetur ad eum. *Prov.* 26. *v.* 27.

2. In laqueo iſto, quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum. *Pſ.* 9. *v.* 16.

3. Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foveam quam fecit. *Pſ.* 7. *v.* 66.

4. Qui decipit juſtos in via mala, in interitu ſuo corruet, & ſimplices poſſidebunt bona ejus. *Prov.* 28. *v.* 10.

 5. Ho-

5. Homo qui blandis fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus ejus. *Prov.* 29. *v.* 5.

6. Qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber; qui transfert lapides, affligetur in eis, & qui ſcindit ligna, vulnerabitur ab eis. *Eccli.* 10. *v.* 8. 9.

7. Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput ejus cadet; & plaga doloſa doloſi dividet vulnera: & qui ſtatuit lapidem proximi, offendet in eo, & qui laqueum alii ponit, peribit in illo. Facienti nequiſſimum conſilium, ſuper ipſum devolvetur, & non agnoſcet, unde adveniat illi. *Eccli.* 27. *v.* 28. 29. 30.

8. Convertetur dolor ejus in caput ejus, & in verticem ipſius iniquitas ejus deſcendet. *Pſ.* 7. *v.* 17.

9. Qui loquitur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum! da illis ſecundùm opera eorum, & ſecundùm nequitiam adinventionum ipſorum, ſecundùm opera manuum eorum tribue iis: redde retributionem eorum ipſis. *Pſ.* 27. *v.* 3. 4.

CAPUT XXVI.

Doloſus ſibi ſuiſq; noxius, DEO & hominibus odibilis.

1. NOn inveniet fraudulentus lucrum; & ſubſtantia hominis erit auri pretium. *Prov.* 12. *v.* 27.

2. Regnum à gente in gentem transfertur propter injuſtitias, & injurias, & contumelias, & diverſos dolos. *Eccli.* 10. *v.* 8.

3. Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos: ego autem ſperabo in te Domine. *Pſ.* 54. *v.* 24.

4. Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus. *Pſ.* 5. *verſ.* 7.

5. Statera doloſa abominatio eſt apud Deum, & pondus æquum voluntas ejus. *Prov.* 11. *v.* 1.

6. Maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino. *Malach.* 1. *v.* 14.

7. Vir verſutus odioſus eſt. *Prov.* 14. *v.* 17.

Digitized by Google

CAPVT XXVII.

Injuſta famæ & honoris læſio, ac primò detractor cui ſit ſimilis.

1. SI mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eò minus habet, qui occultè detrahit. *Eccli.* 10. *v.* 11.

2. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant, venenum aſpidum ſub labiis eorum. *Pſ.* 13. *v.* 3.

3. Exacuerunt ut gladium linguas ſuas, intenderunt arcum rem amaram, ut ſagittent in occultis immaculatum. *Pſ.* 63. *v.* 4. 5.

CAPVT XXVIII.

Detractionis effecta, damna, pœna.

1. QUi detrahit alicui rei, ipſe ſe in futurum obligat: qui autem timet præceptum, in pace verſabitur. *Prov.* 13. *verſ.* 13.

2. Cujus os maledictione plenum eſt, & amaritudine, & dolo, ſub lingua ejus labor & dolor. *Pſ.* 9. *v.* 29.

3. Abominatio hominum detractor. *Prov.* 24. *v.* 9.

4. Benignus eſt ſpiritus ſapientiæ, & non liberabit maledicum à labiis ſuis: quoniam renum illius teſtis eſt Deus, & cordis illius ſcrutator eſt verus, & linguæ ejus auditor, propter hoc qui loquitur iniqua, non poteſt latere, nec præteriet illum corripiens judicium. *Sap.* 1. *v.* 6. 8.

5. A detractione parcite linguæ, quoniam ſermo obſcurus in vacuum non ibit. *Sap.* 1. *v.* 11.

6. Time Dominum, fili mi, & Regem, & cum detractoribus non commiſceris, quoniam repentè conſurget perditio eorum, & ruinam utriuſque quis novit? *Prov.* 24. *v.* 21. 22.

7. Neque fornicarii, neque adulteri, neque maledici regnum Dei poſſidebunt. 1. *Cor.* 6. *v.* 10.

Digitized by Google

CAPVT XXIX.

Detractio vetita in genere & ſpecie.

1\. REmove à te os pravum & labia detrahentia ſint procul à te *Prov.* 4. *v.* 24.

2\. Nolite detrahere alterutrum fratres: qui detrahit fratri aut qui judicat fratrem ſuum, detrahit legi & judicat legem, ſi autem judicat legem, non eſt factor legis, ſed judex. *Iac.* 4. *v.* 11.

3\. Deponentes omnem malitiam, & omnes detractiones. 1. *Pet.* 2. *v.* 1.

4\. Timeo ne fortè contentiones, & detractiones ſint inter vos. 2. *Cor.* 12. *v.* 13.

5\. Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices. *Exo.* 22. *v.* 28.

6\. Quare non timuiſtis detrahere ſervo meo Moyſi. *Num.* 12. *verſ.* 8.

7\. In cogitatione tua Regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui ne maledixeris diviti: quia & aves cæli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas, annunciabit ſententiam. *Eccli.* 10. *v.* 20.

8\. Non accipias faciem adversùs faciem tuam, nec adversùs animam tuam mendacium. *Eccli.* 4. *v.* 26.

CAPVT XXX.

Pro detractore orandum, gaudendum de perſecutione detrahentis.

1\. ORate pro perſequentibus & calumniantibus vos. *Matt.* 5. *v.* 44.

2\. Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam. *Pſ.* 108. *v.* 4.

3\. Beati eſtis, cùm maledixerint vobis homines. *Matt.* 5. *v.* 11.

Digitized by Google

CAPVT XXXI.

Detractor puniendus & repellendus, detractio ſopienda.

1. SEpi aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire; & ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis. *Eccli.* 28. *v.* 28.

2. Detrahentem ſecretò proximo tuo hunc perſequebar. *Pſ.* 100. *verſ.* 5.

3. Qui gaudet iniquitate, denotabitur: & qui odit correptionem, minuetur vita: & qui odit loquacitatem, extinguit malitiam, qui peccat in animam ſuam, pœnitebit, & qui jucundatur in malitia, denotabitur. *Eccli.* 19. *v.* 5. 6.

4. Ventus Aquilo diſſipat pluvias, & facies triſtis linguam detrahentem. *Prov.* 25. *v.* 23.

5. Melior eſt ira riſu, quia per triſtitiam vultûs corrigitur animus delinquentis. *Eccli.* 7. *v.* 4.

6. Ne iteres verbum nequam & durum, & non minoraberis amico, & inimico noli narrare ſenſum tuum, & ſi eſt tibi delictum, noli denudare, audiet enim te, & cuſtodiet te, & quaſi defendens peccatum odiet te, & ſic aderit tibi ſemper: audiſti verbum adversùs proximum tuum; commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet, à facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. Sagitta infixa femori carnis, ſic verbum in corde ſtulti. *Eccli.* 19. *v.* 7. 8. 9. 10. 11. 12.

CAPVT XXXII.

Calumnia & falſum teſtimonium à Deo prohibitum.

1. NOn facies calumniam proximo tuo. *Lev.* 19. *v.* 13.
2. Non ſuſcipies vocem mendacii, neque junges manum

tuam, ut cum impio dicas falſum teſtimonium. *Exo.* 23. *v.* 1.

3. Ne ſis teſtis fruſtra contra proximum tuum, nec lactes quenquam labiis tuis. Ne dicas: quomodo fecit mihi, ſic faciam ei, reddam unicuique juxta opus ſuum. *Prov.* 24. *v.* 28. 29.

CAPVT XXXIII.

Calumniæ effecta, damna, pœna.

1. SIcut avis ad alta tranſvolans, & paſſer quolibet vadens, ſic maledictum fruſtra prolatum in quempiam ſuperveniet. *Prov.* 26. *v.* 2.

2. Ne accipias faciem adverſus faciem tuam, nec adverſus animam tuam mendacium. *Eccli.* 4. *v.* 26.

3. Calumnia conturbat ſapientem, & perdet robur cordis illius. *Eccle.* 7. *v.* 8.

4. A tribus timuit cor meum, delaturam civitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem: ſuper mortem omnia gravia. *Eccli.* 26. *v.* 5. 6. 7.

5. Beatus qui tectus à lingua nequam, qui iracundiam illius non tranſivit, & qui non attraxit jugum illius, & in vinculis ejus non eſt ligatus: jugum enim illius jugum ferreum eſt, & vinculum illius vinculum æreum eſt. Mors illius mors nequiſſima, & utilis potius infernus quàm illa. *Eccli.* 28. *v.* 23. 24. 25.

6. Perſeverantia illius non permanebit, ſed obtinebit vias injuſtorum, & in flamma ſua non comburet juſtos. Qui relinquunt Deum, incident in illam, & exardebit in iis, & non extinguetur, & immittetur in eos quaſi leo, & quaſi pardus lædet illos. *Eccli.* 28. *v.* 26. 27.

7. Deus humiliabit calumniatorem. *Pſ.* 71. *v.* 4.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXXIV.

Effectus & pœna Teſtimonii falſi.

1. IAculum & gladius & ſagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum ſuum falſum Teſtimonium. *Prov.* 25. *verſ.* 18.

2. Si ſteterit teſtis mendax contra hominem accuſans eum prævaricationis. Stabunt ambo, quorum cauſa eſt ante Dominum in conſpectu ſacerdotum & judicum, qui fuerint in diebus illis: cumque diligentiſsimè perſcrutantes invenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium, reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitavit, & auferes malum de medio tui, ut audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere: non miſereberis ejus, ſed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges. *Deut.* 19. *v.* 16. 17. 18. 19. 20. 21.

3. Teſtis falſus non erit impunitus, & qui mendacia loquitur non effugiet. *Prov.* 19. *v.* 5.

CAPVT XXXV.

Exempla calumniæ, & teſtimonii falſi dicti & puniti.

1. INſurrexerunt in me teſtes iniqui. *Pſ.* 26. *v.* 18.

2. Et qui inquirebant mala mihi locuti ſunt vanitates: & dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones. Quoniam in te Domine ſperavi: tu exaudies me Domine Deus meus. Quia dixi: nequando ſupergaudeant mihi inimici mei, & dum commoventur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt. *Pſ.* 37. *verſ.* 13. 14. 15. 16. 17.

Digitized by Google

3. Os peccatoris & os doloſi ſuper me apertum eſt: locuti ſunt adverſum me linguâ doloſâ, & ſermonibus odii circumdederunt me: & expugnaverunt me gratis. *Pſ.* 108. *v.* 2. 3.

4. Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quantò magis domeſticos ejus. *Matt.* 10. *v.* 25.

5. Hic non ejicit dæmones, niſi in Beelzebub principe dæmoniorum. *Matt.* 12. *v.* 24.

6. Undè huic ſapientia hæc & virtutes? nonnè hic eſt fabri filius? nonnè mater ejus dicitur Maria, & fratres ejus Jacobus & Joſeph, & Simon & Judas, & ſorores ejus nonne omnes apud nos ſunt; unde ergo huic omnia iſta? & ſcandalizabantur in eo. *Matt.* 13. *verſ.* 54. 55. 56.

7. Principes Sacerdotum, & omne concilium quærebant falſum teſtimonium contra Jeſum, ut eum morti traderent, & non invenerunt, cùm multi falſi teſtes acceſſiſſent. *Matt.* 26. *v.* 59. 60.

8. Hæc dicit Dominus: occidiſti inſuper & poſſediſti: & poſt hæc addes: hæc dicit Dominus: in hoc loco, in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuum. 3. *Reg.* 21. *v.* 19. 21.

CAPVT XXXVI.

Iaculatoria calumniam deprecantis.

1. FEci judicium & juſtitiam, non tradas calumniantibus me ſuperbis. *Pſ.* 118. *v.* 121.

2. Redime me à calumniis hominum, ut cuſtodiam mandata tua. *Pſ.* 118. *v.* 134.

3. Peto, Domine, ut de vinculo improperii hujus abſolvas me, aut certè deſuper terram eripias me. *Tob.* 3. *v.* 15.

Vide plura *Pſ.* 25. *& hic cap.* 35. *num.* 2.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XXXVII.

Contumeliæ cauſæ, effecta, & damna ex parte inferentis.

1. EJice deriſorem, & exibit cum eo jurgium, ceſſabuntque cauſæ & contumeliæ. *Prov.* 22. *v.* 10.

2. Qui dimittit aquam, caput eſt jurgiorum, & antequam patiatur contumeliam, judicium deſerit. *Prov.* 17. *v.* 14.

3. Abſcondunt odium labia mendacia: qui profert contumeliam, inſipiens eſt. *Prov.* 10. *v.* 18.

4. Homo aſſuetus in verbis improperii, in omnibus diebus ſuis non erudietur. *Eccli.* 23. *v.* 20.

5. Objurgatio & injuriæ annullabunt ſubſtantiam. *Eccli.* 21. *verſ.* 5.

6. Ante ignem camini vapor & fumus ignis inaltatur; ſic & ante ſanguinem maledicta & contumeliæ & minæ. *Eccli.* 22. *v.* 30.

7. Illuſio & improperium ſuperborum, & vindicta ſicut leo inſidiabitur illi. *Eccli.* 27. *v.* 31.

CAPUT XXXVIII.

Effecta & damna ex parte ſuſtinentis.

1. PRudens gravabitur contumeliâ. *Eccli.* 21. *v.* 27.

2. Pungens oculum deducit lacrymas: & qui pungit cor profert ſenſum. *Eccli.* 22. *v.* 24.

3. Mittens lapidem in volatilia dejiciet illa, ſic & qui convitiatur amico, diſſolvit amicitiam. *Eccli.* 22. *v.* 25.

4. Ne contra faciem ſtes contumelioſi, ne ſedeat quaſi inſidiator ori tuo. *Eccli.* 8. *v.* 14.

Digitized by Google

CAPUT XXXIX.

Contumelia à DEO vetita.

1. QUi dixerit fratri ſuo raca, reus erit conſilio: qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. *Matth.* 5. *verſ.* 22.

2. Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, ſed econtrario benedicentes: quia in hoc vocati eſtis, ut benedictionem hæreditate poſſideatis. 1. *Pet.* 3. *v.* 9.

3. Cùm Michaël Archangelus cum diabolo diſputans, altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus judicium inferre blaſphemiæ, ſed dixit: imperet tibi Dominus. Hi autem, quæcunque quidem ignorant, blaſphemant. *Iudæ.* 1. *v.* 9.

4. Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in jurgio citò, ne poſtea emendare non poſſis, cùm dehoneſtaveris amicum tuum. *Prov.* 25. *verſ.* 8.

5. Si ergo offers munus tuum, ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adverſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. *Matt.* 5. *v.* 23. 24.

CAPUT XL.

Exempla punitæ contumeliæ.

1. CUm aſcenderet per viam; pueri parvi egreſſi ſunt de civitate, & illudebant ei, dicentes: aſcende calve, aſcende calve; qui cùm reſpexiſſet, vidit eos & maledixit eis in nomine Domini, egreſſique ſunt duo urſi de ſaltu, & laceraverunt ex eis 42. pueros. 4. *Reg.* 2. *v.* 23. 24.

2. Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore: repleti prius pro panibus ſe locaverunt, & famelici ſaturati ſunt, donec

nec ſterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata eſt. 1. *Reg.* 2. *v.* 4. 5.

3. Populum ejus adducens ſerravit, & circumegit ſuper eos ferrata carpenta, diviſitque cultris, & traduxit in typo laterum: ſic fecit univerſis civitatibus filiorum Ammon: & reverſus eſt David, & omnis exercitus in Ieruſalem. 2. *Reg.* 12. *v.* 31.

4. Væ mihi mater mea, quare genuiſti me virum rixæ, virum diſcordiæ, in univerſa terra non fæneravi, nec fæneravit mihi quiſquam, omnes maledicunt mihi. *Ierem.* 15. *v.* 10.

CAPVT XLI.

Iaculatoriæ Contumeliis avertendis.

1. AUdi Deus noſter, quia facti ſumus deſpectui, converte opprobrium ſuper caput eorum, & da eos in deſpectionem in terra captivitatis. Ne operias iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram facie tua non deleatur, quia irriſerunt ædificantes. 2. *Eſdra.* 4. *v.* 4. 5.

2. Ad te Domine faciem meam converto, ad te oculos meos dirigo, peto Domine ut de vinculo improperii hujus abſolvas me, aut certè deſuper terram eripias me; tu ſcis Domine, quia nunquam concupivi virum, & mundam ſervavi animam meam ab omni concupiſcentia. *Tob.* 3. *v.* 14. 15. 16.

3. Dixi cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam, cùm conſiſteret peccator adverſum me. Obmutui & humiliatus ſum, & ſilui à bonis, & dolor meus renovatus eſt. Obmutui & non aperui os meum: quoniam tu feciſti, amove à me plagas tuas. *Pſ.* 38. *v.* 1. 2. 3. 10.

Digitized by Google

CAPVT XLII.

Suſurrationis effecta, damna, pœna.

1. VErba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa perveniunt ad intima ventris. *Prov.* 26. *v.* 22.

2. Suſurro & bilinguis maledictus; multos enim turbavit pacem habentes. Lingua tertia multos commovit & diſperſit eos de gente in gentem. Civitates muratas deſtruxit, & domos magnatorum effodit, virtutes populorum concidit, & gentes fortes diſſolvit. Lingua tertia mulieres viratas ejecit, & privavit eas laboribus ſuis. Qui reſpicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum, in quo requieſcat. *Eccli.* 28. *v.* 15. 16. 17. 18. 19. 20.

3. Flagelli plaga livorem facit: plaga autem linguæ comminuet oſſa. Multi ceciderunt in ore gladii, ſed non ſic quaſi qui interierunt per linguam. *Eccli.* 28. *v.* 21. 22.

4. Suſurro coinquinabit animam ſuam, & in omnibus odietur, & qui cum eo manſerit, odioſus erit: tacitus & ſenſatus honorabitur. *Eccli.* 21. *v.* 31.

CAPVT XLIII.

Suſurratio à Deo vetita.

1. NOn appelleris ſuſurro, & linguâ tuâ ne capiaris & confundaris: ſuper furem enim eſt confuſio & pœnitentia, & denotatio peſſima ſuper bilinguem: Suſurratori autem odium & inimicitia & contumelia. *Eccli.* 5. *v.* 16. 17.

2. Non eris criminator & ſuſurro in populo. *Levit.* 19. *v.* 16.

3. Noli fieri pro amico inimicus proximo: improperium enim, & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator invidus & bilinguis. *Eccli.* 6. *v.* 1.

Digitized by Google

PARS VI.

Religio & reliquæ virtutes Iuſtitiæ annexæ, in quibus eſt debitum legale.

PRÆFATIO.

Religio dupliciter potiſsimùm accipitur, primò generatim pro omni virtutis officio, quo ordinamur ad DEVM; ita paſſim in Scripturis pro eodem accipiuntur colere DEVM, & ſervire DEO: ſervitus autem eſt nomen generale, ad omnia bona opera, quibus DEO obedimus, & placemus, ut conſtat ex *Pſal.* 2. 21. *Luc.* 2. *Matt.* 6. & aliis. Propriè autem accepta Religio eſt virtus, quæ exhibuit cultum DEO, tanquam primo rerum omnium principio. Actus ejus præcipui ſunt, oratio, votum, juramentum, Sacramentorum uſus, Feſtorum dierum celebratio, ædium ſacrarum extructio, primitiæ, aliæque oblationes decimarum vel aliorum bonorum ad alendos divini cultûs miniſtros. Peccata his contraria ſunt divinationes, auguria, maleficia, blaſphemiæ, & alia his ſimilia, de quibus ſpeciatim ſuis locis.

CAPUT PRIMUM.

De iis, quæ ab homine debentur Deo.

1. Multa dicemus & deficiemus in verbis, conſummatio autem ſermonum, ipſe eſt in omnibus gloriantes. Ad quid valebimus? ipſe enim omnipotens ſuper omnia opera ſua. Terri-

Digitized by Google

bilis Dominus & magnus vehementer, & mirabilis potentia ejus, glorificantes Dominum quantumcunque potueritis, ſupervalebit adhuc, & admirabilis magnificentia ejus. Benedicentes Dominum exaltate eum quantum poteſtis, major enim eſt omni laude. Exaltantes eum replemini virtute, ne laboretis, non enim comprehendetis. Quis videbit eum ſicut eſt ab initio? *Eccli.* 43. *v.* 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35.

2. Servite Domino in timore: & exultate ei cum tremore. *Pſ.* 2. *verſ.* 11.

3. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos. *Prov.* 3. *v.* 6.

4. Memento creatoris tui in diebus juventutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni, de quibus dices, non mihi placent, *Eccli.* 12. *v.* 1.

CAPVT II.

Oratio à DEO præcepta, atque ad ipſam præparatio neceſſaria.

1. QUi conſervat legem multiplicat orationem: ſacrificium ſalutare eſt attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate. *Eccli.* 35. *v.* 1. 2.

2. Ante orationem præpara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo, qui tentat Deum. *Eccli.* 18. *v.* 23.

3. Volo viros orare in omni loco, levantes puras manus ſine ira & diſceptatione. 1. *Tim.* 2. *v.* 8.

4. Similiter autem & Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram, nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus, ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. *Rom.* 8. *v.* 26.

5. Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. *Matt.* 26. *v.* 41.

6. Sic orabitis: Pater noſter qui es in cælis. *Matt.* 6. *v.* 9.

Digitized by Google

CAPVT III.

Orans DEO conetur eſſe gratus & acceptus.

1. OPpoſuiſti nubem tibi; ne tranſeat oratio. *Thren.* 3. *verſ.* 44.

2. Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata ejus cuſtodimus, & ea, quæ ſunt placita coram eo facimus. 1. *Joan.* 3. *v.* 21.

3. Tu firmaſti cor tuum, & expandiſti ad eum manus tuas, ſi iniquitatem, quæ eſt in manu tua abſtuleris à te, & non manſerit in tabernaculo tuo injuſtitia, tunc levare poteris faciem tuam abſque macula, & eris ſtabilis, & non timebis. *Iob.* 11. *v.* 13. 14. 15.

4. Quæ eſt ſpes hypocritæ, ſi avarè rapiat, & non liberat Deus animam ejus! nunquid Deus audiet clamorem ejus, cùm venerit ſuper eum anguſtia. *Iob.* 27. *v.* 8. 9.

5. Scimus quia peccatores Deus non audit; ſed ſi quis Dei cultor eſt, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit. *Ioan.* 9. *verſ.* 31.

6. Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint, quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis. *Ioan.* 15. *v.* 7.

7. Qui declinat aures ſuas, ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis. *Prov.* 28. *v.* 9.

8. Qui adorat Deum in oblectatione ſuſcipietur, & deprecatio illius uſque ad nubes appropinquabit. *Eccli.* 35. *v.* 20.

9. Longè eſt Deus ab impiis, & orationes juſtorum exaudiet. *Prov.* 15. *v.* 29.

10. Iniquitatem ſi aſpexi, in corde meo, non exaudiet Dominus. *Pſ.* 65. *v.* 18.

11. Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet. *Pſ.* 144. *v.* 19.

CA-

Digitized by Google

CAPVT IV.

Fiduciam habeat in Domino.

1. SEntite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum: quoniam invenitur ab his, qui non tentant eum: apparet autem eis, qui fidem habent in eam. *Sap.* 1 *v.* 1.2.

2. Si quis veſtrûm indiget ſapientiâ, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei: poſtulet autem in fide, nihil hæſitans; qui enim hæſitat ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento movetur, & circumfertur; non ergo exiſtimet homo ille, quòd accipiat aliquid à Domino. *Iacobi* 1. *v.* 5. 6. 7.

3. Propterea dico vobis, omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & evenient vobis. *Marc.* 11. *v.* 24.

CAPVT V.

Oratio ſit humilis, attenta, aſsidua.

1. NEc ſuperbi ab initio placuerunt tibi: ſed humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. *Judith* 9. *verſ.* 16.

2. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, & donec propinquet non conſolabitur, & non diſcedet, done Altiſſimus aſpiciat. *Eccli.* 35. *verſ.* 21.

3. Cùm oratis non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum ſtantes orare, ut videantur ab hominibus: tamen dico vobis, cœperunt mercedem ſuam. Tu autem cùm oraveris intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio tuo, ora Patrem tuum in abſcondito, & pater tuus qui videt in abſcondito reddet tibi. *Matt.* 6. *v.* 5. 6.

4. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. *Matt.* 15. *v.* 8.

5. Orabo ſpiritu, orabo & mente, pſallam ſpiritu, pſallam & mente. 1. *Cor.* 14. *v.* 15.

6. Spi-

Digitized by Google

6. Spiritus eſt Deus, & eos, qui adorant eum in ſpiritu & veritate oportet adorare. *Joan.* 4. *v.* 24.

7. Scitote quoniam exaudiet Dominus preces veſtras, ſi manentes permanſeritis in jejuniis & orationibus in conſpectu Domini. *Judith* 4. *verſ.* 12.

8. Oportet ſemper orare, & non deficere. *Luc.* 18. *v.* 1.

9. Non impediaris orare ſemper. *Eccli.* 18. *v.* 22.

10. Sine intermiſſione orate. 1. *Theſ.* 5. *v.* 17.

11. Orationi inſtate, vigilantes in ea, in gratiarum actione. *Coloſ.* 4. *v.* 2.

10. Galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, (quod eſt verbum Dei) per omnem orationem & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu, & in ipſo vigilantes in omni inſtanti & obſecratione pro omnibus Sanctis, & pro me, ut detur mihi ſermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere myſterium Evangelii. *Epheſ.* 6. *v.* 17. 18. 19.

CAPUT VI.

Quid petendum in oratione & cujus nomine?

1. QUodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur Pater in filio. *Joan.* 14. *v.* 13.

2. Amen amen dico vobis: ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Uſque modò non petiſtis quidquam in nomine meo, petite & accipietis, ut gaudium veſtrum ſit plenum. *Joan.* 16. *verſ.* 23. 24.

3. Et hæc eſt fiducia quam habemus ad eum: quia quodcunque petierimus ſecundùm voluntatem ejus, audit nos. 1. *Joan.* 5. *v.* 14.

4. Si vos cùm ſitis mali nôſtis bona data dare filiis veſtris: quantò magis Pater veſter de cælo dabit Spiritum bonum petentibus ſe. *Luc.* 11. *v.* 13.

Digitized by Google

CAPUT VII

Oratio fiat pro omnibus, maximè pro Regibus, Magiſtratibus, Fratribus.

1. OBſecro igitur primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus: pro Regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. 1. *Tim.* 2. *v.* 1. 2.

2. Sicut diviſiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini: quòcunque voluerit, inclinabit illud. *Prov.* 21. *v.* 1.

3. Orantes ſimul & pro nobis, ut Deus aperiat oſtium ſermonis nobis, ad loquendum myſterium Chriſti (propter quod etiam vinctus ſum) ut manifeſtem illud ita ut oportet me loqui. *Coloſ.* 4. *v.* 3. 4.

4. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem: eſt peccatum ad mortem? non pro illo dico, ut roget quis. 1. *Joan.* 5. *v.* 16.

5. Orate pro invicem ut ſalvemini; multum enim valet deprecatio juſti aſſidua. *Jac.* 5. *v.* 16.

CAPUT VIII.

Orandum ſemper quidem, maximè autem tempore matutino, triſtitiæ, & adverſitatis, ac certis per diem horis.

1. OPortet prævenire ſolem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare. *Sap.* 16. *v.* 28.

2. Manè aſtabo tibi & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. *Pſ.* 5. *v.* 5.

3. Triſtatur aliquis veſtrûm? oret: æquo animo eſt? pſallat. *Iac.* 5. *v.* 13.

Digitized by Google

4. Invoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. *Pſ.* 49. *v.* 15.

5. Deus Deus meus ad te de luce vigilo, ſitivit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea! *Pſ.* 62. *v.* 1. 2.

6. Si memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutinis meditabor in te, quia fuiſti adjutor meus. *Pſ.* 62. *v.* 7.

7. Mediâ nocte ſurgebam ad confitendum tibi, ſuper judicia juſtificationis tuæ. *Pſ.* 118. *v.* 62.

8. Septies in die laudem tibi dixi, ſuper judicia juſtitiæ tuæ. *Ibid. v.* 164.

9. Quod cùm Daniel comperiſſet, id eſt conſtitutam legem, ingreſſus eſt domum ſuam, & feneſtris apertis in cænaculo ſuo contra Jeruſalem, tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat, confitebaturque coram Deo ſuo, ſicut & ante facere conſueverat. *Dan.* 6. *v.* 10.

10. Erant perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. *Act.* 2. *v.* 42.

11. Petrus & Joannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam. *Act.* 3. *v.* 1.

12. Aſcendit Petrus in ſuperiora, ut oraret circa horam ſextam. *Act.* 10. *v.* 9.

13. Oratio fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo. *Act.* 12. *v.* 5.

14. Cùm hæc dixiſſet, poſitis genibus ſuis oravit cum omnibus illis. *Act.* 20. *v.* 36.

CAPUT IX.

Cohortationes ad orandum variæ.

1. ADeamus cum fiducia ad thronum gratiæ ejus, ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. *Hebr.* 4. *v.* 16.

2. Omni vita tua dilige Deum, & invoca eum in ſalute tua. *Eccli.* 13. *v.* 18.

3. Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem ac noctem, non

Digitized by Google

des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui; conſurge; lauda in nocte in principio vigiliarum, effunde ſicut aquam cor tuum in conſpectu Domini, leva ad eum manus tuas, *Thren.* 2. *v.* 18.

4. Revela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ. *Prov.* 16. *v.* 3.

5. Revela Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet. *Pſ.* 36. *v.* 5.

6. Petite & dabitur vobis: quærite & accipietis: pulſate & aperietur vobis: omnis enim qui petit, accipiet: & qui quærit invenit, & pulſanti aperietur. *Matt.* 7. *v.* 7. 8.

7. Nihil ſolliciti ſitis, ſed in omni oratione & obſecratione, cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. *Philip.* 4. *verſ.* 6.

8. Pete ab eo, ut vias tuas dirigat, & omnia conſilia tua in ipſo permaneant. *Tob.* 4. *v.* 20.

CAPVT X.

Orationis effectus primarius Impetratio.

1. PLorans plorabis, miſerans miſerabitur tui, ad vocem clamoris tui ſtatim ut audierit reſpondebit tibi. *Iſ.* 30. *verſ.* 19.

2. Eritque antequam clamant: exaudiam ego; adhuc illis loquentibus, ego audiam. *Iſ.* 65. *v.* 24.

3. Nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter; adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. *Deut.* 4. *v.* 7.

4. Quis permanſit in mandatis ejus & derelictus eſt? aut quis invocavit eum, & deſpexit illum? *Eccli.* 2. *v.* 12.

5. Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei. *Act.* 10. *v.* 4.

CA-

CAPUT XI.

Impetrationis impedimenta & adjumenta.

1. PEtitis & non accipitis, eò quòd malè petatis, ut in concupiſcentiis veſtris inſumatis. *Iac.* 4. *v.* 3.

2. Tunc invocabunt me, & non exaudiam: manè conſurgent, & non invenient me: eò quòd exoſam habuerint diſciplinam, & timorem Domini non ſuſceperint. *Prov.* 1. *v.* 28. 29.

3. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur. *Prov.* 21. *v.* 13.

4. Qui declinat aures ſuas, ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis. *Prov.* 28. *v.* 9.

5. Orabat hic ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſecuturus. 2. *Mach.* 9. *v.* 13

6. Clamabitis in die illa à facie Regis veſtri, quem elegiſtis vobis, & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petiſtis vobis Regem. 1. *Reg.* 8. *v.* 18.

7. Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos: & abſcondet faciem ſuam ab eis in tempore illo: ſicut nequiter egerunt in adinventionibus ſuis. *Michea.* 33. *v.* 4.

8. Bona eſt oratio cum jejunio & eleemoſyna magis quàm theſauros auri recondere. Quoniam eleemoſyna à morte liberat; & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & faciet invenire miſericordiam & vitam æternam. *Tob.* 12. *v.* 8. 9.

CAPVT XII.

Fructus orationis, qualibet corporis & animi bona interna & externa.

1. CReavi fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longè eſt, & qui propè dixit Dominus, & ſanavi eum. *Iſa.* 57. *v.* 19.

2. Vultus illius non ſunt amplius in diverſa mutati. 1. *Reg.* 1. *v.* 18.

3. Tunc

3. Tunc reddam populis labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini: & ſerviant ei humero uno. *Sophon.* 3. *v.* 9.

4. Effundam ſuper domum David, & ſuper habitatores Jeruſalem ſpiritum gratiæ & precum. *Zach.* 12. *v.* 10.

5. Cùm deſcenderet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonii, & ignorabat, quod cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini. *Exo.* 34. *v.* 29.

6. Quando orabas cum lachrymis & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino, & nunc miſit me Dominus, ut curarem te, & Saram uxorem filii tui à dæmonio liberarem. *Tob.* 12. *v.* 12. 14.

7. Deprecatus eſt Iſaac Dominum pro uxore ſua, eò quòd eſſet ſterilis: qui exaudivit eum, & dedit conceptum Rebeccæ. *Gen.* 25. *v.* 21.

8. Si contra Deum fortis fuiſti, quantò magis contra homines prævalebis? & benedixit ei in eodem loco. *Gen.* 32. *v.* 28. 29.

9. Audito Judæi Nicanoris adventu, & conventu nationum, conſperſi terrâ rogabant eum, qui populum ſuum conſtituit, ut in æternum cuſtodiret, quique ſuam portionem ſignis evidentibus protegit. 2. *Mach.* 14. *v.* 15.

10. Judas & qui cum eo erant invocato Deo per orationes congreſſi ſunt: manu quidem pugnantes, ſed Dominum cordibus orantes, proſtraverunt non minus triginta quinque millia, præſentiâ Dei magnificè delectati. 2. *Mach.* 15. *v.* 26. 27.

11. Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua, & uxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem. *Luc.* 1. *v.* 13.

12. Aſtitit mihi hâc nocte Angelus Dei, cujus ſum ego, & cui deſervio dicens: ne timeas Paule, cæſari te oportet aſſiſtere, & ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum. *Act.* 27. *v.* 23. 24.

13. Cùm oràſſent motus eſt locus, in quo erant congregati: & repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia. *Act.* 4. *v.* 31.

14. Mediâ nocte Paulus & Silas orantes laudabant Deum: & audiebant eos, qui in cuſtodia erant. Subitò verò terræ motus factus eſt magnus ita ut moverentur fundamenta carceris, & ſtatim aperta ſunt omnia

Digitized by Google

omnia oſtia, & univerſorum vincula ſoluta ſunt. *Act.* 16. *v.* 25. 26.

15. Contigit patrem Publii ſebribus & dyſenteriâ vexatum jacere, ad quem Paulus intravit: & cùm orâſſet, & impoſuiſſet ei manus, ſalvavit eum. *Act.* 28. *v.* 8.

CAPVT XIII.

Orationes jaculatoriæ pro remiſsione peccatorum.

1. DEle Domine ut nubem iniquitates meas, & quaſi nebulam peccata mea. *Iſ.* 44. *v.* 22.

2. Miſerere noſtri Domine, & depone iniquitates noſtras, & projice in profundum maris omnia peccata noſtra. *Mich.* 7. *v.* 19.

3. O fons patens domui David, & habitantibus Ieruſalem, in ablutionem peccatoris. *Zach.* 13. *v.* 1.

4. Lava me à peccatis meis in ſanguine tuo. *Apoc.* 1. *v.* 6.

5. Domine ſi vis potes me mundare. *Matt.* 8. *v.* 3.

6. Converte Domine manum tuam ad me, & excoque ad purum ſcoriam meam, & aufer omne ſtannum meum. *Iſ.* 1. *v.* 25.

7. Propter nomen tuum Domine, propitiaberis peccato meo, multum eſt enim. *Pſ.* 24. *v.* 11.

8. Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte univerſa delicta mea. *Pſ.* 24. *v.* 19.

9. Si iniquitates obſervaveris Domine, Domine quis ſuſtinebit? *Pſ.* 129. *v.* 3.

10. Quantum diſtat ortus ab occidente, longè fac à nobis iniquitates noſtras. *Pſ.* 102. *v.* 12.

11. Et nunc Domine memor eſto mei, & ne vindictam ſumas de peccatis meis, neque reminiſcaris delicta mea vel parentum meorum. *Tob.* 3. *v.* 3.

12. Convertere Domine, & eripe animam meam, ſalvum me fac propter miſericordiam tuam. *Pſ.* 6. *v.* 4.

13. Remitte mihi, ut refrigerer priuſquam abeam, & amplius non ero. *Pſ.* 38. *v.* 14.

14. Circundederunt me mala, quorum non eſt numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem. Multiplicatæ

Digitized by Google

plicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me: complaceat tibi Domine, ut eruas me, Domine ad adjuvandum me reſpice. *Pſ.* 29. *v.* 13. 47.

15. Ego dixi Domine miſerere mei, ſana animam meam, quia peccavi tibi. *Pſ.* 40. *v.*5.

16. O ſanguis Jesu Chriſti filii Dei, emunda me ab omni peccato. 1. *Ioan.* 1. *v.* 7.

17. Si ſanguis hircorum inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quantò magis ſanguis tuus Chriſte, qui per Spiritum Sanctum temetipſum obtuliſti immaculatum Deo, emundabit conſcientiam meam ob operibus mortuis ad ſerviendum Deo viventi. *Hebr.* 9. *verſ.* 13. 14.

CAPVT XIV.

Iaculatoriæ tempore adverſitatis.

1. ATtende Domine de cælo, & vide de habitaculo ſancto tuo & gloriæ tuæ; ubi eſt zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viſcerum tuorum & miſerationum tuarum? ſuper me continuerunt ſe. Tu enim Pater noſter, tu Domine Pater noſter, redemptor noſter, à ſæculo nomen tuum. *Iſ.* 63. *v.* 15. 16.

2. Tu Dòmine Pater noſter es tu, nos verò lutum & fictor noſter tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Ne iraſcaris Domine ſatis, & ne ultra memineris iniquitatis noſtræ, & reſpice: populus tuus omnes nos. *Iſ.* 64. *v.* 8. 9.

3. Vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus eſt inimicus. *Thren.* 1. *v.* 9.

4. Domine ſalva nos, perimus. *Matt.* 9. *v.* 25.

5. Domine ſalvum me fac. *Matt.* 14. *v.* 31.

6. Domine adjuva me. *Matt.* 15. *v.* 25.

7. Miſerere mei fili David. *Matt.* 20. *v.* 31.

8. Magiſter non ad te pertinet, quia perimus. *Mar.* 4. *v.* 38.

9. Domine ecce quem amas infirmatur. *Ioan.* 11. *v.* 3.

10. Deus noſter refugium & virtus, adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis. *Pſ.* 45. *v.* 1.

11. Deus

Digitized by Google

11. Deus in nomine tuo ſalvum me fac, & in virtute tua judica me. *Pſ.* 53. *v.* 1.

CAPVT XV.

Iaculatoria petentis orationem ſuam exaudiri.

VOcem meam audi, ne avertas aurem tuam à ſingultu meo, & clamoribus. *Thren.* 3. *v.* 56.

2. Humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio, Deus cælorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ exaudi me miſerum deprecantem, & de tua miſericordia præſumentem. *Iudith.* 9. *v.* 16. 17.

3. Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum: intende voci orationis meæ Rex meus & Deus meus. *Pſ.* 5. *v.* 1. 2.

4. Exaudi nos Deus Salutaris noſter, ſpes omnium finium terræ, & in mari longè. *Pſ.* 64. *v.* 6.

5. Exaudi me Domine quoniam benigna eſt miſericordia tua, ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum reſpice in me. Et ne avertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me. *Pſ.* 68. *v.* 17. 18.

6. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo, elevatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. *Pſ.* 140. *v.* 2.

Similes his aſpirationes pro dono fidei, ſpei, charitatis & aliarum virtutum aſsignata ſunt ſuis locis.

CAPVT XVI.

Meditatio ac contemplatio legis & gloriæ divinæ, ac mirabilium Dei operum.

1. PRævenerunt oculi mei ad te diluculò, ut meditarer eloquia tua. *Pſ.* 118. *v.* 148.

2. Quomodo dilexi legem tuam Domine, tota die meditatio mea eſt. *Pſ.* 118. *v.* 97.

Digitized by Google

3. Levavi oculos meos in montes, undè veniet auxilium mihi. *Pſ.* 120. *v.* 1.

4. Non contemplantibus nobis, quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia ſunt, quæ autem non videntur, æterna ſunt. 2. *Cor.* 4. *v.* 18.

5. Conſidera opera Dei, quòd nemo poſſit corrigere, quem ille deſpexit. *Eccli.* 7. *v.* 14.

6. Quia delectâſti me Domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo. *Pſ.* 91. *v.* 5.

7. Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum, & meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinventionibus tuis exercebor. *Pſ.* 76. *v.* 12. 13.

8. Aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Jeſum, qui propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucem confuſione contemptâ, atque in dextra ſedis Dei ſedet: recogitate enim eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus adversùs ſemetipſum contradictionem, ut ne fatigemini animis veſtris deficientes. *Hebr.* 2. *v.* 23.

CAPUT XVII.

Neceſſaria ad hanc quies animi & puritas cordis.

1. VAcate & videte, quoniam ego ſum Deus: exaltabor in gentibus & exaltabor in terra. *Pſ.* 45. *v.* 10.

2. Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia levavit ſuper ſe. *Thren.* 3. *v.* 28.

3. Tu autem cùm oraveris intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum in abſcondito: & Pater tuus qui videt in abſcondito reddet tibi. *Matt.* 6. *v.* 6.

4. Ego dormio, & cor meum vigilat. *Cant.* 5. *v.* 4.

5. Ecce elongavi fugiens: & manſi in ſolitudine. *Pſ.* 54. *v.* 8.

6. Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt. *Matt.* 5. *verſ.* 8.

7. Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum. *Hebr.* 12. *v.* 14.

Digitized by Google

CAPVT XVIII.

Effectus & fructus contemplationis rerum divinarum.

1. COgitare de illa ſenſus eſt conſummatus, & qui vigilaverit propter illam ſecurus erit. *Sap.* 6. *v.* 16.

2. Domine mi in viſione tua diſſolutæ ſunt compages meæ, & nihil in me remanſit virium. *Dan.* 10. *v.* 16.

3. Noſtra autem converſatio in cælis eſt. *Phil.* 3. *v.* 20.

4. Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum. *Pſ.* 30. *v.* 21.

5. Nos verò omnes revelatâ facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu. 2. *Cor.* 3. *v.* 18.

6. Ille erat lucerna ardens & lucens. *Joan.* 5. *v.* 35.

7. Memoriam abundantiæ ſuavitatis tuæ eructabunt, & juſtitia tua axultabunt: miſerator & miſericors Dominus, patiens & multùm miſericors. *Pſ.* 144. *v.* 7. 8.

8. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis, manè ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica. *Cant.* 7. *v.* 11. 12.

9. Beatus vir qui in ſapientia morabitur, & in juſtitia meditabitur; & in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei. *Eccli.* 14. *v.* 22.

CAPVT XIX.

Locus & alia circumſtantia ad meditandum & orandum idonea.

1. EO autem tempore deambulabat Iſaac per viam quæ ducit ad puteum, cujus nomen eſt viventis, & videntis: habitabat enim in terra auſtrali, & egreſſus fuerat ad meditandum in agro, inclinatâ jam die. *Gen.* 24. *v.* 62. 63.

Digitized by Google

2. Cùm oriretur ſeditio & tumultus increſceret, Moyſes & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis, quod, poſtquam ingreſſi ſunt, operuit nubes, & apparuit gloria Domini. *Num.* 16. *v.* 42. 43.

Cumque jacerent in terra, dixit Moyſes ad Aaron: tolle thuribulum, & hauſto igne de altari, mitte incenſum deſuper, pergens citò ad populum, ut roges pro eis: jam enim egreſſa eſt ira à Domino, & plaga deſævit. Quod cùm feciſſet Aaron & cucurriſſet ad mediam multitudinem, quam jam vaſtabat incendium, obtulit thymiama; & ſtans inter mortuos & viventes, pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſavit. *Ibidem. v.* 45. 46. 47. 48.

4. In terra deſerta & invia & inaquoſa: ſic in Sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam & gloriam tuam. *Pſ.* 62. *v.* 3.

5. Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua. *Ibidem. v.* 8.

6. Diluculò valdè ſurgens, egreſſus abiit in deſertum locum ibique orabat. *Mar.* 1. *v.* 35.

Vide ſupra *cap.* 8.

CAPUT XX.

Alia præter allata hactenus & paſſim inſperſa meditationis & orationis exempla.

1. IN mandatis tuis exercebar, & conſiderabo vias tuas: in juſtificationibus tuis meditabor: non obliviſcar ſermones tuos. *Pſ.* 118. *v.* 15. 16.

2. Etenim ſederunt Principes, & adverſum me loquebantur: ſervus autem tuus exercebatur in juſtificationibus tuis. *Pſ.* 118. *verſ.* 23.

3. Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt: & conſilium meum juſtificationes tuæ. *Ibidem. v.* 24.

4. Et meditabar in mandatis tuis quæ dilexi. *Ibidem. v.* 47.

5. Et levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi: & exercebar in juſtificationibus tuis. *Ibidem. v.* 48.

6. Quoniam non cognovi literaturam: introibo in potentias Domini, Domine memorabor juſtitiæ tuæ ſolius. *Pſ.* 70. *v.* 15.

7. Deus

7. Deus docuiſti me à juventute mea, & uſque in ſenectam pronunciabo mirabilia tua: & uſque in ſenectam & ſenium: Deus ne derelinquas me, donec annunciem brachium tuum, generationi omni, quæ ventura eſt. *Ibidem. v.* 16. 17. 18.

8. Quia delectaſti me Domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo. *Pſ. 91. v.* 5.

CAPVT XXI.

Iuramentum licitum ſi debitæ conditiones adſint, temerarium omne prohibetur.

1. IUrabis vivit Dominus: in veritate, & in judicio & in juſtitia, & benedicent eum gentes, ipſumque laudabunt. *Ier. 4. v.* 2.

2. Homines per majorem ſui jurant, & omnis controverſiæ eorum finis, ad confirmationem eſt juramentum. *Hebr. 6. v.* 16.

3. Jurationi non aſſueſcat os tuum, multi enim caſus in ea: nominatio verò Dei non ſit aſſidua in ore tuo, & nominibus ſanctorum non admiſcearis, quoniam non eris immunis ab eis. Sicut enim ſervus aſſiduè interrogatus à livore non minuitur: Sic omnis jurans, & nominans in toto à peccato non purgabitur. Vir multum jurans implebitur iniquitate, & non diſcedet à domo illius plaga. Et ſi fruſtraverit, delictum illius ſuper ipſum erit: & ſi diſſimulaverit, delinquit dupliciter: & ſi in vacuum juraverit, non juſtificabitur: replebitur enim retributione domus illius. *Eccli.* 23. *v.* 9. 10. 11. 12. 13. 14.

4. Ego dico vobis non jurare omninò, neque per cælum, quia thronus Dei eſt, neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum ejus, neque per Ieroſolymam, quia civitas eſt magni Regis, neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem ſermo veſter: eſt, eſt, non, non; quod autem hic abundantius eſt, à malo eſt. *Matt.* 5. *v.* 34. 35. 36. 37.

5. Qui jurat in altari, jurat in eo, & in omnibus, quæ ſuper illud ſunt, & quicunque juraverit in templo, jurat in illo & in eo, qui inhabitat ipſo, & qui in cælo jurat, jurat in throno Dei, & in eo, qui

Digitized by Google

ſedet ſuper eum. *Matt.* 23. *v.* 20. 21. 22.

6. Ante omnia, fratres mei, nolite jurare neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcunque juramentum; ſed ſit ſermo veſter: eſt, eſt: non non, ut non ſub judicio decidatis. *Jac.* 5. *v.* 12.

CAPVT XXII.

Perjurium vetatur & punitur.

1. NOn aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum, nec enim inſontem habebit Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra. *Exo.* 20. *v.* 7.

2. Anima quæ juraverit & protulerit labiis ſuis, ut vel malè quid faceret, vel benè, & idipſum juramento, vel ſermone firmaverit, oblitaque poſtea intellexerit delictum ſuum, agat pœnitentiam pro peccato. *Levit.* 5. *v.* 4. 5.

3. Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui: ego Dominus. *Levit.* 19. *v.* 12.

4. Qui jurat proximo ſuo & non decipit: habitabit in tabernaculo tuo. *Pſ.* 14. *v.* 4.

5. Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto ejus? innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam, nec juravit in dolo proximo ſuo. *Pſ.* 23. *v.* 3. 4.

6. Unuſquiſque malum contra proximum ſuum non cogitetis in cordibus veſtris, & juramentum mendax ne diligatis, omnia enim hæc ſunt quæ odi, dicit Dominus. *Zach.* 8. *v.* 17.

7. Dixit ad me: hæc eſt maledictio, quæ egredietur ſuper faciem omnis terræ, quia omnis fur, ſicut ibi ſcriptum eſt, judicabitur, & omnis jurans ex hoc ſimiliter judicabitur. *Zach.* 5. *v.* 3. 4.

CAPVT XXIII.

Votum ſolvendum Deo & minimè retractandum.

1. CUm votum voveris Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus. Et ſi moratus fueris, reputa-

Digitized by Google

reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, abſque peccato eris. Quod autem ſemel egreſſum eſt de labiis tuis, ſervabis, & facies ſicut promiſiſti Domino Deo tuo, & propriâ voluntate, & ore tuo locutus es: *Deut.* 23 *v.* 21. 22. 23.

2. Vovete & reddite Domino Deo veſtro, omnes qui in circuitu ejus offertis munera. *Pſ.* 75. *v.* 12.

3. Si quid voviſti Deo, ne moreris reddere, diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio, ſed quodcunque voveris redde; multoque melius eſt non vovere, quàm poſt votum promiſſa non reddere. Ne dederis os tuum, ut peccare facias carnem tuam, neque dicas coram angelo: non eſt providentia, ne fortè iratus Deus contra ſermones tuos diſſipet cuncta opera manuum tuarum. *Eccle.* 5. *v.* 3. 4. 5.

4. Cùm luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. 1. *Tim.* 5. *v.* 11. 12.

5. Ruina eſt homini devorare Sanctos, & poſt vota retractare. *Prov.* 20. *v.* 25.

CAPUT XIV.

Qui voverint & vota Deo reddiderint.

1. VOvit Jacob votum, dicens: ſi fuerit Deus mecum & cuſtodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum, reverſuſque fuero proſperè ad domum Patris mei, erit mihi Dominus in Deum, & lapis iſte quem erexi in titulum, vocabitur Domus Dei: cunctorumque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. *Gen.* 28. *v.* 20. 21. 22.

2. Iſraël voto ſe Domino obligans, ait: ſi tradideris populum, iſtum in manu mea, delebo urbes ejus. Exaudivitque Dominus preces Iſraël, & tradidit Chananæum, quem ille interfecit, ſubverſis urbibus ejus: & vocavit nomen loci illius Horma, id eſt anathema. *Num.* 21. *v.* 2. 3.

3. Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicunque primus fuerit egreſſus de foribus domûs meæ, mihique occurrerit revertenti cum pace à filiis Ammon: eum holocauſtum offeram Domino. *Iudic.* 11. *v.* 30. 31.

4. Eaque

4. Eaque quæ voverat Pater ſuus, & ipſe intulit in domum Domini, argentum & aurum, vaſorumque diverſam ſupellectilem. 2. *Paral.* 15. *v.* 18.

5. Lætatus eſt populus cùm vota ſpontè promitterent: quia corde toto offerebant ea Domino: ſed & David Rex lætatus eſt gaudio magno. 1. *Paral.* 29. *v.* 9.

6. Sed & filii Iſraël & Juda, qui habitabant in urbibus Juda, obtulerunt decimas boum & ovium, decimaſque Sanctorum, quæ voverant Domino Deo ſuo; atque univerſa portantes, fecerunt acervos plurimos. 2. *Paral.* 31. *v.* 6.

7. Timuerunt viri timore magno Dominum, & immolaverunt hoſtias Domino, & voverunt vota. *Jonæ* 1. *v.* 16.

8. Ego in voce laudis immolabo tibi: quæcunque vovi, reddam pro ſalute Domino. *Ionæ* 2. *v.* 10.

9. Heliodorus hoſtiâ Deo oblatâ, & votis magnis promiſſis ei: qui vivere ei conceſsit, & Oniæ gratias agens recepto exercitu, repedabat ad Regem. 2. *Mach.* 3. *v.* 35.

CAPUT XXV.

Decimæ & aliæ Oblationes.

1. SI offeratis cæcum ad immolandum nonnè malum eſt? & ſi offeratis claudum & languidum nonnè malum eſt? offer illud duci tuo, ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum, maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino; quia Rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus. *Malach.* 1. *v.* 8. 14.

2. Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria Domini ſeparabitis, optima & electa erunt cuncta. *Num.* 18. *v.* 29.

3. Dedit Abraham Melchiſedecho decimas ex omnibus. *Gen.* 14. *verſ.* 20.

4. Decimas ſe ſoluturum vovit Jacob. *Gen.* 28. *v.* 22.

Vide plura *l.* 4. *p* 6. *c.* 16. *&* 17.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XXVI.

Feſtorum dierum obſervatio, licet in iis vivere liberaliùs intra terminos modeſtiæ.

1. MEmento ut diem Sabbati ſanctifices. *Exo.* 20. *v.* 8.

2. Sex diebus facietis opus, dies ſeptimus, quia Sabbati requies eſt, vocabitur Sanctus, omne opus non facietis in eo: Sabbatum Domini eſt in cunctis habitationibus veſtris. *Levit.* 23. *v.* 3.

3. Si averteris à Sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die ſancto meo, & vocaveris Sabbatum delicatum, & Sanctum Domini glorioſum, & glorificaveris eum, dum non facies vias tuas, & non invenitur voluntas tua ut loquaris ſermonem: Tunc delectaberis ſuper Domino, & ſuſtollam te ſuper altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Jacob patris tui, os enim Domini locutum eſt. *Iſ.* 58. *v.* 13. 14.

4. Cuſtodite animas veſtras, & nolite portare pondera in die Sabbati, nec inferatis per portas Ieruſalem. Si audieritis me, dicit Dominus, ut non inferatis onera per portas civitatis hujus in die Sabbati: & ſi ſanctificaveritis diem Sabbati, ne faciatis in eo omne opus: ingredientur per portas civitatis hujus Reges, & Principes ſedentes ſuper ſolium David, & aſcendentes in curribus & equis ipſi & Principes eorum, viri Juda & habitatores Jeruſalem, & habitabitur civitas hæc in ſempiternum. *Jerem.* 17. *v.* 22. 24. 25.

5. Si autem non audieritis me, ut ſanctificetis diem Sabbati, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Jeruſalem in die Sabbati, ſuccendam ignem in portis ejus, & devorabit domos Jeruſalem, & non extinguetur. *Jerem.* 17. *v.* 27.

6. Dixit eis (ſcilicet Nehemias) ite, comedite pinguia, & bibite mulſum, & mittite partes his, qui non præparaverunt ſibi: quia ſanctus dies Domini eſt, & nolite contriſtari: gaudium etenim Domini eſt fortitudo noſtra. 2. *Eſdra* 8. *v.* 10.

7. Poſt hæc verò cùm eſſet dies feſtus Domini, & factum eſſet prandium bonum in domo Tobiæ, dixit filio ſuo: vade & adduc aliquos de tribu noſtra, timentes Deum, & epulentur nobiſcum. *Tob.* 2. *verſ.* 1. 2.

Digitized by Google

CAPVT XXVII.

Laus DEI commendatur & exigitur quam maxima: ſufficienter DEVS laudari non poteſt.

1. FLorete flores quaſi lilium & date odorem & frondete in gratiam, & collaudate canticum & benedicite Dominum in operibus ſuis. Date nomini ejus magnificentiam, & confitemini illi in voce labiorum veſtrorum, & in canticis labiorum, & cytharis, & ſic dicetis in confeſsione: opera Domini univerſa bona valdè. *Eccli.* 39. *v.* 19. 20. 21.

2. In partes vade ſæculi ſancti, cum vivis, & dantibus confeſſionem Deo, non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere: à mortuo quaſi nihil perit confeſsio. Confiteberis vivens, vivus & ſanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miſerationibus ejus; quàm magna miſericordia Domini, & propitiatio illius convertentibus ad ſe. *Eccli.* 17. *v.* 25. 26. 27. 28.

3. Qui reminiſcimini Domini, ne taceatis, & ne detis ſilentium ei. *Iſ.* 62. *v.* 6. 7.

4. Implemini Spiritu Sancto loquentes vobiſmetipſis in hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino. *Epheſ.* 5. *v.* 18. 19.

5. Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter in omni ſapientia docentes, & commonentes voſmetipſos pſalmis, hymnis & canticis ſpiritualibus in gratia cantantes in cordibus veſtris Deo. *Coloſ.* 3. *v.* 16.

6. Per ipſum offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, id eſt fructum labiorum, confitentium nomini ejus. *Hebr.* 13. *v.* 15.

7. Triſtatur aliquis veſtrûm? oret: æquo animo eſt? pſallat. *Jac.* 5. *v.* 13.

8. Magnus Dominus & laudabilis nimis: terribilis eſt ſuper omnes Deos. *Pſ.* 95. *v.* 4.

9. Quis loquetur potentias Domini? auditas faciet omnes laudes ejus. *Pſ.* 105. *v.* 2.

CA-

CAPVT XXVIII.

Laus proximi in virtute fundata tutiſſima poſt mortem.

1. LAudemus viros glorioſos & parentes noſtros in generatione ſua. *Eccli.* 44. *v.* 1.

2. Sapientiam ipſorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Eccleſia. *Ibidem. v.* 15.

3. Verbum ſapiens quodcunque audierit, ſciens laudabit & ad ſe adjiciet. *Eccli.* 21. *v.* 18.

4. Ante ſermonem non laudes virum: hæc enim tentatio eſt hominum. *Eccli.* 27. *v.* 8.

5. Ante mortem ne laudes hominem quenquam: quoniam in filiis ſuis agnoſcitur vir. *Eccli.* 11. *v.* 30.

6. Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum, ſic probatur homo ore laudantis. *Prov.* 27. *v.* 21.

7. Date ei de fructu manuum ſuarum: & laudent eam in portis opera ejus. *Prov.* 31. *v.* 31.

8. Non laudes virum in ſpecie ſua, neque ſpernas hominem in viſu ſuo: brevis in volatilibus eſt apis: & initium dulcoris habet fructus ejus. *Eccli.* 11. *v.* 2. 3.

CAPVT XXIX

Vitia religioni oppoſita, divinationes, auguria, auſpicia, maleficia à DEO prohibita.

1. DIvinatio erroris, & auguria mendacia, & ſomnia malefacientium vanitas eſt. Et ſicut parturientis cor tuum phantaſias patitur, niſi ab Altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio, ne dederis in iis cor tuum. *Eccli.* 34. *v.* 5. 6.

2. Juxta vias gentium nolite diſcere, & à ſignis cæli nolite metuere, quæ timent gentes. *Jerem.* 10. *v.* 2.

Digitized by Google

3. Non declinetis ad magos, nec ab arioſis aliquid ſciſcitemini, ut polluamini per eos: ego Dominus Deus veſter. *Levit.* 19. *v.* 31.

4. Nec inveniatur in te, qui luſtret filium aut filiam, ducens per ignem: aut qui ariolos ſciſcitetur, & obſervet ſomnia, atque auguria. Nec ſit maleficus nec incantator, neque qui pythones conſulat, nec divinos, & quærat à mortuis veritatem: omnia hæc abominatur Dominus. *Deut.* 18. *v.* 10. 11. 12.

CAPUT XXX.

Eorum effecta, incommoda, pœna.

1. STa cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laboràſti ab adoleſcentia tua, ſi fortè quid proſit tibi, aut ſi poſſis fieri fortior. Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum, ſtent & ſalvent te augures cœli, qui contemplabantur ſidera, & ſupputabant menſes, ut ex eis annunciarent ventura tibi: eccè facti ſunt quaſi ſtipula, ignis combuſcit eos: non liberabunt animam ſuam de manu flammæ: non ſunt prunæ quibus calefiant; nec focus ut ſedeant ad eum, *Iſ.* 47. *v.* 12. 13. 14.

2. Ego ſum Dominus irrita faciens ſigna divinorum, & ariolos in furorem vertens. *Iſ.* 44. *v.* 25.

3. Maleficos non patieris vivere. *Exo.* 22. *v.* 18.

4. Anima quæ declinaverit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi ſui. *Levit.* 20. *v.* 6.

5. Projeciſti populum tuum domum Jacob: quia repleti ſunt ut olim, & augures habuerunt ut Philiſtiim. *Iſ.* 2. *v.* 6.

6. Timidis & veneficis pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda. *Apoc.* 21. *v.* 8.

7. Hæc dicit Dominus: quia miſiſti nuncios ad conſulendum Beelzebub Deum Accaron, quaſi non eſſet Deus in Iſraël, à quo poſſes interrogare ſermonem: ideò de lectulo ſuper quem aſcendiſti non deſcendes, ſed morte morieris. 4. *Reg.* 1. *v.* 16.

8. Multi ex eis, qui fuerant curioſa ſectati, contulerunt libros, & combuſſerunt coram omnibus, & computatis pretiis eorum, invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. *Act.* 19. *v.* 19.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XXXI.

Blaſphemiæ gravitas, prohibitio, pœna.

1. AMen dico vobis quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata, & blaſphemiæ, quibus blaſphemaverint: qui autem blaſphemaverit in Spiritum Sanctum, non habet remiſſionem in æternum, ſed reus erit æterni delicti. *Marci* 3. *v.* 28. 29.

2. Eſt & alia loquela contraria morti, non inveniatur in hæreditate Jacob. *Eccli.* 23. *v.* 13.

3. Homo qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatum ſuum, & qui blaſphemaverit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi, ſive ille civis, ſive peregrinus fuerit. *Levit.* 24. *v.* 15. 16.

4. Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam. *Coloſ.* 3. *v.* 8.

CAPUT XXXII.

Pietas erga Parentes, honore, obſequio, ſimulatione aliiſq; officiis exercenda.

1. AUdi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. *Prov.* 1. *v.* 8. 9.

2. Audi patrem tuum, qui genuit te, & ne contemnas cùm ſenuerit mater tua. *Prov.* 23. *v.* 22.

3. Judicium patris audite filii, & ſic facite, ut ſalvi ſitis, Deus enim honoravit patrem in filiis, & judicium matris exquirens, firmavit in filios. *Eccli.* 3. *v.* 2. 3.

4. Filii obedite parentibus veſtris in Domino: hoc enim juſtum eſt. *Epheſ.* 6. *v.* 1.

5. Honora patrem tuum & matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. *Exo.* 20. *v.* 12.

Digitized by Google

6. Honora patrem tuum & gemitus matris tuæ ne obliviſcaris. Memento quoniam niſi per illos natus non fuiſſes, & retribue illis, quomodo & illi tibi. *Eccli. 7. v. 29. 30.*

7. Sicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrem ſuam, qui honorat patrem ſuum, jucundabitur in filiis, & in die orationis ſuæ exaudietur. Qui honorat patrem ſuum, vitâ vivet longiore: & qui obedit patri refrigerabit matrem. Qui timet Dominum honorat parentes, & quaſi Dominis ſerviet his, qui ſe genuerunt. In opere & ſermone & omni patientia honora patrem tuum, ut ſuperveniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in noviſſimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta. *Eccli. 3. v. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.*

8. Nolite ita loqui: quoniam filii Sanctorum ſumus: & vitam illam exſpectamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo. *Tob. 2. v. 18.*

9. Filii Sanctorum ſumus, & non poſſumus ita conjungi ſicut gentes quæ ignorant Deum. *Tob. 8. v. 5.*

CAPUT XXXIII.

Pietatis exercitæ fructus, pœna neglectæ.

1. Filius ſapiens doctrina patris: qui autem illuſor eſt non audit cum arguitur. *Prov. 13. v. 1.*

2. Ne glorieris in contumelia patris tui, non enim eſt tibi gloria, ſed confuſio, gloria enim hominis ex honore patris ſui, & dedecus filii pater ſine honore. *Eccli. 3. v. 12. 13.*

3. Fili ſuſcipe ſenectam patris tui, & non contriſtes eum in vita illius; & ſi defecerit ſenſu, veniam da, & ne ſpernas eum in virtute tua; eleemoſyna enim patris non erit in oblivione. Nam pro peccato matris reſtituetur tibi bonum, & in juſtitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui: & ſicut in ſereno glacies ſolventur peccata tua. *Eccli. 3. v. 14. 15. 16. 17.*

4. Si genuerit homo filium contumacem & protervum, qui non audiat patris ac matris imperium, & coërcitus obedire contempſerit, aprehendent eum, & ducent ad ſeniores civitatis illius, & ad portam judicii,

Digitized by Google

judicii, dicentque ad eos: filius iſte noſter protervus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, commeſſationibus vacat, & luxuriæ atque conviviis, lapidibus eum obruet populus civitatis & morietur, ut auferatis malum de medio veſtri, & univerſus Iſraël audiens pertimeſcat. *Deut.* 21. *v.* 18. 19. 20. 21.

5. Quàm malæ famæ eſt, qui derelinquit patrem, & eſt à Deo maledictus, qui exaſperat matrem. *Eccli.* 3. *v.* 18.

6. Oculum qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corvi de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ. *Prov.* 30. *v.* 17.

7. Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato, filia autem in deminoratione fiet. Filia prudens hæreditas viro ſuo, nam quæ confundit, in contumeliam fit genitoris. Patrem & virum confundit audax, & ab impiis non minorabitur: ab utriſque autem inhonorabitur. *Eccli.* 22. *v.* 3. 4. 5.

8. Qui maledixerit patri ſuo, aut matri, morte moriatur: patri matrique maledixit: ſanguis ejus ſit ſuper eum. *Levit.* 20. *v.* 9.

CAPUT XXXIV.

Parentum officia erga liberos.

1. ET vos patres nolite ad iracundiam provocare filios veſtros; ſed educate illos in diſciplina & correptione Domini. *Epheſ.* 6. *v.* 4.

2. In filia non avertente ſe firma cuſtodiam: ne inventâ occaſione utatur ſe: ab omni irreverentia oculorum ejus cave, & ne mireris, ſi te neglexerit. Sicut viator ſitiens ad fontem os aperiet, & ab omni aqua bibet, & contra omnem palum ſedebit, & contra omnem ſagittam aperiet pharetram, donec deficiat. *Eccli.* 26. *v.* 13. 14. 15.

3. Novem inſuſpicabilia cordis magnificavi: & decimum dicam in lingua hominibus, homo qui jucundatur in filiis. Vivens & videns ſubverſionem inimicorum ſuorum. *Eccli.* 25. *v.* 9. 10.

4. Ne jucunderis in filiis impiis ſi multiplicentur; nec oblecteris ſuper ipſos, ſi non eſt timor Dei in illis. Non credas vitæ illorum, & ne reſpexeris in labores eorum; melior eſt enim unus timens Deum, quàm mille filii impii, & utile eſt mori ſine filiis, quàm relinquere filios

Digitized by Google

filios impios: ab uno ſenſato inhabitabitur terra, tribus impiorum deſeretur. *Eccli.* 16. *v.* 1. 2. 3. 4. 5.

5. Filio aut mulieri, fratri aut amico non des poteſtatem ſuper te in vita tua: & non dederis alii poſſeſſionem tuam, ne fortè pœniteat te, & depreceris pro eis: dum adhuc ſuper es & reſpiras non immutabit te omnis caro. Melius eſt enim, ut filii tui te rogent, quàm te reſpicere in manus filiorum tuorum. *Eccli.* 33. *v.* 20. 21. 22.

6. Filii abominationum fiunt filii peccatorum, & qui converſantur ſecus domos impiorum. Filiorum peccatorum periet hæreditas, & cum ſemine illorum aſſiduitas opprobrii: de patre impio queruntur filii, quoniam propter illum ſunt in opprobrio. *Eccli.* 41. *v.* 8. 9. 10.

CAPUT XXXV.

Præponenda quæ DEI ſunt, affectui parentum ac liberorum.

1. SI offeratis cæcum ad immolandum nonnè malum eſt? Et ſi offeratis claudum & languidum, nonnè malum eſt? offer illud duci tuo ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Deo, quia Rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus. *Malach.* 1. *v.* 8, 14.

2. Alius de diſcipulis ejus ait illi: Domine permitte me primùm ire & ſepelire patrem meum. Jeſus autem ait illi: ſequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. *Matt.* 8. *v.* 21. 22.

3. Dixit ei quidam: ecce mater tua & fratres tui foris ſtant, quærentes te: at ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait: quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? & extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit: eccè mater mea & fratres mei, quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt; ipſe meus frater & ſoror & mater eſt. *Matt.* 12. *v.* 47. 48. 49. 50.

4. Dixit mater ejus ad illum: Fili quid feciſti nobis ſic? eccè pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: quid eſt quòd me quærebatis? neſciebatis quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe? *Luc.* 2. *v.* 48. 49

5. Qui

5. Qui dixerit patri ſuo & matri ſuæ neſcio vos, & fratribus ſuis ignoro vos, & neſcierunt filios ſuos: hi cuſtodierunt eloquium tuum & pactum tuum ſervaverunt. *Deut.* 33. *v.* 9.

6. Audi filia & vide, & inclina aurem tuam: & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui. *Pſ.* 44. *v.* 11.

7. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monſtravero tibi, faciamque te in gentem magnam, benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictus. *Gen.* 12. *v.* 1. 2.

8. Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. *Luc.* 14. *v.* 26.

CAPVT XXXVI.

Status vitæ deligendus & retinendus.

1. FIli in vita tenta animam tuam, & ſi fuerit nequam, ne des ei poteſtatem: non enim omnia omnibus expediunt, & non omni animæ omne genus placet. *Eccli.* 37. *v.* 30. 31.

2. Unuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat. 1. *Cor.* 7. *v.* 20.

3. Sta in teſtamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veteraſce. Ne manſeris in operibus peccatorum, confide in Deo, & mane in loco tuo. *Eccli.* 11. *v.* 21. 22.

4. Eccè venio citò, tene quod habes ut nemo accipiat coronam tuam. *Apoc.* 3. *v.* 11.

5. Sicut avis tranſmigrans de nido ſuo: ſic vir qui derelinquit locum ſuum. *Prov.* 27. *v.* 8.

6. Quis ex vobis volens turrim ædificare, non prius ſedens computat ſumptus, qui neceſſarii ſunt? Si habeat ad perficiendum, ne poſtea quàm poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare. *Luc.* 14. *v.* 23. 29. 30.

7. Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: hìc habitabo, quoniam elegi eam. *Pſ.* 131. *v.* 14.

8. Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. *Ioan.* 6. *v.* 68

Digitized by Google

CAPVT XXXVII.

Religionis & Religioſorum commendatio.

1. POpulus autem tuus omnes juſti, in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manûs meæ ad glorificandum. Minimus erit in mille, & parvulus in gentem fortiſſimam. Ego Dominus in tempore ejus ſubitò faciam iſtud. *Iſ.* 60. *v.* 21. 22.

2. Hæc eſt generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Jacob. *Pſ.* 23. *v.* 6.

3. Filii ſapientiæ Eccleſia juſtorum: & natio illorum obedientia & dilectio. *Eccli.* 3. *v.* 1.

4. Omnes qui viderint eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus. *Iſ.* 61. *v.* 9.

CAPVT XXXVIII.

Vocationis divinæ beneficium.

1. BEnedictus Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, in cæleſtibus in Chriſto. *Epheſ.* 1. *v.* 3.

2. Propter quod memores eſtote, quòd aliquando vos eratis gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea, quæ dicitur circumciſio in carne manu facta, quòd eratis illo in tempore ſine Chriſto, alienati à converſatione Iſraël, & hoſpites teſtamentorum, promiſſionis ſpem non habentes, & ſine Deo in hoc mundo: nunc autem in Chriſto Ieſu vos, qui aliquando eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine Chriſti. *Epheſ.* 2. *v.* 11. 12. 13.

3. Jam non eſtis hoſpites & advenæ: ſed eſtis cives Sanctorum & domeſtici Dei: ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu. *Epheſ.* 2. *v.* 19. 20.

Digitized by Google

4. Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, ut virtutes annuncietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen ſuum: qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non conſecuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſecuti. 1. *Pet.* 2. *v.* 9. 10.

5. Fidelis Deus per quem vocati eſtis in ſocietatem filii ejus Ieſu Chriſti Domini noſtri. 1. *Cor.* 1. *v.* 9.

6. Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine; qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ. *Coloſ.* 1. *v.* 12. 13.

7. Si audieritis vocem meam & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea enim eſt omnis terra. *Exo.* 19. *v.* 5.

8. Pars Domini populus ejus: Jacob funiculus hæreditatis ejus. *Deut.* 32. *v.* 9.

9. Dominus pars hæreditatis meæ: & calicis mei, tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi: funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara eſt mihi. *Pſ.* 15. *v.* 5. 6.

10. Dicant qui redempti ſunt à Domino, quos redemit de manu inimici: & de regionibus congregavit eos à ſolis ortu & occaſu, ab aquilone & mari. Erraverunt in ſolitudine, in inaquoſo viam civitatis habitaculi non invenerunt. *Pſ.* 106. *v.* 2. 3. 4.

11. Invenit eum in terra deſerta, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis; circumduxit eum & docuit: & cuſtodivit quaſi pupillam oculi ſui. *Deut.* 32. *v.* 10.

12. Dedit illis regiones gentium: & labores populorum poſſederunt, ut cuſtodiant juſtificationes ejus: & legem ejus requirant. *Pſ.* 104. *v.* 44. 45.

13. Dedi vobis terram, in qua non laboràſtis, & urbes quas non ædificâſtis, ut habitaretis in eis: vineas & oliveta, quæ non plantâſtis. *Ioſ.* 24. *v.* 13.

14. In hoc eſt verbum verum: quia alius eſt qui ſeminat, alius qui metit: ego miſi vos metere quod non laboràſtis; alii laboraverunt, & vos in labores eorum introiiſtis. *Joan.* 4. *v.* 37. 38.

CAPVT XXXIX

Officia boni Religioſi & munia honorifica.

1. SI quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me. *Matt.* 16. *v.* 24.

2. Si quis putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, hujus vana eſt religio. *Jac.* 1. *v.* 26.

3. Beati qui habitant in domo tua Domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te. *Pſ.* 83. *v.* 5.

4. Beati viri tui, & beati ſervi tui, qui ſtant coram te ſemper, & audiunt Sapientiam tuam. 3. *Reg.* 10. *v.* 8.

5. Quia melior eſt dies una in atriis tuis: ſuper millia elegi abjectus eſſe in domo Dei mei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. *Pſ.* 83. *v.* 11.

CAPVT XL.

Cohortatio ad vivendum dignè ſua vocatione.

1. OBſecro vos ego vinctus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, quâ vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia ſupportantes invicem in charitate. *Epheſ.* 4. *v.* 1. 2.

2. Obaudite me divini fructus & quaſi roſa plantata ſuper rivos aquarum fructificate. Quaſi Libanus odorem ſuavitatis habete. Florete flores quaſi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam, & date canticum, & benedicite Dominum in operibus ſuis. *Eccli.* 39. *v.* 17. 18. 19.

3. Poſui vos ut eatis, & fructum afferatis: & fructus veſter maneat. *Ioan.* 15. *v.* 16.

4. Memento patris & matris tuæ, in medio enim magnatorum conſiſtis. *Eccli.* 23. *v.* 18.

5. Attendite ad petram, unde exciſi eſtis, & ad cavernam laci de qua exciſi eſtis. Attendite ad Abraham Patrem veſtrum, & ad Saram, quæ peperit vos, quia unum vocavi eum, & benedixi ei, & multiplicavi eum. *Iſ.* 51. *v.* 1. 2.

C A-

Digitized by Google

CAPVT XLI.

Degeneres à pio majorum inſtituto.

1. RΕcordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam, & charitatem deſponſationis tuæ, quando ſecuta es me in deſerto, in terra, quæ non ſeminatur. Quid invenerunt in me patres veſtri iniquitatis? &c. *Ier. 2. v. 2. 5.*

2. Ego plantavi te vineam electam, omne ſemen verum: quomodo ergò converſa es mihi in pravum vinea aliena? *Ierem. 2. v. 21.*

3. Egreſſus eſt à filia Sion omnis decor ejus: facti ſunt Principes ejus velut arietes non invenientes paſcua, & abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis. *Thren. 1. v. 6.*

4. Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides Sanctuarii, in capite omnium platearum? Filii Sion inclyti & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli? *Thren. 4. v. 1. 2.*

5. Qui veſcebantur voluptuosè interierunt in viis, qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. *Thren. 4. v. 5.*

6. Quid eſt quod dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa? numquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es? *Jerem. 11. v. 15.*

7. In domo Iſraël vidi horrendum: ibi fornicationes Ephraïm, contaminatus eſt Iſraël. *Oſeæ 6. v. 10.*

8. Judicabit id, quod ex natura eſt præputium legem conſummans, te qui per literam & circumciſionem prævaricator legis es: non enim quæ in manifeſto in carne eſt circumciſio, ſed qui in abſcondito judæus eſt, & circumciſio cordis in ſpiritu non litera, cujus laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt. *Rom. 2. v. 27. 28. 29.*

Digitized by Google

CAPVT XLII.

Apoſtaſia à Religione diſſuadetur, ſuadetur reditus.

1. SAlva animam tuam, & noli reſpicere poſt tergum tuum, nec ſtes in omni circa regione, ſed in monte ſalvum te fac, ne & tu ſimul pereas. Reſpicienſque uxor ejus poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis. *Gen.* 19. *v.* 17. 26.

2. Ne deſcendas in Ægyptum, ſed quieſce in terra, quam dixero tibi. *Gen.* 26. *v.* 2.

3. Si Spiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris. *Eccle.* 10. *v.* 4.

4. Mane in loco tuo. *Eccli.* 11. *v.* 22.

5. Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei. *Luc.* 9. *v.* 62.

6. Filioli, noviſſima hora eſt: & ſicut audiſtis, quia anti-chriſtus venit, & nunc anti-chriſti multi facti ſunt: undè ſcimus, quia noviſſima hora eſt: ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utique nobiſcum: ſed ut manifeſti ſint, quoniam non ſunt omnes ex nobis. 1. *Joan.* 2. *v.* 18. 19.

7. Memor eſto, unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: ſin autem venio tibi, & movebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris. *Apoc.* 2. *v.* 5.

Vide parte 1. *capite* 15.

CAPVT XLIII.

Paupertas Evangelica laudatur & ſuadetur.

1. OMnis qui reliquerit domum, vel fratres aut ſorores, aut patrem aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. *Matt.* 19. *v.* 29.

2. Amen

2. Amen dico vobis nemo eſt, qui reliquit domum aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multò plura in hoc tempore, & in ſæculo venturo vitam æternam. *Luc.* 18. *v.* 29. 30.

3. Factum eſt ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ, mortuus eſt autem & dives, & ſepultus eſt in inferno. *Luc.* 16. *v.* 22.

4. Beati pauperes ſpiritu; quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. *Matt.* 5. *v.* 3.

5. Edent pauperes & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum, vivent corda eorum in ſæculum ſæculi. *Pſ.* 21. *v.* 27.

6. Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni ſequere me. *Matt.* 19. *verſ.* 22.

CAPUT XLIV.

Pauperes Evangelici qui fuerint, & quàm commendati, pœna infracti voti paupertatis.

1. VUlpes foveas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. *Matt.* 8. *verſ.* 20.

2. Nolite poſsidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris: non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam, dignus eſt enim operarius cibo ſuo. *Matt.* 10. *v.* 9. 10.

3. In illo tempore abiit Jeſus per ſata ſabbato: diſcipuli autem ejus eſurientes cœperunt vellere ſpicas, & manducare. *Matt.* 12. *verſ.* 1.

4. Reſponderunt ei, non habemus hic niſi quinque panes & duos piſces. *Matt.* 14. *v.* 17.

5. Peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præſepio, quia non erat eis locus in diverſorio. *Luc.* 2. *v.* 7.

6. In alieno ſepulchro ſepelitur, ſindone & aromatibus ab aliis donatus. *Ioan.* 19. *v.* 39.

7. Ha-

Digitized by Google

7. Habebant omnia communia, poſſeſſiones & ſubſtantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat. *Act.* 2. *v.* 44. 45.

8. Gratia magna erat in omnibus illis, neque enim quiſquam egens erat inter illos, quotquot poſſeſſores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretium eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum, dividebatur autem ſingulis prout cuique opus erat. *Act.* 4. *v.* 33. 34. 35.

9. Argentum & aurum non eſt mihi. *Act.* 3. *v.* 6.

10. Argentum & aurum aut veſtem nullius concupivi, ipſi ſcitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtraverunt manus iſtæ. *Act.* 20. *v.* 33. 34.

11. Ananias cum Sapphira uxore ob pecuniam contra votum retentam ſecretò, ſubitâ morte pereunt. *Act.* 5.

CAPVT XLV.

Caſtitas commendatur præſertim Evangelica.

1. O Quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate! immortalis eſt enim memoria illius, quoniam & apud Deum nota eſt, & apud homines, cùm præſens eſt, imitantur eam, & deſiderant eam, cùm ſe eduxerit, & in perpetuum coronata; triumphat incoinquinatorum certaminum præmium vincens. *Sap.* 4. *v.* 1. 2.

2. Incorruptio facit proximum Deo. *Sap.* 6. *v.* 20.

3. In reſurrectione neque nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut angeli Dei in cælo. *Matt.* 22. *v.* 30.

4. Sunt eunuchi, qui de matris utero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus: & ſunt eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum, qui poteſt capere, capiat. *Matt.* 19. *verſ.* 12.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XLVI.

Virginitatis laudes, præmia, conſilia.

1. ET vidi, & ecce Agnus ſtabat ſupra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen ejus, & nomen Patris ejus ſcriptum in frontibus ſuis: & audivi vocem de cælo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni, & vocem quam audivi ſicut cytharæ dorum cytharizantium cytharis ſuis: & cantabant quaſi canticum novum ante ſedem, & ante quatuor animalia, & ſeniores, & nemo poterat dicere canticum, niſi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti ſunt de terra. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, Virgines enim ſunt, hi ſequuntur Agnum quòcunque ierit. Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno, & in ore eorum non eſt inventum mendacium: ſine macula enim ſunt ante thronum Dei. *Apoc.* 14 *verſ.* 1. 2. 3. 4. 5.

2. Dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit. *Iſ.* 56. *v.* 5.

3. Felix eſt ſterilis & incoinquinata, quæ neſcivit torum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum. Et ſpado qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem, nec cogitavit adversùs Deum iniquiſſima, dabitur enim illi fidei donum electum, & ſors in templo Dei acceptiſſima. *Sap.* 3. *v.* 13. 14.

4. Volo omnes vos eſſe ſicut meipſum, ſed unuſquiſque proprium donum habet ex Deo, alius quidem ſic, alius verò ſic: dico autem non nuptis, & viduis: bonum eſt illis ſi ſic permaneant, ſicut & ego. 1. *Cor.* 7. *v.* 7. 8.

5. De Virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do tanquam miſericordiam conſecutus à Domino, ut ſim fidelis. Exiſtimo ergò hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſsitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. 1. *Cor.* 7. *v.* 25. 26.

Vide verbo Continentia, Pudicitia.

Digitized by Google

filios impios: ab uno ſenſato inhabitabitur terra, tribus impiorum deſeretur. *Eccli.* 16. *v.* 1. 2. 3. 4. 5.

5. Filio aut mulieri, fratri aut amico non des poteſtatem ſuper te in vita tua: & non dederis alii poſſeſſionem tuam, ne fortè pœniteat te, & depreceris pro eis: dum adhuc ſuper es & reſpiras non immutabit te omnis caro. Melius eſt enim, ut filii tui te rogent, quàm te reſpicere in manus filiorum tuorum. *Eccli.* 33. *v.* 20. 21. 22.

6. Filii abominationum fiunt filii peccatorum, & qui converſantur ſecus domos impiorum. Filiorum peccatorum periet hæreditas, & cum ſemine illorum aſſiduitas opprobrii: de patre impio queruntur filii, quoniam propter illum ſunt in opprobrio. *Eccli.* 41. *v.* 8. 9. 10.

CAPUT XXXV.

Præponenda quæ DEI ſunt, affectui parentum ac liberorum.

1. SI offeratis cæcum ad immolandum nonnè malum eſt? Et ſi offeratis claudum & languidum, nonnè malum eſt? offer illud duci tuo ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Deo, quia Rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus. *Malach.* 1. *v.* 8, 14.

2. Alius de diſcipulis ejus ait illi: Domine permitte me primùm ire & ſepelire patrem meum. Jeſus autem ait illi: ſequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. *Matt.* 8. *v.* 21. 22.

3. Dixit ei quidam: ecce mater tua & fratres tui foris ſtant, quærentes te: at ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait: quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? & extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit: eccè mater mea & fratres mei, quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt; ipſe meus frater & ſoror & mater eſt. *Matt.* 12. *v.* 47. 48. 49. 50.

4. Dixit mater ejus ad illum: Fili quid feciſti nobis ſic? eccè pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: quid eſt quòd me quærebatis? neſciebatis quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe? *Luc.* 2. *v.* 48. 49

5. Qui

Digitized by Google

5. Qui dixerit patri ſuo & matri ſuæ neſcio vos, & fratribus ſuis ignoro vos, & neſcierunt filios ſuos: hi cuſtodierunt eloquium tuum & pactum tuum ſervaverunt. *Deut.* 33. *v.* 9.

6. Audi filia & vide, & inclina aurem tuam: & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui. *Pſ.* 44. *v.* 11.

7. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monſtravero tibi, faciamque te in gentem magnam, benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictus. *Gen.* 12. *v.* 1. 2.

8. Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. *Luc.* 14. *v.* 26.

CAPVT XXXVI.

Status vitæ deligendus & retinendus.

1. FIli in vita tenta animam tuam, & ſi fuerit nequam, ne des ei poteſtatem: non enim omnia omnibus expediunt, & non omni animæ omne genus placet. *Eccli.* 37. *v.* 30. 31.

2. Unuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat. 1. *Cor.* 7. *v.* 20.

3. Sta in teſtamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veteraſce. Ne manſeris in operibus peccatorum, confide in Deo, & mane in loco tuo. *Eccli.* 11. *v.* 21. 22.

4. Ecce venio citò, tene quod habes ut nemo accipiat coronam tuam. *Apoc.* 3. *v.* 11.

5. Sicut avis tranſmigrans de nido ſuo: ſic vir qui derelinquit locum ſuum. *Prov.* 27. *v.* 8.

6. Quis ex vobis volens turrim ædificare, non prius ſedens computat ſumptus, qui neceſſarii ſunt? Si habeat ad perficiendum, ne poſtea quàm poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare. *Luc.* 14. *v.* 28. 29. 30.

7. Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: hîc habitabo, quoniam elegi eam. *Pſ.* 131. *v.* 14.

8. Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. *Ioan.* 6. *v.* 68.

Digitized by Google

CAPVT XXXVII.

Religionis & Religioſorum commendatio.

1. POpulus autem tuus omnes juſti, in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manûs meæ ad glorificandum. Minimus erit in mille, & parvulus in gentem fortiſſimam. Ego Dominus in tempore ejus ſubitò faciam iſtud. *Iſ.* 60. *v.* 21. 22.

2. Hæc eſt generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Jacob. *Pſ.* 23. *v.* 6.

3. Filii ſapientiæ Eccleſia juſtorum: & natio illorum obedientia & dilectio. *Eccli.* 3. *v.* 1.

4. Omnes qui viderint eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus. *Iſ.* 61. *v.* 9.

CAPVT XXXVIII.

Vocationis divinæ beneficium.

1. BEnedictus Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, in cæleſtibus in Chriſto. *Epheſ.* 1. *v.* 3.

2. Propter quod memores eſtote, quòd aliquando vos eratis gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea, quæ dicitur circumciſio in carne manu facta, quòd eratis illo in tempore ſine Chriſto, alienati à converſatione Iſraël, & hoſpites teſtamentorum, promiſſionis ſpem non habentes, & ſine Deo in hoc mundo: nunc autem in Chriſto Ieſu vos, qui aliquando eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine Chriſti. *Epheſ.* 2. *v.* 11. 12. 13.

3. Jam non eſtis hoſpites & advenæ: ſed eſtis cives Sanctorum & domeſtici Dei: ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu. *Epheſ.* 2. *v.* 19. 20.

4. Vos

Digitized by Google

4. Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, ut virtutes annuncietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen ſuum: qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non conſecuti miſericordiam; nunc autem miſericordiam conſecuti. 1. *Pet.* 2. *v.* 9. 10.

5. Fidelis Deus per quem vocati eſtis in ſocietatem filii ejus Ieſu Chriſti Domini noſtri. 1. *Cor.* 1. *v.* 9.

6. Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine; qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ. *Coloſ.* 1. *v.* 12. 13.

7. Si audieritis vocem meam & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea enim eſt omnis terra. *Exo.* 19. *v.* 5.

8. Pars Domini populus ejus: Jacob funiculus hæreditatis ejus. *Deut.* 32. *v.* 9.

9. Dominus pars hæreditatis meæ: & calicis mei, tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi: funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara eſt mihi. *Pſ.* 15. *v.* 5. 6.

10. Dicant : qui redempti ſunt à Domino, quos redemit de manu inimici: & de regionibus congregavit eos à ſolis ortu & occaſu, ab aquilone & mari. Erraverunt in ſolitudine, in inaquoſo viam civitatis habitaculi non invenerunt. *Pſ.* 106. *v.* 2. 3. 4.

11. Invenit eum in terra deſerta, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis; circumduxit eum & docuit: & cuſtodivit quaſi pupillam oculi ſui. *Deut.* 32. *v.* 10.

12. Dedit illis regiones gentium: & labores populorum poſſederunt, ut cuſtodiant juſtificationes ejus: & legem ejus requirant. *Pſ.* 104. *v.* 44. 45.

13. Dedi vobis terram, in qua non laborâſtis, & urbes quas non ædificâſtis, ut habitaretis in eis: vineas & oliveta, quæ non plantâſtis. *Ioſ.* 24. *v.* 13.

14. In hoc eſt verbum verum: quia alius eſt qui ſeminat, alius qui metit: ego miſi vos metere quod non laborâſtis; alii laboraverunt, & vos in labores eorum introiſtis. *Joan.* 4. *v.* 37. 38.

Digitized by Google

CAPVT XXXIX

Officia boni Religioſi & munia honorifica.

1. SI quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me. *Matt.* 16. *v.* 24.

2. Si quis putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, hujus vana eſt religio. *Jac.* 1. *v.* 26.

3. Beati qui habitant in domo tua Domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te. *Pſ.* 83. *v.* 5.

4. Beati viri tui, & beati ſervi tui, qui ſtant coram te ſemper, & audiunt Sapientiam tuam. 3. *Reg.* 10. *v.* 8.

5. Quia melior eſt dies una in atriis tuis: ſuper millia elegi abjectus eſſe in domo Dei mei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. *Pſ.* 83. *v.* 11.

CAPVT XL.

Cohortatio ad vivendum dignè ſua vocatione.

1. OBſecro vos ego vinctus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, quâ vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia ſupportantes invicem in charitate. *Epheſ.* 4. *v.* 1. 2.

2. Obaudite me divini fructus & quaſi roſa plantata ſuper rivos aquarum fructificate. Quaſi Libanus odorem ſuavitatis habete. Florete flores quaſi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam, & date canticum, & benedicite Dominum in operibus ſuis. *Eccli.* 39. *v.* 17. 18. 19.

3. Poſui vos ut eatis, & fructum afferatis: & fructus veſter maneat. *Ioan.* 15. *v.* 16.

4. Memento patris & matris tuæ, in medio enim magnatorum conſiſtis. *Eccli.* 23. *v.* 18.

5. Attendite ad petram, unde exciſi eſtis, & ad cavernam laci de qua exciſi eſtis. Attendite ad Abraham Patrem veſtrum, & ad Saram, quæ peperit vos, quia unum vocavi eum, & benedixi ei, & multiplicavi eum. *Iſ.* 51. *v.* 1. 2.

C A-

Digitized by Google

CAPUT XLI.

Degeneres à pio majorum inſtituto.

1. REcordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam, & charitatem deſponſationis tuæ, quando ſecuta es me in deſerto, in terra, quæ non ſeminatur. Quid invenerunt in me patres veſtri iniquitatis? &c. *Ier.* 2. *v.* 2. 5.

2. Ego plantavi te vineam electam, omne ſemen verum: quomodo ergò converſa es mihi in pravum vinea eliena? *Ierem.* 2. *v.* 21.

3. Egreſſus eſt à filia Sion omnis decor ejus: facti ſunt Principes ejus velut arietes non invenientes paſcua, & abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis. *Thren.* 1. *v.* 6.

4. Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides Sanctuarii, in capite omnium platearum? Filii Sion inclyti & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli? *Thren.* 4. *v.* 1. 2.

5. Qui veſcebantur voluptuosè interierunt in viis, qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. *Thren.* 4. *v.* 5.

6. Quid eſt quod dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa? numquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es? *Jerem.* 11. *v.* 15.

7. In domo Iſraël vidi horrendum: ibi fornicationes Ephraïm, contaminatus eſt Iſraël. *Oſea* 6. *v.* 10.

8. Judicabit id, quod ex natura eſt præputium legem conſummans, te qui per literam & circumciſionem prævaricator legis es: non enim quæ in manifeſto in carne eſt circumciſio, ſed qui in abſcondito judæus eſt, & circumciſio cordis in ſpiritu non litera, cujus laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt. *Rom.* 2. *v.* 27. 28. 29.

CAPVT XLII.

Apoſtaſia à Religione diſſuadetur, ſuadetur reditus.

1. SAlva animam tuam, & noli reſpicere poſt tergum tuum, nec ſtes in omni circa regione, ſed in monte ſalvum te fac, ne & tu ſimul pereas. Reſpicienſque uxor ejus poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis. *Gen.* 19. *v.* 17. 26.

2. Ne deſcendas in Ægyptum, ſed quieſce in terra, quam dixero tibi. *Gen.* 26. *v.* 2.

3. Si Spiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris. *Eccle.* 10. *v.* 4.

4. Mane in loco tuo. *Eccli.* 11. *v.* 22.

5. Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei. *Luc.* 9. *v.* 62.

6. Filioli, noviſſima hora eſt: & ſicut audiſtis, quia anti-chriſtus venit, & nunc anti-chriſti multi facti ſunt: undè ſcimus, quia noviſſima hora eſt.: ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utique nobiſcum: ſed ut manifeſti ſint, quoniam non ſunt omnes ex nobis. 1. *Joan.* 2. *v.* 18. 19.

7. Memor eſto, unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: ſin autem venio tibi, & movebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris. *Apoc.* 2. *v.* 5.

Vide parte 1. *capite* 15.

CAPVT XLIII.

Paupertas Evangelica laudatur & ſuadetur.

1. OMnis qui reliquerit domum, vel fratres aut ſorores, aut patrem aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. *Matt.* 19. *v.* 29.

2. Amen

Digitized by Google

2. Amen dico vobis nemo eſt, qui reliquit domum aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multò plura in hoc tempore, & in ſæculo venturo vitam æternam. *Luc.* 18. *v.* 29. 30.

3. Factum eſt ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ, mortuus eſt autem & dives, & ſepultus eſt in inferno. *Luc.* 16. *v.* 22.

4. Beati pauperes ſpiritu; quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. *Matt.* 5. *v.* 3.

5. Edent pauperes & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum, vivent corda eorum in ſæculum ſæculi. *Pſ.* 21. *v.* 27.

6. Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni ſequere me. *Matt.* 19. *verſ.* 22.

CAPUT XLIV.

Pauperes Evangelici qui fuerint, & quàm commendati, pœna infracti voti paupertatis.

1. VUlpes foveas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. *Matt.* 8. *verſ.* 20.

2. Nolite poſsidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris: non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam, dignus eſt enim operarius cibo ſuo. *Matt.* 10. *v.* 9. 10.

3. In illo tempore abiit Jeſus per ſata ſabbato: diſcipuli autem ejus eſurientes cœperunt vellere ſpicas, & manducare. *Matt.* 12. *verſ.* 1.

4. Reſponderunt ei, non habemus hic niſi quinque panes & duos piſces. *Matt.* 14. *v.* 17.

5. Peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præſepio, quia non erat eis locus in diverſorio. *Luc.* 2. *v.* 7.

6. In alieno ſepulchro ſepelitur, ſindone & aromatibus ab aliis donatus. *Ioan.* 19. *v.* 39.

7. Ha-

Digitized by Google

7. ¶ Habebant omnia communia, poſſeſſiones & ſubſtantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat. *Act.* 2. *v.* 44. 45.

8. Gratia magna erat in omnibus illis, neque enim quiſquam egens erat inter illos, quotquot poſſeſſores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretium eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum, dividebatur autem ſingulis prout cuique opus erat. *Act.* 4. *v.* 33. 34. 35.

9. Argentum & aurum non eſt mihi. *Act.* 3. *v.* 6.

10. Argentum & aurum aut veſtem nullius concupivi, ipſi ſcitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtraverunt manus iſtæ. *Act.* 20. *v.* 33. 34.

11. Ananias cum Sapphira uxore ob pecuniam contra votum retentam ſecretò, ſubitâ morte pereunt. *Act.* 5.

CAPUT XLV.

Caſtitas commendatur præſertim Evangelica.

1. O Quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate! immortalis eſt enim memoria illius, quoniam & apud Deum nota eſt, & apud homines, cùm præſens eſt, imitantur eam, & deſiderant eam, cùm ſe eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum præmium vincens. *Sap.* 4. *v.* 1. 2.

2. Incorruptio facit proximum Deo. *Sap.* 6. *v.* 20.

3. In reſurrectione neque nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut angeli Dei in cælo. *Matt.* 22. *v.* 30.

4. Sunt eunuchi, qui de matris utero ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus: & ſunt eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum, qui poteſt capere, capiat. *Matt.* 19. *verſ.* 12.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XLVI.

Virginitatis laudes, præmia, conſilia.

1. ET vidi, & ecce Agnus ſtabat ſupra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen ejus, & nomen Patris ejus ſcriptum in frontibus ſuis: & audivi vocem de cælo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni, & vocem quam audivi ſicut cytharæ dorum cytharizantium cytharis ſuis: & cantabant quaſi canticum novum ante ſedem, & ante quatuor animalia, & ſeniores, & nemo poterat dicere canticum, niſi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti ſunt de terra. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, Virgines enim ſunt, hi ſequuntur Agnum quòcunque ierit. Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno, & in ore eorum non eſt inventum mendacium: ſine macula enim ſunt ante thronum Dei. *Apoc.* 14 *verſ.* 1. 2. 3. 4. 5.

2. Dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit. *Iſ.* 56. *v.* 5.

3. Felix eſt ſterilis & incoinquinata, quæ neſcivit torum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum. Et ſpado qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem, nec cogitavit adversùs Deum iniquiſſima, dabitur enim illi fidei donum electum, & ſors in templo Dei acceptiſſima. *Sap.* 3. *v.* 13. 14.

4. Volo omnes vos eſſe ſicut meipſum, ſed unuſquiſque proprium donum habet ex Deo, alius quidem ſic, alius verò ſic: dico autem non nuptis, & viduis: bonum eſt illis ſi ſic permaneant, ſicut & ego. 1. *Cor.* 7. *v.* 7. 8.

5. De Virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do tanquam miſericordiam conſecutus à Domino, ut ſim fidelis. Exiſtimo ergò hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſsitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. 1. *Cor.* 7. *v.* 25. 26.

Vide verbo Continentia, Pudicitia.

CAPUT XLVII.

Obedientia atque obſervantia exhibenda Deo, Prælatis, & Superioribus omnibus.

1. SI juſtum eſt in conſpectu Dei, vos potiùs audire quàm Deum, judicate: non enim poſſumus, quæ vidimus, & audivimus non loqui. *Act.* 4. *v.* 19.

2. Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. *Act.* 5. *v.* 29.

3. Subditi eſtote Deo, reſiſtite autem diabolo, & fugiet à vobis. *Jac.* 4. *v.* 7.

4. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè conplacui, ipſum audite. *Matt.* 17. *v.* 5.

5. Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis: ipſi enim pervigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expedit vobis. *Hebr.* 13. *v.* 17.

6. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi: omnia ergò quæcunque dixerint vobis ſervate & facite: ſecundùm opera verò eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt. *Matt.* 23. *v.* 2. 3.

7. Qui vos audit me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit: qui autem me ſpernit, ſpernit eum, qui miſit me: *Luc.* 10. *v.* 16.

8. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſiſtunt ipſi, ſibi damnationem acquirunt; nam Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem? bonum fac. Et habebis laudem ex illa: ideò neceſſitate ſubditi eſtote non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. *Rom.* 13. *v.* 1. 2. 3. 5.

9. Admone illos Principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe. *Tit.* 3. *v.* 1.

10. Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: ſive Regi quaſi præcellenti; ſive Ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: quia ſic eſt voluntas Dei, ut benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam

rantiam; quaſi liberi, & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem, ſed ſicut ſervi Dei, omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, Regem honorificate. 1. *Pet.* 2. *v.* 13. 14. 15. 16. 17.

11. Servi ſubditi eſtote in omni timore Dominis, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis. 1. *Pet.* 2. *v.* 18.

12. Servi obedite Dominis carnalibus cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto: non ad oculum ſervientes, quaſi hominibus placentes, ſed ut ſervi Chriſti facientes voluntatem Dei ex animo cum bona voluntate ſervientes, ſicut Domino, & non hominibus: ſcientes quoniam unuſquiſque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, ſive ſervus, ſive liber. *Epheſ.* 6. *verſ.* 5. 6. 7. 8.

CAPVT XLVIII.

Obedientiæ perfectio, promptitudo, effectus, fructus.

1. DIvinatio in labiis Regis, in judicio non errabit os ejus. *Prov.* 16. *v.* 10.

2. Animas veſtras caſtificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore ſimplici, ex corde invicem diligite attentiùs. 1. *Pet.* 1. *v.* 22.

3. Populus quem non cognovi ſervivit mihi, in auditu auris obedivit mihi. *Pſ.* 17. *v.* 45.

4. Vir obediens loquetur victoriam. *Prov.* 21. *v.* 28.

5. Multò melior eſt obedientia, quàm ſtultorum victimæ, qui neſciunt, quid faciunt mali. *Eccle.* 4. *v.* 17.

6. Nunquid vult Dominus holocauſta, & victimas, & non potius, ut obediatur voci Domini? melior eſt enim obedientia quàm victimæ: & auſcultare magis quàm offerre adipem arietum. 1. *Reg.* 15. *v.* 22.

7. Miſericordiam volui, & non ſacrificium, & ſcientiam Dei pluſquam holocauſta. *Oſea* 6. *v.* 6.

8. Qui me audierit, abſque terrore requieſcet, & abundantiâ perfruetur, timore malorum ſublato. *Prov.* 1. *v.* 33.

9. Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra: inclinate aurem veſtram, & venite ad me: audite & vivet anima veſtra, & feriam vobiſcum pactum ſempiternum, miſericordias David fideles. *Iſ.* 55. *v.* 2. 3.

Digitized by Google

CAPVT XXXVII.

Religionis & Religioſorum commendatio.

1. POpulus autem tuus omnes juſti, in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manûs meæ ad glorificandum. Minimus erit in mille, & parvulus in gentem fortiſſimam. Ego Dominus in tempore ejus ſubitò faciam iſtud. *Iſ.* 60. *v.* 21. 22.

2. Hæc eſt generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Jacob. *Pſ.* 23. *v.* 6.

3. Filii ſapientiæ Eccleſia juſtorum: & natio illorum obedientia & dilectio. *Eccli.* 3. *v.* 1.

4. Omnes qui viderint eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus. *Iſ.* 61. *v.* 9.

CAPVT XXXVIII.

Vocationis divinæ beneficium.

1. BEnedictus Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, in cæleſtibus in Chriſto. *Epheſ.* 1. *v.* 3.

2. Propter quod memores eſtote, quòd aliquando vos eratis gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea, quæ dicitur circumciſio in carne manu facta, quòd eratis illo in tempore ſine Chriſto, alienati à converſatione Iſraël, & hoſpites teſtamentorum, promiſſionis ſpem non habentes, & ſine Deo in hoc mundo: nunc autem in Chriſto Ieſu vos, qui aliquando eratis longè, facti eſtis propè in ſanguine Chriſti. *Epheſ.* 2. *v.* 11. 12. 13.

3. Jam non eſtis hoſpites & advenæ: ſed eſtis cives Sanctorum & domeſtici Dei: ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu. *Epheſ.* 2. *v.* 19. 20.

4. Vos

Digitized by Google

4. Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, ut virtutes annuncietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen ſuum: qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non conſecuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſecuti. 1. *Pet.* 2. *v.* 9. 10.

5. Fidelis Deus per quem vocati eſtis in ſocietatem filii ejus Ieſu Chriſti Domini noſtri. 1. *Cor.* 1. *v.* 9.

6. Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine; qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ. *Coloſ.* 1. *v.* 12. 13.

7. Si audieritis vocem meam & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea enim eſt omnis terra. *Exo.* 19. *v.* 5.

8. Pars Domini populus ejus: Jacob funiculus hæreditatis ejus. *Deut.* 32. *v.* 9.

9. Dominus pars hæreditatis meæ: & calicis mei, tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi: funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara eſt mihi. *Pſ.* 15. *v.* 5. 6.

10. Dicant: qui redempti ſunt à Domino, quos redemit de manu inimici: & de regionibus congregavit eos à ſolis ortu & occaſu, ab aquilone & mari. Erraverunt in ſolitudine, in inaquoſo viam civitatis habitaculi non invenerunt. *Pſ.* 106. *v.* 2, 3. 4.

11. Invenit eum in terra deſerta, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis; circumduxit eum & docuit: & cuſtodivit quaſi pupillam oculi ſui. *Deut.* 32. *v.* 10.

12. Dedit illis regiones gentium: & labores populorum poſſederunt, ut cuſtodiant juſtificationes ejus: & legem ejus requirant. *Pſ.* 104. *v.* 44. 45.

13. Dedi vobis terram, in qua non laborâſtis, & urbes quas non ædificâſtis, ut habitaretis in eis: vineas & oliveta, quæ non plantâſtis. *Ioſ.* 24. *v.* 13.

14. In hoc eſt verbum verum: quia alius eſt qui ſeminat, alius qui metit: ego miſi vos metere quod non laborâſtis; alii laboraverunt, & vos in labores eorum introiſtis. *Joan.* 4. *v.* 37. 38.

Digitized by Google

CAPVT XXXIX

Officia boni Religioſi & munia honorifica.

1. SI quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me. *Matt.* 16. *v.* 24.

2. Si quis putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, hujus vana eſt religio. *Jac.* 1. *v.* 26.

3. Beati qui habitant in domo tua Domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te. *Pſ.* 83. *v.* 5.

4. Beati viri tui, & beati ſervi tui, qui ſtant coram te ſemper, & audiunt Sapientiam tuam. 3. *Reg.* 10. *v.* 8.

5. Quia melior eſt dies una in atriis tuis: ſuper millia elegi abjectus eſſe in domo Dei mei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. *Pſ.* 83. *v.* 11.

CAPVT XL.

Cohortatio ad vivendum dignè ſua vocatione.

1. OBſecro vos ego vinctus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, quâ vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia ſupportantes invicem in charitate. *Epheſ.* 4. *v.* 1. 2.

2. Obaudite me divini fructus & quaſi roſa plantata ſuper rivos aquarum fructificate. Quaſi Libanus odorem ſuavitatis habete. Florete flores quaſi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam, & date canticum, & benedicite Dominum in operibus ſuis. *Eccli.* 39. *v.* 17. 18. 19.

3. Poſui vos ut eatis, & fructum afferatis: & fructus veſter maneat. *Ioan.* 15. *v.* 16.

4. Memento patris & matris tuæ, in medio enim magnatorum conſiſtis. *Eccli.* 23. *v.* 18.

5. Attendite ad petram, unde exciſi eſtis, & ad cavernam laci de qua exciſi eſtis. Attendite ad Abraham Patrem veſtrum, & ad Saram, quæ peperit vos, quia unum vocavi eum, & benedixi ei, & multiplicavi eum. *Iſ.* 51. *v.* 1. 2.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XLI.

Degeneres à pio majorum inſtituto.

1. RΕcordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam, & charitatem deſponſationis tuæ, quando ſecuta es me in deſerto, in terra, quæ non ſeminatur. Quid invenerunt in me patres veſtri iniquitatis? &c. *Ier.* 2. *v.* 2. 5.

2. Ego plantavi te vineam electam, omne ſemen verum: quomodo ergò converſa es mihi in pravum vinea aliena? *Ierem.* 2. *v.* 21.

3. Egreſſus eſt à filia Sion omnis decor ejus: facti ſunt Principes ejus velut arietes non invenientes paſcua, & abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis. *Thren.* 1. *v.* 6.

4. Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides Sanctuarii, in capite omnium platearum? Filii Sion inclyti & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli? *Thren.* 4. *v.* 1. 2.

5. Qui veſcebantur voluptuosè interierunt in viis, qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. *Thren.* 4. *v.* 5.

6. Quid eſt quod dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa? numquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es? *Jerem.* 11. *v.* 15.

7. In domo Iſraël vidi horrendum: ibi fornicationes Ephraïm, contaminatus eſt Iſraël. *Oſea* 6. *v.* 10.

8. Judicabit id, quod ex natura eſt præputium legem conſummans, te qui per literam & circumciſionem prævaricator legis es: non enim quæ in manifeſto in carne eſt circumciſio, ſed qui in abſcondito judæus eſt, & circumciſio cordis in ſpiritu non litera, cujus laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt. *Rom.* 2. *v.* 27. 28. 29.

Digitized by Google

CAPVT XLII.

Apoſtaſia à Religione diſſuadetur, ſuadetur reditus.

1. SAlva animam tuam, & noli reſpicere poſt tergum tuum, nec ſtes in omni circa regione, ſed in monte ſalvum te fac, ne & tu ſimul pereas. Reſpicienſque vxor ejus poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis. *Gen.* 19. *v.* 17. 26.

2. Ne deſcendas in Ægyptum, ſed quieſce in terra, quam dixerò tibi. *Gen.* 26. *v.* 2.

3. Si Spiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris. *Eccle.* 10. *v.* 4.

4. Mane in loco tuo. *Eccli.* 11. *v.* 22.

5. Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei. *Luc.* 9. *v.* 62.

6. Filioli, noviſſima hora eſt: & ſicut audiſtis, quia anti-chriſtus venit, & nunc anti-chriſti multi facti ſunt: undè ſcimus, quia noviſſima hora eſt: ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utique nobiſcum: ſed ut manifeſti ſint, quoniam non ſunt omnes ex nobis. 1. *Joan.* 2. *v.* 18. 19.

7. Memor eſto, unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: ſin autem venio tibi, & movebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris. *Apoc.* 2. *v.* 5.

Vide parte 1. *capite* 15.

CAPVT XLIII.

Paupertas Evangelica laudatur & ſuadetur.

1. OMnis qui reliquerit domum, vel fratres aut ſorores, aut patrem aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. *Matt.* 19. *v.* 29.

2. Amen

2. Amen dico vobis nemo eſt, qui reliquit domum aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multò plura in hoc tempore, & in ſæculo venturo vitam æternam. *Luc.* 18. *v.* 29. 30.

3. Factum eſt ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ, mortuus eſt autem & dives, & ſepultus eſt in inferno. *Luc.* 16. *v.* 22.

4. Beati pauperes ſpiritu; quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. *Matt.* 5. *v.* 3.

5. Edent pauperes & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum, vivent corda eorum in ſæculum ſæculi. *Pſ.* 21. *v.* 27.

6. Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni ſequere me. *Matt.* 19. *verſ.* 22.

CAPUT XLIV.

Pauperes Evangelici qui fuerint, & quàm commendati, pœna infracti voti paupertatis.

1. VUlpes foveas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. *Matt.* 8. *verſ.* 20.

2. Nolite poſsidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris: non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam, dignus eſt enim operarius cibo ſuo. *Matt.* 10. *v.* 9. 10.

3. In illo tempore abiit Jeſus per ſata ſabbato: diſcipuli autem ejus eſurientes cœperunt vellere ſpicas, & manducare. *Matt.* 12. *verſ.* 1.

4. Reſponderunt ei, non habemus hîc niſi quinque panes & duos piſces. *Matt.* 14. *v.* 17.

5. Peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præſepio, quia non erat eis locus in diverſorio. *Luc.* 2. *v.* 7.

6. In alieno ſepulchro ſepelitur, ſindone & aromatibus ab aliis donatus. *Ioan.* 19. *v.* 39.

7. Ha-

Digitized by Google

CAPUT XLVI.

Virginitatis laudes, præmia, conſilia.

1. ET vidi, & ecce Agnus ſtabat ſupra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen ejus, & nomen Patris ejus ſcriptum in frontibus ſuis: & audivi vocem de cælo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni, & vocem quam audivi ſicut cytharædorum cytharizantium cytharis ſuis: & cantabant quaſi canticum novum ante ſedem, & ante quatuor animalia, & ſeniores, & nemo poterat dicere canticum, niſi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti ſunt de terra. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, Virgines enim ſunt, hi ſequuntur Agnum quòcunque ierit. Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno, & in ore eorum non eſt inventum mendacium: ſine macula enim ſunt ante thronum Dei. *Apoc.* 14 *verſ.* 1. 2. 3. 4. 5.

2. Dabo eis in domo mea & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit. *Iſ.* 56. *v.* 5.

3. Felix eſt ſterilis & incoinquinata, quæ neſcivit torum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum. Et ſpado qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem, nec cogitavit adversùs Deum iniquiſſima, dabitur enim illi fidei donum electum, & ſors in templo Dei acceptiſſima. *Sap.* 3. *v.* 13. 14.

4. Volo omnes vos eſſe ſicut meipſum, ſed unuſquiſque proprium donum habet ex Deo, alius quidem ſic, alius verò ſic: dico autem non nuptis, & viduis: bonum eſt illis ſi ſic permaneant, ſicut & ego. 1. *Cor.* 7. *v.* 7. 8.

5. De Virginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do tanquam miſericordiam conſecutus à Domino, ut ſim fidelis. Exiſtimo ergò hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſsitatem, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. 1. *Cor.* 7. *v.* 25. 26.

Vide verbo Continentia, Pudicitia.

Digitized by Google

CAPUT XLVII.

Obedientia atque obſervantia exhibenda Deo, Prælatis, & Superioribus omnibus.

1. SI juſtum eſt in conſpectu Dei, vos potiùs audire quàm Deum, judicate: non enim poſſumus, quæ vidimus, & audivimus non loqui. *Act.* 4. *v.* 19.

2. Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. *Act.* 5. *v.* 29.

3. Subditi eſtote Deo, reſiſtite autem diabolo, & fugiet à vobis. *Jac.* 4. *v.* 7.

4. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè conplacui, ipſum audite. *Matt.* 17. *v.* 5.

5. Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis: ipſi enim pervigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expedit vobis. *Hebr.* 13. *v.* 17.

6. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi: omnia ergò quæcunque dixerint vobis ſervate & facite: ſecundùm opera verò eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt. *Matt.* 23. *v.* 2. 3.

7. Qui vos audit me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit: qui autem me ſpernit, ſpernit eum, qui miſit me: *Luc.* 10. *v.* 16.

8. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſiſtunt ipſi, ſibi damnationem acquirunt; nam Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem? bonum fac. Et habebis laudem ex illa: ideò neceſſitate ſubditi eſtote non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. *Rom.* 13. *v.* 1. 2. 3. 5.

9. Admone illos Principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe. *Tit.* 3. *v.* 1.

10. Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: ſive Regi quaſi præcellenti; ſive Ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: quia ſic eſt voluntas Dei, ut benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum igno-

ran-

Digitized by Google

rantiam; quaſi liberi, & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem, ſed ſicut ſervi Dei, omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, Regem honorificate. 1. *Pet.* 2. *v.* 13. 14. 15. 16. 17.

11. Servi ſubditi eſtote in omni timore Dominis, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis. 1. *Pet.* 2. *v.* 18.

12. Servi obedite Dominis carnalibus cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto: non ad oculum ſervientes, quaſi hominibus placentes, ſed ut ſervi Chriſti facientes voluntatem Dei ex animo cum bona voluntate ſervientes, ſicut Domino, & non hominibus: ſcientes quoniam unuſquiſque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, ſive ſervus, ſive liber. *Epheſ.* 6. *verſ.* 5. 6. 7. 8.

CAPVT XLVIII.

Obedientiæ perfectio, promptitudo, effectus, fructus.

1. DIvinatio in labiis Regis, in judicio non errabit os ejus. *Prov.* 16. *v.* 10.

2. Animas veſtras caſtificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore ſimplici, ex corde invicem diligite attentiùs. 1. *Pet.* 1. *v.* 22.

3. Populus quem non cognovi ſervivit mihi, in auditu auris obedivit mihi. *Pſ.* 17. *v.* 45.

4. Vir obediens loquetur victoriam. *Prov.* 21. *v.* 28.

5. Multò melior eſt obedientia, quàm ſtultorum victimæ, qui neſciunt, quid faciunt mali. *Eccle.* 4. *v.* 17.

6. Nunquid vult Dominus holocauſta, & victimas, & non potius ut obediatur voci Domini? melior eſt enim obedientia quàm victimæ: & auſcultare magis quàm offerre adipem arietum. 1. *Reg.* 15. *v.* 22.

7. Miſericordiam volui, & non ſacrificium, & ſcientiam Dei pluſquam holocauſta. *Oſeæ* 6. *v.* 6.

8. Qui me audierit, abſque terrore requieſcet, & abundantiâ perfruetur, timore malorum ſublato. *Prov.* 1. *v.* 33.

9. Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra: inclinate aurem veſtram, & venite ad me: audite & vivet anima veſtra, & feriam vobiſcum pactum ſempiternum, miſericordias David fideles. *Iſ.* 55. *v.* 2. 3.

Digitized by Google

CAPUT XLIX.

Inobedientiæ gravitas & pœna, præmia Obedientiæ.

1. Quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere: pro eo ergò quod abjeciſti ſermonem Domini, abjecit te Dominus, ne ſis Rex. 1. *Reg.* 15. *verſ.* 23.

2. Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi: non enim te abjecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos. 1. *Reg.* 8. *v.* 7.

3. Qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum: qui etiam dedit Spiritum ſuum Sanctum in nobis. 1. *Theſ.* 4. *v.* 8.

4. Veruntamen unuſquiſque non judicet: & non arguatur vir: populus enim tuus ſicut hi, qui contradicunt Sacerdoti. *Oſeæ* 4. *v.* 4.

5. Quia vocavi & renuiſtis: extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret: deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis: ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo; cùm vobis id, quod timebatis, advenerit. *Prov.* 1. *verſ.* 24. 25. 26.

6. En propono in conſpectu veſtro hodie benedictionem & maledictionem: benedictionem, ſi obedieritis mandatis Domini Dei veſtri, quæ ego hodie præcipio vobis: maledictionem, ſi non obedieritis mandatis Domini Dei veſtri, ſed receſſeritis de via, quam ego nunc oſtendo vobis, & ambulaveritis poſt Deos alienos, quos ignoratis. *Deut.* 11. *v.* 26. 27. 28.

7. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis: quod ſi nolueritis, & me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos, quia os Domini locutum eſt. *Iſ.* 1. *v.* 19. 20.

8. Cur deteſtatus ſum diſciplinam, & increpationibus non acquievit cor meum, nec audivi vocem docentium me, & magiſtris non inclinavi aurem meam? penè fui in omni malo, in medio Eccleſiæ & Synagogæ. *Prov.* 5. *v.* 12. 13. 14.

CA-

Digitized by Google

CAPVT L.

Obedientiæ illuſtria exempla ex veteri teſtamento.

1. EGredere de terrá tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui, & veni in terram, quam monſtrabo tibi, faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus. Egreſſus eſt itaque Abraham, ſicut præceperat ei Dominus. *Gen.* 12. *v.* 1. 2. 4.

2. Tulit autem Iſmaël filium ſuum Abraham, & omnes vernaculos domûs ſuæ, univerſoſque quos emerat; cunctos mares ex omnibus viris domûs ſuæ, & circumcidit carnem præputii eorum ſtatim in ipſa die, ſicut præceperat ei Deus. Abraham nonaginta & novem erat annorum, quando circumcidit carnem præputii ſui. *Gen.* 17. *verſ.* 23. 24.

3. Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Iſaac, & vade in terram viſionis: atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper unum montium, quem monſtravero tibi; igitur Abraham de nocte conſurgens, ſtravit aſinum ſuum, ducens ſecum duos juvenes, & Iſaac filium ſuum: cumque concidiſſet ligna in holocauſtum, abiit ad locum, quem præceperat ei Deus. *Gen.* 22. *v.* 2. 3. 9. 10.

4. Reſponderunt ad Ioſue atque dixerunt: omnia, quæ præcepiſti nobis faciemus: & quòcunque miſeris, ibimus; ſicut obedivimus in cunctis Moyſi, ita obediemus & tibi: tantùm ſit Dominus Deus tuus tecum, ſicut fuit cum Moyſe. Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis ſermonibus, quos præceperis ei, moriatur: tu tantùm confortare, & viriliter age. *Joſ.* 1. *v.* 16. 17. 18.

5. Sicut præceperat Dominus Moyſi ſervo ſuo, ita præcepit Moyſes Joſue, & ille univerſa complevit: non præteriit de univerſis mandatis nec unum quidem verbum, quod juſſerat Dominus Moyſi. *Ioſue* 11. *v.* 15.

6. Vocavit Dominus Samuel: qui reſpondens, ait: ecce ego. 1. *Reg.* 3. *v.* 5.

Digitized by Google

7. Vocavit Heli Samuëlem & dixit: Samuel fili mi; qui reſpondens ait: præſtò ſum. *1. Reg. 3. v. 16.*

8. Ingreſſus eſt populus Saltum, & apparuit fluens mel, nulluſque applicuit manum ſuam ad os ſuum, timebat enim populus juramentum. *1. Reg. 14. v. 26.*

9. Sacrificium & oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi. *Pſ. 39. v. 7.*

10. Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi: ecce venio. In capite libri ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. *Pſ. 39. v. 7. 8. 9.*

11. Per memetipſum juravi, dicit Dominus, quia feciſti hanc rem, & non peperciſti filio tuo unigenito propter me: benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris: poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obediſti voci meæ. *Gen. 22. v. 16. 17. 18.*

CAPVT LI.

Obedientia Chriſti Domini, B. Virginis, Ioſephi, & aliorum novæ Legis Sanctorum.

1. Aſcendit & Ioſeph à Galilæa de civitate Nazareth in Judæam, in civitatem David, quæ vocatur Bethleem, eò quod eſſet de domo & familia David, ut profiteretur cum Maria deſponſata ſibi, uxore prægnante. *Luc. 2. v. 4.*

2. Qui conſurgens accepit puerum & matrem ejus nocte, & ſeceſſit in Ægyptum. *Matt. 2. v. 14.*

3. Ibant parentes ejus per omnes annos in Jeruſalem in die ſolemni Paſchæ. Et cùm factus eſſet annorum 12. aſcendentibus illis Jeroſolymam, ſecundùm conſuetudinem diei feſti. *Luc. 2. v. 41. 42.*

4. Deſcendit cum eis, & venit Nazareth: & erat ſubditus illis. *Ibidem. v. 51.*

5. Non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem ejus, qui miſit me. *Joan. 5. v. 30.*

6. Ego

Digitized by Google

6. Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis: meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me, ut perficiam opus ejus. *Ioan. 4. v 32. 34.*

7. Domine quid me vis facere? *Act. 9. v. 6.*

8. Et nunc eccè alligatus ego ſpiritu, vado in Jeruſalem, quæ in ea ventura ſunt mihi, ignorans: niſi quod Spiritus Sanctus mihi per omnes civitates proteſtatur, dicens: quoniam vincula & tribulationes Jeroſolymis me manent: ſed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretioſiorem, quàm me, dummodo conſummem curſum meum, & miniſterium verbi, quod accepi à Domino Jeſu teſtificari Evangelium gratiæ Dei. *Act. 20. v. 22. 23. 24.*

9. Confidens in obedientia tua ſcripſi tibi, ſciens quoniam & ſuper id, quod dico, facies. *ad Philem. v. 21.*

10. Humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu, omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. *Philip. 2. v. 8. 9. 10. 11.*

PARS VII.

Aliæ Virtutes Iuſtitiæ annexæ in quibus eſt debitum ſolum morale.

CAPVT PRIMVM.

Liberalitatis effectus & fructus glorioſi.

1. MUnus abſconditum extinguit iras, & donum in ſinu indignationem maximam. *Prov. 21. v. 14.*

2. Qui odit avaritiam, longi fient dies ejus. *Prov. 28. v. 16.*

3. Bea-

Digitized by Google

3. Beatiùs eſt magis dare, quàm accipere. *Act.* 20. *v.* 35.

4. Non apparebis ante conſpectum Domini vacuus. Hæc enim omnia propter mandatum Dei fiunt, oblatio juſti impinguat altare, & odor ſuavitatis eſt in conſpectu Domini. Sacrificium juſti acceptum eſt, & memoriam ejus non obliviſcetur Deus. Bono animo redde gloriam Deo, & non minuas primitias manuum tuarum. In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione ſanctifica decimas tuas. Da Altiſſimo ſecundùm datum ejus, & in bono oculo adinventionem facito manuum tuarum. Quoniam Dominus retribuens eſt, & ſepties tantum reddet tibi. Noli offerre munera prava, non enim ſuſcipiet illa: & noli inſpicere ſacrificium injuſtum, quoniam Dominus judex eſt, & non eſt apud illum gloria perſonæ. *Eccli.* 35. *v.* 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

CAPVT II.

Ejuſdem magnifica exempla.

1. EGreſſa eſt omnis multitudo filiorum Iſraël de conſpectu Moyſi, obtulerunt mente promptiſſimâ atque devotâ primitias Domino, ad faciendum opus Tabernaculi Teſtimonii. *Exo.* 35. *v.* 20. 21.

2. Artifices venire compulſi, dixerunt Moyſi: plus affert populus, quàm neceſſarium eſt. Iuſſit ergò Moyſes præconis voce cantari, nec vir, nec mulier quicquam offerat ultrà in opera Sanctuarii. Sicque ceſſatum eſt à muneribus offerendis, eò quod oblata ſufficerent & ſuperabundarent. *Exo.* 36. *v.* 4. 5. 6. 7.

3. Venit David in Siceleg, & miſit dona de præda Senioribus Juda proximis ſuis, dicens: accipite benedictionem de præda hoſtium Domini. 1. *Reg.* 30. *v.* 26.

4. Partitus eſt David univerſæ multitudini Iſraël tam viro quàm mulieri, ſingulis collyridam panis unam, & aſſaturam bubulæ carnis unam, & ſimilam frixam oleo: & abiit omnis populus unuſquiſque in domum ſuam. 2. *Reg.* 6. *v.* 19.

5. Cùm veniſſet David in caſtra, Sobbi filius Naas de Rabbath filiorum Ammon; & Bercellai Galaadites, obtulerunt ei ſtratoria & tapetia,

Digitized by Google

tapetia, & vaſa fictilia, frumentum & hordeum, & farinam, & polentam, & fabam, & lentem, & frixum cicer, & mel & butyrum, oves & pingues vitulos. Dederuntque David, & populo qui cum eo erat, ad veſcendum: ſuſpicati enim ſunt populum fame & ſiti fatigari in deſerto. 2. *Reg.* 17. *v.* 27. 28. 29.

6. Steterunt viri, & apprehendentes captivos, omneſque qui nudi erant, veſtierunt de ſpoliis; cumque veſtiſſent eos, & calceaſſent, & refeciſſent cibo ac potu, unxiſſentque propter laborem, & adhibuiſſent eis curam: quicunque ambulare non poterant, & erant imbecillo corpore, impoſuerunt eos jumentis, & adduxerunt Jericho civitatem palmarum ad fratres eorum, ipſique reverſi ſunt in Samariam. 2. *Paral.* 28. *v.* 15.

7. Dixit ad eam Rex: quid vis Eſther regina? quæ eſt petitio tua? etiamſi dimidiam partem Regni petieris, dabitur tibi. *Eſther.* 5. *verſ.* 3.

Vide plura Verbo Eleëmoſyna.

CAPVT III.

Avaritia quid, quantum, & quàm commune peccatum.

1. Avaritia eſt idolorum & ſimulacrorum ſervitus. *Coloſ.* 3. *v.* 5. *& Epheſ.* 5. *v.* 5.

2. Radix omnium malorum eſt cupiditas. 1. *Tim.* 6. *v.* 10.

3. Avaro nihil ſceleſtius. *Eccli.* 10. *v.* 9.

4. Nihil eſt iniquius, quàm amare pecuniam. Hic enim & animam ſuam venalem habet: quoniam in vita ſua projecit intima ſua. *Eccli.* 10. *v.* 10.

5. Omnes in viam ſuam declinaverunt, unuſquiſque ad avaritiam ſuam à ſummo uſque ad noviſſimum. *Iſ.* 56. *v.* 11.

6. A minore uſque ad majorem omnes avaritiæ ſtudent, & à Prophetâ uſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. *Jerem.* 6. *v.* 13.

Digitized by Google

CAPUT IV.

Avaritiæ pœna, æterna damnatio, maledictio populi, dolores & ærumnæ.

1. VÆ qui conjungitis domum ad domum, & agrum agro computatis, uſque ad terminum loci. Nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ? *Iſ.* 5. *v.* 8.

2. Semitæ omnis avari animas poſſidentium rapiunt. *Prov.* 1. *verſ.* 19.

3. Neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. 1. *Cor.* 6. *v.* 10.

4. Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem ſuper caput vendentium. *Prov.* 11. *v.* 26.

5. Quid proderit homini de univerſo labore ſuo, & afflictione ſpiritûs, qua ſub ſole cruciatus eſt? cuncti dies ejus doloribus & ærumnis pleni ſunt, nec per noctem mente requieſcit, & hoc nonnè vanitas eſt? *Eccle.* 2. *v.* 22. 23.

6. Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole: divitiæ conſervatæ in malum Domini ſui, pereunt enim in afflictione peſſima, generavit filium, qui in ſumma egeſtate erit. *Eccle.* 5. *v.* 12. 13.

7. Miſerabilis prorſus infirmitas, quomodo venit, ſic revertetur: quid ergò prodeſt ei, quod laboravit in ventum? cunctis diebus vitæ ſuæ comedit in tenebris, & in curis multis, & in ærumna atque triſtitia. *Ibidem v.* 15. 16.

CAPUT V.

Avaritia intellectum excæcat, pervertit voluntatem.

1. SEd & exiſtimaverunt luſum eſſe vitam noſtram, & converſationem vitæ compoſitam ad lucrum, & oportere undecunque, etiam ex malo, acquirere. *Sap.* 15. *v.* 12.

2. Cogitatus præſcientiæ avertit ſenſum, & infirmitas gravis ſobriam facit animam. *Eccli.* 31. *v.* 2.

3. Qui

3. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem: radix enim omnium malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. 1. *Tim.* 6. *v.* 9. 10.

4. Qui quærit locupletari, avertit oculum ſuum. *Eccli.* 27. *v.* 1.

CAPVT VI.

Avarus ſemper deſiderat, ſatiatur nunquam.

1. INſatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis; non ſatiabitur, donec conſumat arefaciens animam ſuam. *Eccli.* 14. *v.* 9.

2. Divites eguerunt & eſurierunt; inquirentes autem Dominum non deficient omni bono. *Pſ.* 33. *v.* 11.

3. Omnis labor hominis in ore ejus: ſed anima ejus non implebitur. *Eccle.* 6. *v.* 7.

4. Avarus non implebitur pecuniâ. *Eccle.* 5. *v.* 9.

5. Infernus & perditio nunquam implentur; ſimiliter & oculi hominum inſatiabiles. *Prov.* 27. *v.* 20.

6. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ, dicentes: affer, affer: tria ſunt inſatiabilia, & quartum nunquam dicit ſufficit: infernus, & os vulvæ, & terra, quæ non ſatiatur aqua, ignis verò nunquam dicit ſufficit. *Prov.* 30. *verſ.* 15. 16.

CAPVT VII.

Avarus ſibi nequam, ſanitatem ſibi aufert, & vitam, atque omnia corporis ac animi bona.

1. EST & aliud malum, quod vidi ſub ſole, & quidem frequens apud homines: vir cui dedit Deus divitias, & ſubſtantiam, & honorem; & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſiderat, nec tribuit ei poteſtatem Deus, ut comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud; hoc vanitas & miſeria magna eſt. *Eccle.* 6. *v.* 1. 2.

Digitized by Google

2. Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui. *Prov.* 22. *v.* 28.

3. Fornicatio autem & omnis immunditia aut avaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos. *Epheſ.* 5. *v.* 3.

4. Nonnè melius eſt comedere & bibere, & oſtendere animæ ſuæ bona de laboribus ſuis? & hoc de manu Dei eſt. *Eccle.* 2. *v.* 24.

5. Hoc itaque viſum eſt mihi bonum, ut comedat quis & bibat, & fruatur lætitiâ ex labore ſuo, quo laboravit ipſe ſub ſole numero dierum vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus? & hæc eſt pars illius. Et omni homini cui dedit Deus divitias, atque ſubſtantiam, poteſtatemque ei tribuit ut comedat ex eis, & fruatur parte ſuâ, & lætetur de labore ſuo: hoc eſt donum Dei; non enim ſatis recordabitur dierum vitæ ſuæ, eò quod Deus occupet deliciis cor ejus. *Eccle.* 5. *verſ.* 17. 18. 19.

6. Melius eſt videre quod cupias, quàm deſiderare quod neſcias: ſed & hoc vanitas eſt, & præſumptio ſpiritûs. *Eccle.* 6. *v.* 9.

7. Fili ſi habes, benefac tecum, & Deo dignas oblationes offer. *Eccli.* 14. *v.* 11.

CAPVT IX.

Avaritiæ vindicatæ exempla.

1. VÆ vobis Scribæ & Phariſæi Hypocritæ, quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes, propter hoc amplius accipietis judicium. *Matt.* 23. *v.* 14.

2. Quid vultis mihi dare & ego eum vobis tradam. *Matt.* 26. *verſ.* 15.

3. Audiebant omnia hæc Phariſæi, qui erant avari; & deridebant illum. *Luc.* 16. *v.* 14.

4. Cùm ejeciſſet Paulus à quâdam puellâ pythoniſſa dæmonem, quæ divinando magnum Dominis ſuis præſtabat quæſtum, accuſatus ab iis fuit cum Sila, quòd civitatem turbarent, & religionem illicitam novamque prædicarent. *Act.* 16. *v.* 16.

5. Facta eſt illo tempore turbatio non minima de via Domini: Demetrius enim quidam nomine argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, præſtabat artificibus non modicum quæſtum: quos convocans &

Digitized by Google

qui hujuſmodi erant opifices, dixit: viri ſcitis, quia de hoc artificio eſt nobis acquiſitio: & videtis & auditis, quia non ſolùm Epheſi, ſed penè totius Aſiæ, Paulus hic ſuadens avertit multam turbam, dicens: quoniam non ſunt Dii, qui manibus fiunt. Non ſolùm autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem venire, ſed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, ſed & deſtrui incipiet majeſtas ejus, quam tota Aſia & orbis colit. His auditis repleti ſunt irâ, & exclamaverunt, dicentes: Magna Diana Epheſiorum. Et impleta eſt civitas confuſione, & impetum fecerunt uno animo in theatrum, rapto Gaio, & Ariſtarcho Macedonibus comitibus Pauli. *Act.* 19. *v.* 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29.

6. Petrus dixit ad eum: pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimâſti pecuniâ poſſideri. *Act.* 8. *v.* 20.

7. Hominis cujuſdam divitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra ſe, dicens: quid faciam, quia non habeo, quo congregem fructus meos; & dixit: hoc faciam: deſtruam horrea mea, & majora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: anima habes multa bona poſita in annos plurimos; requieſce, comede, bibe, epulare: dicit autem ei Deus: ſtulte hac nocte repetunt animam tuam à te, quæ autem paraſti, cujus erunt? *Lucæ* 12. *v.* 17. 18. 19. 20.

CAPVT X.

Prodigalitatis & luxûs exempla, effecta, pœna.

1. Vino pretioſo & unguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. *Sap.* 2. *v.* 7.

2. Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ maximæ. *Eccli.* 11. *verſ.* 29.

3. Væ vobis divitibus, quia habetis conſolationem veſtram. Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. *Lucæ* 6. *v.* 24. 25.

4. Qui conturbat domum ſuam, poſſidebit ventos: & qui ſtultus eſt, ſerviet ſapienti. *Prov.* 11. *v.* 29.

5. Dixit ad eos Aaron: tollite inaures aureas de uxorum filiorumque

Digitized by Google

rumque, & filiarum veſtrarum auribus, & afferte ad me: fecitque populus quæ juſſerat, deferens inaures ad Aaron: *Exo.* 32. *v.* 2. 3.

6. Lucæ 15. cap. prolixè deſcribitur prodigi adoleſcentis profuſio.

Vide verbo Modeſtia.

CAPVT XI.

Gratitudo ſive gratiarum actio commendatur.

1. IN omni oratione & obſecratione cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. *Philip.* 4. *v.* 6.

2. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, gratias agentes Deo & Patri per ipſum. *Coloſ.* 3. *v.* 17.

3. Abundantes in illo in gratiarum actione. *Coloſ.* 2. *v.* 7.

4. Gratias agere debemus ſemper Deo, pro vobis fratres, ita ut dignum eſt, quoniam ſupercreſcit fides veſtra; & abundat charitas uniuſcujuſque veſtrûm invicem. 2. *Theſ.* 1. *v.* 3.

5. Pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in quâ & vocati eſtis, in uno corpore, & grati eſtote. *Coloſ.* 3. *v.* 15.

6. Orationi inſtate, vigilantes in ea in gratiarum actione. *Coloſ.* 4. *v.* 2.

7. Obſecro igitur primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in ſublimitate conſtituti ſunt. 1. *Tim.* 2. *verſ.* 1.

8. Nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. 1. *Tim.* 4. *v.* 4.

8. Avaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos, ſed magis gratiarum actio. *Epheſ.* 5. *v.* 3.4.

10. Cantantes & pſallentes in cordibus veſtris: Domino gratias agentes ſemper pro omnibus in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Deo & Patri. *Epheſ.* 5. *v.* 19. 20.

CA-

CAPVT XII.

Gratitudinis illuſtria exempla.

1. ÆDificavit Noë altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare. *Gen. 8. v. 20.*

2. Apparuit Dominus Abraham & dixit ei: ſemini tuo dabo terram hanc: qui ædificavit ibi altare Domino. *Gen. 12. v. 7.*

3. Surgite & aſcendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare Deo, qui exaudivit me in die tribulationis meæ, & ſocius fuit itineris mei. *Gen. 35. v. 3.*

4. Ædificavitque ibi altare, & appellavit nomen loci illius domus Dei: ibi enim apparuit ei Deus, cùm fugeret fratrem ſuum. *Gen. 35. verſ. 7.*

5. Ille verò erexit titulum lapideum in loco, quo locutus fuerat ei Deus: libans ſuper eum libamina, & effundens oleum. *Gen. 35. v. 14.*

6. Eugavit Joſue Amalec, & populum ejus in ore gladii. *Exo. 17. verſ. 13.*

7. Ædificavitque Moyſes altare: & vocavit nomen ejus Dominus exaltatio mea. *Jbidem v. 15.*

8. Erant cum David ſeptem chori, & victima vituli. Cumque tranſcendiſſent, qui portabant arcam: ſex paſſus immolabat bovem & ovem, & arietem, & David ſaltabat totis viribus ante Dominum. *2. Reg. 6. v. 12. 13.*

9. Jlli (Judæi) cùm veniſſent ad Jeſum, rogabant eum ſollicitè dicentes ei: quia dignus eſt, ut hoc ei præſtes, diligit enim gentem noſtram, & Synagogam ipſe ædificavit nobis. *Luc. 7. v. 4. 5.*

16. Teſtimonium perhibeo vobis, quia ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi. *Gal. 4. v. 15.*

11. Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui: & abiit & cœpit prædicare in Decapoli, quanta ſibi feciſſet Jeſus, ut omnes mirabantur. *Mar. 5. v. 19. 20.*

12. Jeſus elevatis ſurſum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi, quo-

Digitized by Google

niam audiſti me. *Ioan.* 11. *verſ.* 41.

13. Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. 1. *Cor.* 15. *v.* 57.

CAPVT XIII.

Iaculatoriæ gratias agentis pro beneficiis in genere & ſpecie.

1. BEnedictus Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus Sancti, & immaculati in conſpectu ejus in charitate. *Epheſ.* 1. *v.* 3. 4.

2. Gratias ago Deo & Patri, qui dignum me fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine; qui eripuit me de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ, in quo habeo redemptionem & remiſſionem peccatorum. *Coloſ.* 1. *v.* 12. 13.

3. Benedicam Deum cœli, & coram omnibus viventibus confitebor ei, quia fecit mecum miſericordiam ſuam. *Tob.* 12. *v.* 6.

4. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua: lætabor & exultabo in te, pſallam nomini tuo Altiſſime: in convertendo inimicum meum retrorſum, infirmabuntur & peribunt â facie tua. *Pſ.* 9. *v.* 1. 2. 3.

CAPVT XIV.

Ingratitudinis effecta.

1. INgrati ſpes tanquam hybernalis glacies tabeſcet, & diſperiet tanquam aqua ſupervacua. *Sap.* 16. *v.* 29.

2. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo ejus. *Prov.* 17. *v.* 18.

3. Cùm cognoviſcent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt aut gratias egerunt, ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. *Rom.* 1. *v.* 21. 22.

Digitized by Google

4. Hoc autem ſcito, quòd in noviſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa; erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti. 2. *Tim.* 3. *v.* 1, 2.

CAPVT XV.

Ingratitudinem peccatoribus exprobrat Deus.

1. Filius honorat patrem, & ſervus Dominum ſuum: ſi ergo pater ego ſum, ubi eſt honor meus? & ſi Dominus ego ſum, ubi eſt timor meus? dicit Dominus exercituum. *Malach.* 1. *verſ.* 6.

2. Hæccine reddis Domino popule ſtulte, & inſipiens? nunquid non ipſe eſt Pater tuus, qui poſſedit te, & fecit & creavit te? *Deut.* 32. *v.* 6.

3. Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus eſt, filios enutrivi & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me: cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui; Iſraël autem me non cognovit, & populus meus non intellexit. *Iſ.* 1. *v.* 2. 3.

4. Oblitus es Domini factoris tui: qui tetendit cælos, & fundavit terram, & formidâſti jugiter tota die à facie furoris, ejus; qui te tribulabat, & paraverat ad perdendum, ubi nunc eſt furor tribulantis? *Iſ.* 51. *v.* 13.

5. Non ſunt recordati manus ejus, die qua redemit eos de manu tribulantis. *Pſ.* 77. *v.* 42.

6. Obliti ſunt Deum, qui ſalvavit eos, qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro. *Pſ.* 105. *v.* 21. 22.

7. Exacerbâſtis eum, qui fecit vos, Deum æternum, immolantes dæmoniis, & non Deo, obliti enim eſtis Deum, qui nutrivit vos, & contriſtâſtis nutricem veſtram Jeruſalem. *Baruch* 4. *v.* 7. 8.

8. Vos hodie projeciſtis Deum veſtrum, qui ſolus vos ſalvabit de univerſis malis veſtris, & tribulationibus. 1. *Reg.* 10. *v.* 19.

9. Quid invenerunt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongaverunt à me, & ambulaverunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt? *Jerem.* 2. *v.* 5.

Digitized by Google

10. Et non dixerunt : ubi eſt Dominus qui aſcendere nos fecit de terra Ægypti? *Jerem. 2. v. 6.*

11. Et hæc neſcivit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicavi ei, & aurum, quæ fecerunt Baal. Idcircò convertar, & ſumam frumentum meum in tempore ſuo, & vinum meum in tempore ſuo, & liberabo lanam meam & linum meum, quæ operiebant ignominiam ejus. *Oſea 2. v. 8. 9.*

12. Oblitus eſt Iſraël factoris ſui, & ædificavit delubra : & Judas multiplicavit urbes munitas : mittam ignem in civitates ejus, & devorabit ædes illius. *Oſea 8. v. 14.*

13. Nonnè decem mundati ſunt, & novem ubi ſunt? non eſt inventus qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena. *Luc. 17. v. 17. 18.*

14. Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? *Joan. 10. v. 32.*

CAPUT XVI.

Alia Ingratitudinis exempla.

1. SUrrexit interea Rex novus ſuper Ægyptum, qui ignorabat Joſeph : & ait ad populum ſuum : eccè populus filiorum Iſraël multus & fortior nobis eſt; venite ſapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur; & ſi ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis noſtris, expugnatiſque nobis egrediatur de terra. *Exo. 18. verſ. 9. 10.*

2. Videns populus quod moram faceret deſcendendi de monte Moyſes; congregatus adversùs Aaron, dixit : ſurge, fac nobis Deos, qui nos præcedant; Moyſi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit : ſurgenteſque manè obtulerunt holocauſta, & hoſtias pacificas, & ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. *Exo. 32. v. 1. 6.*

3. Non juxta beneficia quæ acceperat (Ezechias) retribuit, quia elevatum eſt cor ejus : & facta eſt contra eum ira, & contra Iudam & Jeruſalem. *2. Paral. 32. v. 25.*

4. Multi bonitate Principum & honore, qui in eos collatus eſt,

 abuſi

abuſi ſunt in ſuperbiam; & non ſolùm ſubjectos Regibus nituntur opprimere, ſed datam ſibi gloriam non ferentes, in ipſos, qui dederunt, moliuntur inſidias. Nec contenti ſunt gratias non agere beneficiis, & humanitatis in ſe jura violare, ſed Dei quoque cuncta cernentis arbitrantur ſe poſſe fugere ſententiam. *Eſther. 6. v. 2. 3. 4.*

5. Mentitus eſt omnia quæcunque dixit: & abalienavit ſe à Jonatha, & non retribuit ei ſecundùm beneficia, quæ ſibi tribuerat, & vexabat eum valdè. 1. *Mach.* 11. *v.* 53.

CAPVT XVII.

Affabilitas ſive benignitas commendatur.

1. FRuctus ſpiritus eſt charitas, bonitas, benignitas. *Gal.* 5. *verſ.* 22.

2. Benignus eſt ſpiritus ſapientiæ. *Sap.* 1. *v.* 6.

3. Eſt in ſapientia ſpiritus ſuavis, humanus, benignus. *Sap.* 7. *v.* 22.

4. Nonnè ardorem refrigerabit ros? ſic & verbum meliùs quàm datum. *Eccli.* 18. *v.* 16.

5. Fili in bonis non des querelam; & in omni dato non des triſtitiam verbi mali. *Eccli.* 18. *v.* 15.

6. Nonnè ecce verbum ſuper datum bonum, ſed utraque cum homine juſtificato. *Eccli.* 18. *v.* 17.

7. Induite vos ſicut electi Dei ſancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem. *Coloſ.* 3. *v.* 12.

8. Eſtote invicem benigni, miſericordes. *Epheſ.* 4. *v.* 32.

CAPVT XVIII.

Linguæ rectus uſus, difficilis, utilis, neceſſarius.

1. IN multis offendimus omnes, ſi quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir, potens etiam freno circumducere totum corpus. *Iac.* 3. *v.* 2.

2. Bea

2. Beatus vir qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo & non eſt ſtimulatus in juſtitia delicti. *Eccli.* 14. *v.* 1.

3. Quis eſt qui non deliquerit in lingua ſua? *Eccli.* 19. *v.* 17.

4. Ante ſermonem non laudes virum, hæc enim eſt tentatio hominum. *Eccli.* 27 *v.* 8.

5. Sicut ruſticatio de ligno oſtendit fructum illius, ſic verbum ex cogitatu cordis hominis. *Eccli.* 27. *v.* 7.

6. Ex abundantia cordis os loquitur: bonus homo de bono theſauro profert bona, & malus homo de malo theſauro profert mala. *Matt.* 12. *v.* 34. 35.

7. De fructu oris viri replebitur venter ejus, & genimina labiorum ipſius ſaturabunt eum: mors & vita in manu linguæ, qui diligunt eam, comedent fructus ejus. *Prov.* 18. *v.* 20. 21.

8. Ecce quantus ignis, quàm magnam ſylvam incendit? & lingua ignis eſt univerſitas iniquitatis. Lingua conſtruitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam nativitatis noſtræ, inflammata à gehenna. *Iac.* 3. *v.* 5. 6.

9. Omnis natura beſtiarum & volucrum & ſerpentium & cæterorum domantur & domita ſunt à natura humana: linguam autem nullus hominum domare poteſt, inquietum malum, plena veneno mortifero. *Iac.* 3. *v.* 7. 8.

10. Hominis eſt animam præparare, & Domini gubernare linguam. *Prov.* 16. *v.* 1.

CAPUT XIX.

Cujus ſit loqui, de quibus, & coram quibus.

1. LOquere major natu, decet enim te, primum verbum diligenti ſcientiam. *Eccli.* 32. *v.* 4.

2 In ſenſu ſit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis Altiſſimi. *Eccli.* 9. *v.* 23.

3. Tu autem loquere quæ decent ſanam doctrinam, verbum ſanum irreprehenſibile, ut is, qui ex adverſo eſt vereatur: nihil habens malum dicere de nobis. *Tit.* 2. *v.* 1. 8.

4. Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. *Cant.* 4. *v.* 3.

Digitized by Google

5. Cum viro irreligioſo tracta de ſanctitate, & cum injuſto de juſtitia, & cum muliere de ea, quæ æmulatur; cum timido de bello, cum negotiatore de trajectione, cum emptore de venditione, cum viro livido de gratiis agendis. Cum impio de pietate, cum inhoneſto de honeſtate, cum operario agrario de omni opere, cum operario annuali de conſummatione anni, cum ſervo pigro de multa operatione, non attendas his in omni conſilio. *Eccli.* 37. *v.* 12. 13. 14.

6. Qui deſpicit amicum ſuum, indigens corde eſt; vir autem prudens tacebit. *Prov.* 11. *v.* 12.

7. In auribus inſipientium ne loquaris, quia deſpicient doctrinam eloquii tui. *Prov.* 23. *v.* 9.

8. In medio inſenſatorum ſerva verbum tempori: in medio autem cogitantium aſſiduus eſto. *Eccli.* 27. *v.* 13.

9. Ubi auditus non eſt, non effundas ſermonem: & importunè noli extolli in ſapientia tua. *Eccli.* 32. *v.* 6.

10. Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo; ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum, ne capiaris in verbo indiſciplinato, & confundaris. *Eccli.* 5. *v.* 14.

CAPVT XX.

Loquendum prudenter, ſuaviter; parcè, ſuo tempore & loco.

1. SErmo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus, ut ſciatis, quomodo oporteat vos unicuique reſpondere. *Coloſ.* 4. *verſ.* 6.

2. Mens juſti meditabitur obedientiam: os impiorum redundat malis. *Prov.* 15. *v.* 28.

3. Erunt labia tua ſicut botri vineæ, & odor oris tui ſicut odor malorum. Guttur tuum ſicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiiſque & dentibus illius ad ruminandum. *Cant.* 7. *v.* 8. 9.

4. Ori tuo facito oſtia, & ſeras: aurum tuum & argentum conſla, & verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos; at attende ne fortè labaris lingua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi

Digitized by Google

tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis ad mortem. *Eccli.* 28. *v.* 28. 29. 30.

5. In multiloquio non deerit peccatum; qui autem moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt. *Prov.* 10. *v.* 19.

6. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. *Jac.* 1. *v.* 19.

7. Ne reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam tuam, ne efficiaris ei ſimilis: reſponde ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur. *Prov.* 26. *v.* 4. 5.

8. Eſt tacens, qui invenitur ſapiens: & eſt odibilis qui procax eſt ad loquendum: eſt tacens non habens ſenſum loquelæ: & eſt tacens ſciens tempus apti ſermonis. *Eccli.* 20. *v.* 5. 6.

9. Tempus tacendi & tempus loquendi. *Eccle.* 3. *v.* 7.

10. Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus: laſcivus autem & imprudens non ſervabunt tempus. *Eccli.* 20. *v.* 7.

11. Ne retineas verbum in tempore ſalutis, non abſcondas ſapientiam tuam in decore tuo: in lingua enim ſapientia dignoſcitur: & ſenſus & ſcientia, & doctrina in verbo ſenſati, & firmamentum in operibus juſtitiæ. *Eccli.* 4. *v.* 28. 29.

12. Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt: & pretioſi ſpiritus vir eruditus. *Prov.* 17. *v.* 27.

13. Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit eam in tempore ſuo. *Eccli.* 20. *v.* 22.

14. Stultus ſi tacuerit, ſapiens reputabitur; & ſi compreſſerit labia ſua, intelligens. *Prov.* 17. *v.* 28.

CAPVT XXI.

Effectus & fructus recti linguæ usûs.

1. QUi cuſtodit os ſuum, & linguam ſuam, cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam. *Prov.* 21. *v.* 23.

2. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir, potens etiam freno circumducere totum corpus: ſi autem equis frena in ora mittimus ad conſentiendum nobis, etiam omne corpus eorum circumferimus. *Iac.* 3. *v.* 2. 3.

3. Lætatur homo in ſententia oris ſui, & ſermo opportunus eſt optimus. *Prov.* 15 *v.* 23.

4. La-

4. Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem teſtis eſt repentinus, concinnat linguam mendacii. *Prov.* 12. *v.* 19.

5. Sapiens in verbis producet ſeipſum, & homo prudens placebit magnatis. *Eccli.* 20. *v.* 29.

6. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum ſuorum, habebit amicum Regem. *Prov.* 22. *v.* 11.

7. Labia deoſculabitur, qui recta verba reſpondet. *Prov.* 24. *verſ.* 26.

8. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo. *Prov.* 25. *v.* 11.

9. Verba oris ſapientis gratia, & labia inſipientis præcipitabunt eum. *Eccle.* 10. *v.* 12.

10. Patientiâ lenietur Princeps, & lingua mollis confringet duritiam. *Prov.* 25. *v.* 15.

11. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, & lingua eucharis in bono homine abundat. *Eccli.* 6. *v.* 5.

12. Verba ſapientum ſicut ſtimuli, & quaſi clavi in altum defixi, quæ per magiſtrorum conſilium ſunt data à paſtore uno. *Eccle.* 12. *verſ.* 11.

13. Tibiæ & pſalterium ſuavem faciunt melodiam, & ſuper utraque ſuavis lingua. *Eccli.* 40. *v.* 21.

14. Lingua Sapientum ſanitas eſt. *Prov.* 12. *v.* 18.

15. Qui odit correptionem minuetur vitâ, & qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. *Eccli.* 19. *v.* 5.

CAPVT XXII.

Effecta Linguæ incontinentis in animo & corpore quoad ſe & alios.

1. HOmo acharis quaſi fabula vana in ore indiſciplinatorum aſſidua erit. *Eccli.* 20. *v.* 21.

2. Os impiorum redundat malis. *Prov.* 15. *v.* 28.

3. Sicut urbs patens & abſque murorum ambitu, ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. *Prov.* 15. *v.* 28.

4. Labia inſipientis præcipitabunt eum: initium verborum ejus ſtultitia

Digitized by Google

ſtultitia: & noviſſimum oris illius error peſſimus. *Eccle.* 10. *v.* 12. 13.

5. Qui loquitur iniqua, non poteſt latere, nec præteriet eum corripiens judicium. *Sap.* 1. *v.* 8.

6. Eſt qui promittit & quaſi gladio pungitur conſcientiæ: lingua autem ſapientum ſanitas eſt. *Prov.* 12. *v.* 18.

7. Multi ceciderunt in ore gladii, ſed non ſic quaſi qui interierunt per linguam ſuam. *Eccli.* 28. *v.* 22.

8. Vir impius fodit malum, & in labiis ejus ignis ardeſcit: homo perverſus ſuſcitat lites, & verboſus ſegregat Principes, vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonam. *Prov.* 16. *v.* 27. 28. 29.

9. Homo qui blandis fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus eius. *Prov.* 29. *v.* 5.

10. Muſica in luctu importuna narratio. *Eccli.* 22. *v.* 6.

11. Narratio peccantium odioſa, & riſus eorum in deliciis peccati. *Eccli.* 27. *v.* 14.

12. Lingua tertia multos commovit, & diſperſit eos de gente in gentem: civitates muratas deſtruxit, & domos magnatorum effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes fortes diſſolvit. Lingua tertia mulieres viratas ejecit, & privavit eas laboribus ſuis, qui reſpicit eam, non habebit requiem, nec habebit amicum, in quo requieſcat. Flagelli plaga livorem facit, plaga autem linguæ comminuet oſſa. Beatus qui tectus eſt à lingua nequam, qui in iracundiam ejus non tranſivit, qui non attraxit jugum illius, & in vinculis illius non eſt ligatus. *Eccli.* 28. *v.* 16. 17. 18. 19. 20. 21. 23.

CAPVT XXIII.

Linguæ incontinentia proprium eſt vitium ſtultorum.

1. TOtum ſpiritum ſuum profert ſtultus: ſapiens differt, & reſervat in poſterum. *Prov.* 29. *v.* 11.

2. Stultus verba multiplicat. *Eccle.* 10. *v.* 14.

3. Qui multis verbis utitur lædet animam ſuam. *Eccli.* 20. *verſ.* 8.

Digitized by Google

4. In multis ſermonibus invenietur ſtultitia. *Eccle.* 5. *v.* 2.

5. Vidiſti hominem velocem ad loquendum? ſtultitia magis ſperanda eſt, quàm illius correctio. *Prov.* 29. *v.* 20.

6. Ubi multa ſunt ſomnia, plurimæ ſunt vanitates, & ſermones innumeri. *Eccle.* 5. *v.* 6.

7. Terribilis eſt in civitate ſua homo linguoſus, & temerarius in verbo ſuo odibilis erit. *Eccli.* 9. *v.* 25.

8. Eſt odibilis, qui procax eſt ad loquendum. *Eccli.* 20. *v.* 5.

9. Ex ore fatui reprobabitur parabola; non enim dicit illam in tempore ſuo. *Ibidem v.* 22.

10. In multiloquio non deërit peccatum. *Prov.* 10. *v.* 19.

11. Os lubricum operatur ruinas. *Prov.* 26. *v.* 28.

CAPUT XXIV.

Linguæ abuſus vetatur univerſim ac ſpeciatim.

1. OMnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat; ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. *Epheſ.* 4. *v.* 29.

2. Qui vult vitam diligere, & dies videre bonos, coërceat linguam ſuam à malo, & labia ejus ne loquantur dolum. 1. *Pet.* 3. *v.* 10.

3. Indiſciplinatæ loquelæ non aſſueſcat os tuum: eſt enim in illa verbum peccati. *Eccli.* 28. *v.* 17.

4. Si quis putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, hujus vana eſt religio. *Jac.* 1. *v.* 26.

5. Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coram Deo: Deus enim in cælo & tu ſuper terram, idcircò ſint pauci ſermones tui: multas curas ſequuntur ſomnia, & in multis ſermonibus invenietur ſtultitia. *Eccle.* 5. *v.* 1. 2.

6. Noli verboſus eſſe in multitudine presbyterorum, & non iteres verbum in oratione tua. *Eccli.* 7. *v.* 15.

7. Noli citatus eſſe in lingua tua, & inutilis & remiſſus in operibus tuis. *Eccli.* 4. *v.* 34.

8. Fornicatio & omnis immunditia, aut avaritia non nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcur-

Digitized by Google

ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet, ſed magis gratiarum actio. *Epheſ.* 5. *v.* 3. 4.

9. In ipſa benedicimus Deum & Patrem, & in ipſa maledicimus homines, qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt. Ex ipſo ore procedit benedictio, & maledictio: non oportet fratres mei hæc ita fieri; nunquid fons ex eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? nunquid poteſt, fratres mei, ficus uvas facere, aut vitis ficus? Sic neque ſalſa dulcem poteſt facere aquam. *Jac.* 3. *v.* 9. 10. 11. 12.

CAPUT XXV.

Antitheſes variæ in verba ſtulti & prudentis.

1. Honor & gloria in ſermone ſenſati, lingua verò imprudentis ſubverſio illius. *Eccli.* 5. *v.* 15.

2. Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus, laſcivus autem & imprudens non ſervabunt tempus: ſapiens in verbis ſeipſum amabilem facit; gratiæ autem fatuorum effundentur. *Eccli.* 20. *v.* 7. 13.

3. Narratio fatui quaſi ſarcina in via; nam in labiis ſenſati invenietur gratia; os prudentis quæritur in Eccleſia, & verba illius cogitabunt in cordibus ſuis. Tanquam domus exterminata, ſic fatuo ſapientia & ſcientia inſenſati inenarrabilia verba; labia imprudentium ſtulta narrabunt, verba autem prudentium ſtaterâ ponderabuntur: in ore fatuorum cor eorum, & in corde ſapientium os illorum. *Eccli.* 21. *v.* 19. 20. 21. 28. 29.

4. De fructu oris ſui homo ſatiabitur bonis: anima autem prævaricatorum iniqua: qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam; qui autem inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala. *Prov.* 13. *v.* 2. 3.

5. In ore ſtulti virga ſuperbiæ: labia autem ſapientium cuſtodiunt eos. *Prov.* 14. *v.* 3.

6. Reſponſio mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem: lingua ſapientium ornat ſcientiam: os fatuorum ebullit ſtultitiam. *Prov.* 15. *v.* 1. 2.

7. Lingua placabilis lignum vitæ; quæ autem immoderata eſt, conferet Spiritum: labia ſapientum diſſeminabunt ſcientiam, cor ſtultorum diſſimile erit. *Prov.* 15. *v.* 47.

Vide: Contentio, Diſcordia, Rixa, Blaſphemia, Imprudentia.

Digitized by Google

CAPUT XXVI.

Exempla Linguæ Sapientis.

1. DIxi: cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in linguâ mea. *Pſ.* 38. *v.* 1.

2. Poſui ori meo cuſtodiam, cùm conſiſteret peccator adversùm me: obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. *Pſ.* 38. *v.* 2.

3. In labiis meis pronunciavi omnia judicia oris tui. *Pſ.* 118. *verſ.* 13.

4. Loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu Regum, & non confundebar. *Pſ.* 118. *v.* 46.

5. Virtute magnâ reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Jeſu Chriſti Domini noſtri, & gratia magna erat in omnibus illis. *Act.* 4. *v.* 33.

CAPUT XXVII.

Iaculatoria petentis Linguæ moderationem ſuæ & alienæ.

1. POne Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis: non declinas cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. *Pſ.* 140. *v.* 3. 4.

2. Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, ut non cadam ab ipſis, & lingua mea perdat me? *Eccli.* 22. *verſ.* 33.

3. Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua doloſa: quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam. *Pſ.* 119. *v.* 2. 3.

4. Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam. *Pſ.* 50. *v.* 16.

Vide Oratio, Laus, Prudentia.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXVIII.

Veritas commendatur, & fidelitas: mendacii fœditas depingitur.

1. MIſericordia & veritas te non deſerant, circumda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui, & invenies gratiam & diſciplinam bonam coram hominibus & Deo. *Prov.* 3. *v.* 3. 4.

2. Abominatio eſt Domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei. *Prov.* 12. *v.* 22.

3. Proferentem mendacia odit Dominus. *Prov.* 6. *v.* 19.

4. Tres ſpecies odivit anima mea, & aggravor valdè animæ illorum: divitem, mendacem. *Eccli.* 25. *v.* 4.

5. Potior fur, quàm aſſiduitas viri mendacis: perditionem autem ambo hæreditabunt. *Eccli.* 28. *v.* 27.

6. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere, ille homicida erat ab initio & in veritate non ſtetit; quia non eſt veritas in eo, cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur: quia mendax eſt & pater ejus. *Ioan.* 8. *v.* 44.

CAPVT XXXIX.

Damna mendacii & alia effecta.

1. SUavis eſt homini panis mendacii, & poſtea implebitur os ejus calculo. *Prov.* 20. *v.* 17.

2. Verbum mendax juſtus deteſtabitur, impius autem confundit & confundetur. *Prov.* 13. *v.* 5.

3. Teſtis mendax peribit. *Eccli.* 21. *v.* 28.

4. Os quod mentitur, occidit animam. *Sap.* 1. *v.* 11.

5. Erubeſcite à præſidente & à potente de mendacio. *Eccli.* 41. *verſ.* 21.

6. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. *Pſ.* 5. *v.* 7.

7. Qui loquitur mendacia peribit. *Prov.* 19. *v.* 9.

Digitized by Google

8. Lapſus falſæ linguæ, quaſi qui in pavimento cadens, ſic caſus malorum feſtinanter veniet. *Eccli.* 20. *v.* 20.

9. Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indiſciplinatorum aſſiduè erit: mores hominum mendacium ſine honore, & confuſio eorum cum ipſis ſine intermiſſione. *Eccli.* 20. *v.* 26. 28.

10. Non accipias faciem adverſus faciem tuam, nec adverſus animam tuam mendacium. *Eccli.* 4. *v.* 26.

CAPUT XXX.

Veritas præcipitur, mendacium omne prohibetur.

1. PRopter quod deponentes mendacium loquimini veritatem unuſquiſque cum proximo ſuo; quoniam ſumus invicem membra. *Epheſ.* 4. *v.* 25.

2. Nolite mentiri invicem, expolíantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes novum. *Coloſ.* 3. *v.* 9.

3. Noli velle mentiri omne mendacium. *Eccli.* 7. *v.* 14.

4. Non mentiemini, nec decipiet unuſquiſque proximum ſuum. *Levit.* 19. *v.* 11.

5. Qui nititur mendaciis, hic paſcit ventos: idem autem ipſe ſequitur aves volantes. *Prov.* 10. *v.* 4.

6. Non contradicas verbo veritatis ullo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere; non confundaris confiteri peccata tua, & ne ſubjicias te omni homini pro peccato: noli reſiſtere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluvii. *Eccli.* 4. *v.* 30. 31. 32.

7. Voluntas regum labia juſta; qui recta loquitur diligetur. *Prov.* 16. *v.* 13.

Vide, Fraus, Dolus, Calumnia, Contumelia.

CAPVT XXXI.

Juſtitia vindicativa Dei non effugitur à peccatore.

1. IN Synagoga peccantium exardebit ignis, & in gente incredibili exardebit ira: non exoraverunt pro peccatis ſuis antiqui

tiqui gigantes, qui deſtructi ſunt, confidentes ſuæ virtuti. *Eccli.* 16. *v.*7. 8.

2. In diem perditionis ſervatur malus, & ad diem furoris ducetur. *Job.* 21. *v.* 30.

3. In leges divinas impiè agere, impunè non cedit. 2. *Mach.* 4. *v.* 17.

4. Stuppa collecta Synagoga peccantium, & conſummatio illorum flamma ignis. *Eccli.* 21. *v.* 10.

5. Quòcunque pergere voluiſſent, manus Domini erat ſuper eos, ſicut locutus eſt, & juravit eis: & vehementer ſunt afflicti. *Judic.* 2. *verſ.* 15.

6. Etſi in præſenti tempore ſuppliciis hominum eripiar, ſed manum omnipotentis nec vivus, nec defunctus effugiam. 2. *Mach.* 6. *verſ.* 26.

7. Tu ne exiſtimes tibi impunè futurum, quod contra Deum pugnare tentaveris. 2. *Mach.* 7. *v.* 19.

CAPVT XXXII.

Deus longanimis, tardè quidem, at tandem punit, non abſque interveniente miſericordiâ.

1. HIs tanquam hominibus peperciſti: & miſiſti anteceſſores exercitûs tui veſpas, ut illos paulatim exterminarent: non quia impotens eras in bello ſubjicere impios juſtis, aut beſtiis ſævis, aut verbo duro ſimul exterminare, ſed partibus judicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans, quoniam nequam eſt natio eorum, & naturalis malitia ipſorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio eorum in perpetuum. *Sap.* 12. *v.* 8. 9. 10.

2. O quàm bonus & ſuavis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus, ideòque eos, qui exerrant partibus, corripis, & de quibus peccant admones, & alloqueris, ut relictâ malitiâ credant in te Domine. *Sap.* 12. *verſ.* 1. 2.

3. Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiam cordis tui, & ne dixeris: quomodo potui? aut quis me ſubjiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit: ne dixeris: peccavi, & quid mihi accidit

Digitized by Google

cidit triſte? altiſſimus enim eſt patiens redditor. *Eccli.* 5. *v.* 2. 3. 4.

4. Tacui ſemper, ſilui, patiens fui: ſicut parturiens loquar, diſſipabo & abſorbebo ſimul. *Iſ.* 42. *v.* 14.

5. Ecce ſcriptum eſt coram me: non tacebo ſed reddam, & retribuam in ſinum eorum. *Iſ.* 65. *v.* 6.

6. Multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim ultiones adhibere, magni beneficii eſt indicium. Non enim ſicut in aliis nationibus Dominus patienter expectat, ut eas, cùm judicii dies advenerit, in plenitudine peccatorum puniat: ita & in nobis ſtatuit, ut peccatis noſtris in finem devolutis, ita demum in nos vindicet: propter quod nunquam quidem à nobis miſericordiam ſuam amovet: corripiens verò in adverſis, populum ſuum non derelinquit. 2. *Mach.* 6. *v.* 13. 14. 15. 16.

CAPVT XXXIII.

Aliter ſontes aliter inſontes, iiſdem ſubindè involvit pœnis.

1. ANima quæ peccaverit ipſa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii: juſtitia juſti ſuper ipſum erit, & impietas impii erit ſuper eum. *Ezech.* 18. *v.* 20.

2. Qui peccaverit mihi, delebo eum de libro meo. *Exo.* 32. *v.* 33.

3. Abſit à te ut occidas juſtum cum impio, & rem hanc facias, fiatque juſtus ſicut impius, non eſt hoc tuum, qui judicas omnem terram, nequaquam facies judicium hoc. *Gen.* 18. *v.* 25.

4. Cùm ſis juſtus, juſtè omnia diſponis: ipſum quoque qui non debet puniri: condemnare exterum judicas à tua virtute. *Sap.* 12. *v.* 15.

5. Luet, quæ fecit omnia, nec tamen conſumetur: juxta multitudinem adinventionum ſuarum ſic & ſuſtinebit. *Job.* 20. *v.* 18.

6. Reputantes peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe, flagella Domini, quibus quaſi ſervi corripimur ad emendationem & non ad perditionem noſtram eveniſſe credamus. *Judith* 8 *v.* 27.

7. Cum

Digitized by Google

7. Cùm tentati ſunt & quidem cum miſericordia diſciplinam accipientes, ſcierunt quemadmodum cum ira judicati impii tormenta paterentur: hos quidem tanquam pater monens probâſti, illos autem tanquam durus rex interrogans condemnâſti. *Sap.* 11. *verſ.* 10. 11. 12.

8. Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo: neque nocebo in veritate mea. *Pſ.* 88. *v.* 33. 34.

9. Plaga inimici percuſſi te caſtigatione crudeli; propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta ſunt peccata tua. *Jerem.* 30. *v.* 14.

10. His ceſſit, qui exterminabat & hæc extimuit, erat enim ſola tentatio iræ ſufficiens. *Sap.* 18. *v.* 25.

11. Impiis autem uſque in noviſſimum ſine miſericordia ira ſupervenit, præſciebat enim & futura illorum. *Sap.* 19. *v.* 1.

CAPVT XXXIV.

Peccator iis punitur rebus, quibus deliquit: creatura quædam ad ultionem deputata.

1. PEr quæ peccat quis, per hæc & torquetur. *Sap.* 11. *verſ.* 17.

2. Unde & iis qui in vita ſua inſenſatè & injuſtè vixerunt, per hæc, quæ coluerunt, dediſti ſumma tormenta. *Sap.* 12. *verſ.* 23.

3. Sunt ſpiritus qui ad vindictam creati ſunt, & in furore ſuo confirmaverunt tormenta ſua, in tempore conſummationis effundent virtutem, & furorem ejus, qui fecit eos, placabunt: ignis, grando, fames, & mors, omnia hæc ad vindictam creata ſunt; beſtiarum dentes & ſcorpii; & ſerpentes & romphæa vindicans in exterminium impios. In mandatis ejus epulabuntur, & ſuper terram in neceſſitatem præparabuntur, & in temporibus ſuis non præterient verbum. *Eccli.* 39. *v.* 33. 34. 35. 36. 37.

Digitized by Google

4. Super peccatores ſeptuplum: ad hæc mors, ſanguis, contentio, & romphæa, oppreſſiones, fames, & contritio, & flagella ſuper iniquos creata ſunt hæc omnia, & propter illos factus eſt cataclyſmus. *Eccli. 40. v. 9. 10.*

5. Nunquid ingreſſus es theſauros nivis, aut theſauros grandinis aſpexiſti; quæ præparavi in tempus hoſtis, in diem pugnæ & belli. *Iob. 38. v. 22. 23.*

CAPVT XXXV.

Finis punitionis divinæ, vindicta impiorum, juſtorum correctio.

1. IN memoria ſermonum tuorum examinabantur, & velociter ſalvabantur, ne in altam incidentes oblivionem, non poſſent tuo uti adjutorio. *Sap. 16. v. 11.*

2. Cùm feceris judicia tua in terra, juſtitiam diſcent habitatores orbis. Miſereamur impio, & non diſcet juſtitiam, in terra ſanctorum iniqua geſſit, & non videbit gloriam Domini: induſiſti genti Domine, induſiſti genti; nunquid glorificatus es. Elongâſti omnes terminos terræ: Domine in anguſtia requiſierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. *Iſ. 26. v. 9. 10. 15. 16.*

3. Mille homines à facie terroris unius; & à facie terroris quinque fugietis, donec relinquamini quaſi malus navis in vertice montis, & quaſi ſignum ſuper collem. *Iſ. 30. v. 17.*

4. Si inimicos ſervorum tuorum & debitos morti cum tanta cruciâſti attentione, dans tempus & locum, per quæ poſſent mutari à malitia, cum quanta diligentia judicâſti filios tuos, quorum parentibus juramenta, & conventiones dediſti bonarum promiſſionum: cùm ergo des nobis diſciplinam, inimicos noſtros multipliciter flagellas, ut bonitatem tuam cogitemus judicantes: & cùm de nobis judicatur, ſperamus miſericordiam tuam. *Sap. 12. v. 20. 21. 22.*

Digitized by Google

CAPVT XXXVI.

Iuſtitia Vindicativa humana, utilis ac neceſſaria: ejuſdem fructus, & pœna neglectûs; ſervanda æquitas & modus in omnibus.

1. FLagellum equo, & camus aſino, & virga in dorſo imprudentium. *Prov.* 26. *v.* 3.

2. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum. *Prov.* 25. *v.* 4.

3. Agnoſcent qui derelicti ſunt, quoniam nihil eſt melius, quàm timor Dei, & nihil dulcius quàm reſpicere in mandatis Domini. *Eccli.* 23. *v.* 37.

4. Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis, ut avertatur furor meus ab Iſraël. *Num.* 25. *verſ.* 4.

5. Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit: ſi autem corripueris ſapientem, intelliget diſciplinam. *Prov.* 19. *v.* 25.

6. Mulctato ſapiente ſapientior erit parvulus, & ſi ſectetur ſapientem, ſumet ſcientiam. *Prov.* 21. *v.* 11.

7. Livor vulneris abſterget mala, & plagæ in ſecretioribus ventris. *Prov.* 20. *v.* 30.

8. Quia non profertur citò contra malos ſententia, abſque timore ullo filii hominum perpetrant mala. *Eccle.* 8. *v.* 11.

9. Quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima ejus, & populus tuus pro populo ejus. 3. *Reg.* 20. *verſ.* 42.

10. Docuiſti populum tuum per talia opera, quoniam oportet eſſe juſtum & humanum, & bonæ ſpei feciſti filios tuos, quoniam judicans das locum in peccatis pœnitentiæ. *Sap.* 12. *v.* 19.

11. Noli eſſe juſtus multum, neque ſapias plus quàm neceſſe eſt, ne obſtupeſcas. *Eccle.* 7. *v.* 17.

Digitized by Google

CAPUT XXXVII.

Exempla punitionis per eadem, per quæ quis peccavit.

1. FUgit Adonibezec, quem perſecuti comprehenderunt, cæſis ſummitatibus manuum ejus ac pedum: dixitque Adonibezec: ſeptuaginta Reges amputatis manuum ac pedum ſummitatibus colligebant ſub menſa mea ciborum reliquias, ſicut feci ita reddidit mihi Deus: adduxeruntque eum in Jeruſalem, & ibi mortuus eſt. *Iudic.* 1. *v.* 6. 7.

2. Et ait Samuël Regi Agag: ſicut fecit abſque liberis mulieres gladius tuus, ſic abſque liberis erit inter mulieres mater tua: & in fruſta concidit eum Samuël coram Domino in Galgalis. 1. *Reg.* 15. *v.* 33.

3. Jubente Rege adducti ſunt viri illi, qui accuſârunt Danielem, & in lacum leonum miſſi ſunt ipſi, & ad pavimentum laci, donec arriperent eos leones, & omnia oſſa eorum comminuerunt. *Dan.* 6. *v.* 24.

4. Conſurrexerunt adversùs duos presbyteros, convicerat enim eos Daniel ex ore ſuo falſum dixiſſe teſtimonium, feceruntque eis ſicut malè egerunt adversùs proximum, ut facerent ſecundùm leges Moyſi, & interfecerunt eos, & ſalvatus eſt ſanguis innoxius in die illa. *Dan.* 13. *v.* 61. 62.

5. Accenſis animis Antiochus Rex Andronicum purpurâ exutum per totam civitatem jubet circumduci, & in eodem loco, in quo in Oniam impietatem commiſerat, ſacrilegum vitâ privari, Domino condignam illi tribuente mercedem. 2. *Mach.* 4. *v.* 38.

6. Qui multos (Jaſon ſcilicet impius) de patria ſua expulerat, peregrè petiit Lacedæmonas profectus quaſi pro cognatione ibi refugium habiturus, & qui multos inſepultos abjecerat, ipſe & illamentatus eſt, & inſepultus abjicitur, ſepulturâ neque peregrinâ uſus, neque patrio ſepulchro participans. 2. *Mach.* 5. *v.* 9. 10.

7. Homicida Antiochus rex blaſphemus peſſimè percuſſus, & ut ipſe alios tractaverat, peregrè in montibus miſerabili obitu vitâ functus eſt. 2. *Mach.* 9. *v.* 28.

8. Reſ-

Digitized by Google

8. Reſpondenſque Rex Aſuerius ait: quis eſt iſte, & cujus potentiæ, ut hæc audeat facere: dixitque Eſther: hoſtis & inimicus noſter peſſimus iſte eſt Aman. Dixitque Harbona unus de eunuchis, qui ſtabant in miniſterio Regis: en lignum quod paraverat Mardochæo, qui locutus eſt pro Rege, ſtat in domo Aman, habens altitudinis 50. cubitos, cui dixit Rex: appendite eum in eo; ſuſpenſus eſt itaque Aman in patibulo, quod paraverat Mardochæo. *Eſther*. 7. *v*. 5. 6. 9. 10.

9. Serve nequam omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogâſti me, nonnè ergo oportuit & te miſereri conſervi tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? & iratus Dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoaduſque redderet univerſum debitum. *Matt*. 18. *v*. 32. 33. 34.

PARS VIII.

Temperantia & virtutes ei annexæ atque oppoſita vitia.

PRÆFATIO.

1. TEmperantia eſt virtus, quæ inclinat ad ſervandam mediocritatem circa voluptates & dolores, qui guſtu & tactu percipiuntur: ita tamen ut frequentius in voluptate moderandâ, quàm dolore verſetur: verſatur autem circa dolores, non uti fortitudo, quæ elucet in iis conſtanter perferendis, ſed facit ne temperans nimium doleat ob abſentiam delectationum.

2. Temperantiæ generatim opponuntur duo vitia: intemperantia ſcilicet & ſtupor. Intemperantia eſt exceſſus, in fruendis delectationibus guſtûs, vel tactûs.

ſtupor eſt talis fuga delectationum, ut nolit quis eis uti, quando, vel ubi, vel quantum ſecundùm rectam rationem oportet.

3. Partes integrantes Temperantiæ ſunt duæ: honeſtas & verecundia: nam officium Temperantiæ totum integrant amor decoris temperantiæ, & fuga turpitudinis intemperantiæ; ad priorem actum ſpectat honeſtas, ad poſteriorem verecundia. Sumitur autem hîc honeſtum, non prout virtuti commune eſt, ſed presſè, ut in eo elucet peculiare decus Temperantiæ.

4. Partes ſubjectivæ ſive ſpecies Temperantiæ ſunt 4. Abſtinentia, Sobrietas, Caſtitas, Pudicitia.

5. Partes poteſtativæ Temperantiæ ſunt 6. Continentia, Humilitas, Manſuetudo, Clementia, Modeſtia morum, & Modeſtia cultûs.

CAPVT PRIMVM.

Natura paucis contenta, Temperantia commendata generatim.

1. INitium vitæ hominis, aqua & panis & veſtimentum & domus pretegens turpitudinem. *Eccli.* 29. *v.* 28.

2. Initium neceſſariæ rei vitæ hominis, aqua, ignis, & ferrum, ſal, lac, & panis ſimilagineus, & mel botrus uvæ, & oleum, & veſtimentum. *Eccli.* 39. *v.* 31.

3. Propoſuit Daniel in corde ſuo ne pollueretur de menſa Regis, neque de vino potus ejus: & rogavit eunuchorum præpoſitum, ne contaminaretur. *Dan.* 1. *v.* 8.

4. Quàm ſufficiens eſt homini erudito vinum exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, & non ſenties dolorem: vigilia, & cholera, & tortura viro infrunito. *Eccli.* 31. *v.* 22. 23.

5. Æqua vita hominibus, vinum in ſobrietate, ſi bibas illud moderatè, eris ſobrius: quæ vita eſt ei, qui minuitur vino? quid defraudat vitam?

Digitized by Google

vitam? mors · vinum in jucunditatem creatum eſt, & non in ebrietatem ab initio. Exultatio animæ & cordis vinum moderatè potatum: ſanitas eſt animæ & corpori potus ſobrius: vinum multum potatum irritationem & iram & ruinas multas facit: amaritudo animæ vinum multum potatum. *Ibidem v.* 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38.

6. Quando ſederis ut comedas cum Principe, diligenter attende, quæ appoſita ſunt ante faciem tuam, & ſtatue cultrum in gutture tuo: ſi tamen habes in poteſtate animam tuam, ne deſideres de cibis ejus, in quo eſt panis mendacii. *Prov.* 23. *v.* 1. 2. 3.

7. Noli avidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam. *Eccli.* 37. *v.* 32.

8. Melior eſt victus pauperis ſub tegmine aſſerum, quàm epulæ ſplendidæ in peregre ſine domicilio. *Eccli.* 29. *v.* 29.

9. Melius eſt vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum ſaginatum cum odio. *Prov.* 15. *v.* 17.

10. Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vino utere propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. 1. *Tim.* 5. *v.* 23.

11. Cogitavi in corde meo abſtrahere à vino carnem meam, ut animum meum transferrem ad ſapientiam, devitaremque ſtultitiam, donec viderem quid eſſet utile filiis hominum: quo facto opus eſt ſub ſole numero dierum vitæ ſuæ. *Eccla.* 2. *v.* 3.

CAPUT II.

Præmia Temperantiæ & alia effecta.

1. BEata terra, cujus Rex nobilis eſt, & cujus Principes veſcuntur in tempore ſuo ad reficiendum, & non ad luxuriam. *Eccla.* 10. *v.* 17. 19.

2. Pueris autem his dedit Deus ſcientiam & diſciplinam in omni libro & ſapientia: Danieli autem intelligentiam omnium viſionum & ſomniorum. *Dan.* 1. *v.* 17.

3. Qui abſtinens eſt adjiciet vitam. *Eccli.* 37. *v.* 34.

4. Somnus ſanitatis in homine parco, dormiet uſque in manè, & anima illius cum ipſo delectabitur. *Eccli.* 31. *v.* 24.

CA-

Digitized by Google

CAPVT III.

Intemperantia variis modis nocet animo.

1. MUlti ambulant, quos ſæpè dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Chriſti: quorum finis interitus: quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt. *Phil.* 3. *v.* 18. 19.

2. Ne dederis os tuum, ut peccare facias carnem tuam. *Eccle.* 5. *verſ.* 5.

3. Cùm comederint & ſaturati craſsique fuerint, avertentur ad Deos alienos, & ſervient eis: detrahentque mihi, & irritum facient pactum meum. *Deut.* 31. *v.* 20.

4. Anima ſaturata calcabit favum. *Prov.* 27. *v.* 7.

5. Væ vobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. *Luc.* 6. *v.* 25.

6. Attendite vobis, ne fortè graventur corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis hujus vitæ: & ſuperveniat in vos repentina dies illa. *Luc.* 21. *v.* 34.

7. Panis ejus in utero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus. *Iob.* 20. *v.* 14.

8. Accepto pane ac lentis edulio, comedit & bibit, & abiit, parvi pendens, quòd primogenita vendidiſſet. *Gen.* 25. *v.* 34.

9. Ne quis fornicator aut profanus ut Eſau: qui propter unam eſcam vendidit primitiva ſua. *Hebr.* 12. *v.* 16.

10. Hujuſcemodi Chriſto Domino noſtro non ſerviunt, ſed ſuo ventri, & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium. *Rom.* 16. *v.* 18.

CAPVT IV.

Nocet & corpori & fortunæ bonis.

1. NOli avidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam: in multis enim eſcis erit infirmitas, & aviditas appropinquabit uſque ad choleram: propter crapulam multi obie-

obierunt, qui autem abſtinens eſt, adjiciet vitam. *Eccli.* 37. *v.* 32. 33. 34.

2. Filius noſter iſte comeſſationibus vacat & luxuriæ, atque conviviis: lapidibus eum obruet populus civitatis & morietur, ut auferatis malum de medio veſtri, & univerſus Iſraël audiens pertimeſcat. *Deut.* 20. *v.* 20. 21.

3. Adhuc eſcæ ipſorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos. Et occidit pingues eorum, & electos Iſraël impedivit. *Pſ.* 77. *v.* 30. 31.

4. Vigilia & cholera & tortura viro infrunito. *Eccli.* 31. *v.* 23.

5. Qui diligit epulas, in egeſtate erit; qui amat vinum & pinguia non ditabitur. *Prov.* 21. *v.* 17.

6. Noli eſſe in conviviis potatorum, nec in comeſſationibus eorum, qui carnes ad conveſcendum afferunt: quia vacantes potibus, & dantes ſymbola conſumentur, & veſtietur pannis dormitatio. *Prov.* 23. *v.* 20. 21.

7. Operarius ebrioſus non locupletabitur, & qui ſpernit modica, paulatim decidet. *Eccli.* 19. *v.* 1.

8. Qui ſuavis eſt in vini devorationibus, in ſuis munitionibus relinquit contumeliam. *Prov.* 12. *v.* 11.

9. Si coactus fueris in edendo multum, ſurge è medio & vome, & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem. *Eccli.* 31. *verſ.* 25.

CAPUT V.

Diſſuadetur & vetatur ebrietas ac gula.

1. Sicut in die honeſtè ambulemus: non in comeſſationibus & ebrietatibus. *Rom.* 13. *v.* 13.

2. Induimini Dominum Jeſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſideriis. *Ibidem* *v.* 14.

3. Eſca ventri & venter eſcis, Deus autem & hunc & has deſtruit: corpus autem non fornicationi, ſed Domino: & Dominus corpori. 1. *Cor.* 6. *v.* 13.

4. Noli Regibus, ô Lamuel, noli Regibus dare vinum; quia nullum ſecretum eſt ubi regnat ebrietas: ne fortè bibant & obliviſcantur judiciorum, & mutent cauſam filiorum pauperis. *Prov.* 31. *v.* 4. 5.

Digitized by Google

5. Mulier ebrioſa ira magna, & contumelia & turpitudo ejus non tegetur. *Eccli.* 26. *v.* 11.

6. Neque fornicarii neque adulteri neque ebrioſi regnum Dei poſſidebunt. 1. *Cor.* 6. *v.* 9. 10.

7. Ne intuearis vinum quando flaveſcit, cùm ſplenduerit in vitro color ejus: ingreditur blandè, ſed in noviſſimo mordebit ut coluber, & ſicut regulus venena diffundet. *Prov.* 23. *v.* 31. 32.

8. Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur perverſa, & eris ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clavo, & dices: verberârunt me, ſed non dolui: traxerunt me & ego non ſenſi: quando evigilabo, & rurſus vina reperiam. *Prov.* 23. *v.* 33. 34. 35.

9. Væ coronæ ſuperbiæ ebriis Ephraim, & flori decidenti gloriæ exultationis ejus, qui erant in vertice vallis pinguiſſimæ, errantes à vino. *Iſ.* 28. *v.* 1.

10. Ne comedas cum homine invido, & ne deſideres cibos ejus: quoniam in ſimilitudinem arioli & conjectoris, æſtimat quod ignorat; comede & bibe, dicet tibi, & mens illius non eſt tecum, cibos quos comederas, evomes, & perdes pulchros ſermones tuos. *Prov.* 23. *v.* 6. 7. 8.

CAPVT VI.

Alia ebrietatis effecta ſpecialia.

1. HI quoque præ vino neſcierunt, & præ ebrietate erraverunt; Sacerdos & Propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino, erraverunt in ebrietate, neſcierunt videntem, ignoraverunt judicium. *Iſ.* 28. *v.* 7.

2. Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor. *Oſea* 4. *v.* 12.

3. Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguent ſenſatos. *Eccli.* 19. *v.* 2.

4. Ignis probat ferrum durum, ſic vinum corda ſuperborum arguet in ebrietate potatum. *Eccli.* 31. *v.* 31.

5. Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas, quicunque his delectatur, non erit ſapiens. *Prov.* 20. *v.* 1.

6. No-

Digitized by Google

6. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed replemini ſpiritu ſancto. *Ephеſ.* 5. *v.* 18.

7. Cui væ? cujus patri væ? cui rixæ? cui foveæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffuſio oculorum? nonnè his, qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis? *Prov.* 23. *v.* 29. 30.

8. Multos exterminavit vinum. *Eccli.* 31. *v.* 30.

CAPUT VII.

Alia monita & præcepta in conviviis ſervanda.

1. VIri juſti ſint tibi convivæ, & in timore Dei ſit tibi gloriatio. *Eccli.* 9. *v.* 22.

2. Cùm invitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, ne fortè honoratior te ſit invitatus ab illo: & veniens is, qui te & illum vocavit, dicat tibi: da huic locum: & tunc incipias cum rubore noviſſimum locum tenere; ſed cùm vocatus fueris, vade recumbe in noviſſimo loco, ut cùm venerit, qui te invitavit, dicat tibi: amice aſcende ſuperiùs, tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. *Luc.* 14. *v.* 8. 9. 10.

3. Diligentes in vino noli provocare: multos enim exterminavit vinum. *Eccli.* 31. *v.* 30.

4. Supra menſam magnam ſediſti, non aperias ſuper illam faucem tuam prior: non dicas ſic, multa ſunt, quæ ſuper illam ſunt: memento quoniam malus eſt oculus nequam; nequius oculo quid creatum eſt? ideò ab omni facie ſua lacrymabitur, cùm viderit; ne extendas manum tuam prior, & invidiâ contaminatus erubeſcas, ne comprimaris in convivio; intellige quæ ſunt proximi tui ex te ipſo: utere quaſi homo frugi his, quæ tibi apponuntur, ne cùm manducas multum odio habearis: ceſſa prior cauſa diſciplinæ & noli nimius eſſe, ne fortè offendas. *Eccli.* 31. *v.* 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.

5. In convivio vini non arguas proximum, & non deſpicias eum in jucunditate ipſius; verba improperii non dicas ei, & non premas eum in repetendo. *Ibidem v.* 41. 42.

6. Gemmula carbunculi in ornamento auri: & comparatio muſicorum in convivio vini: ſicut in fabricatione auri ſignum eſt ſmaragdi, ſic

Digitized by Google

numerus muſicorum in jucundo & moderato vino: audi tacens & pro reverentia accedet tibi bona gratia. *Eccli.* 32. *v.* 7. 8. 9.

7. Rectorem te poſuerunt, noli extolli; eſto in iis quaſi unus ex ipſis; curam illorum habe, & ſic confide, & omni cura tua explicita recumbe, ut læteris ob illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam, & dignationem conſequaris corrogationis. *Eccli.* 32. *v.* 1. 2. 3.

8. Cùm facis prandium, aut cænam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos divites; ne fortè & ipſi te reinvitent, & fiat tibi retributio: ſed cum facis convivium voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi; retribuetur enim tibi in reſurrectione juſtorum. *Luc.* 14. *v.* 12. 13. 14.

CAPVT VIII.

Exempla Intemperantiæ.

1. NOë bibens vinum inebriatus eſt. *Gen.* 9. *v.* 21.

2. Verùm hi quoque præ vino neſcierunt, & præ ebrietate erraverunt, Sacerdos & Propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino, erraverunt in ebrietate, neſcierunt videntem, ignoraverunt judicium. Omnes enim menſæ repletæ ſunt vomitu ſordiumque ita ut non eſſet ultra locus. *Iſ.* 28. *v.* 7. 8.

2. Balthaſar fecit grande convivium optimatibus ſuis mille, & unuſquiſque ſecundùm ſuam bibebat ætatem: præcepit ergo jam temulentus, ut afferrentur vaſa aurea, & argentea, quæ aſportaverat Nabuchodonoſor pater ejus de templo, quod fuit in Jeruſalem; ut biberent in eis Rex & optimates ejus, uxoreſque ejus & concubinæ. *Dan.* 5. *v.* 1. 2.

4. Vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum & ad planctum, ad calvitium & ad cingulum ſacci. & ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos, & jugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum: comedamus & bibamus, cras enim moriemur. *Iſ.* 22. *verſ.* 12. 13.

C A-

CAPUT IX.

Iejunii Encomia, *Effecta*, *Fructus*, *Exempla*.

1. BOna eſt oratio cum jejunio & eleemoſyna magis quàm theſauros auri recondere; quoniam eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit invenire miſericordiam & vitam æternam. *Tob*. 12. *v*. 8. 9.

2. Convertimini ad me in toto corde veſtro, in jejunio, & in fletu, & in planctu. *Ioël*. 2. *v*. 12.

3. Exhibeamus nosmetipſos ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in jejuniis. 2. *Cor*. 6. *v*. 4.

4. Cum jejunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes: exterminant enim facies ſuas, ut appareant hominibus jejunantes, amen dico vobis, quia receperunt mercedem ſuam: tu autem cùm jejunas, unge caput tuum & faciem tuam lava, ne videaris hominibus jejunans, ſed Patri tuo, qui eſt in abſcondito, & Pater tuus, qui videt in abſcondito reddet tibi. *Matt*. 6. *v*. 16. 17. 18.

5. Ego autem cùm mihi moleſti eſſent, induebar cilicio, humiliabam in jejunio animam meam, & oratio mea in ſinu meo convertetur. *Pſ*. 34. *v*. 13.

6. Miniſtrantibus illis Domino & jejunantibus, dixit ſpiritus ſanctus: ſegregate mihi Saulum & Barnabam ad opus, ad quod aſſumpſi, eos: tunc jejunantes & orantes, imponenteſque illis manus, dimiſerunt illos. *Act*. 13. *v*. 2. 3.

7. Cum conſtituiſſent illis per ſingulas Eccleſias presbyteros & oràſſent, cum jejunationibus commendârunt eos Domino, in quem crediderunt. *Act*. 14. *v*. 22.

8. Hoc genus non ejicitur niſi per orationem & jejunium. *Matt*. 17. *v*. 20.

9. Corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt; pietas autem ad omnia utilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt futuræ. 1. *Tim*. 4. *v*. 8.

10. Rogant me judicia juſtitiæ: appropinquare Deo volunt:

quare jejunavimus? & non aſpexiſti? humiliavimus animas noſtras, & neſciſti? ecce in die jejunii veſtri invenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites & contentiones jejunatis, & percutitis pugno impiè; nolite jejunare ſicut uſque ad hanc diem, ut audiatur in excelſo clamor veſter: nunquid tale eſt jejunium quod elegi, per diem affligere hominem animam ſuam? nunquid contorquere quaſi circulum caput ſuum, & ſaccum & cinerem ſternere? nunquid iſtud vocatis jejunium, & diem acceptabilem Domino? nonnè hoc eſt magis jejunium quod elegi? diſſolve colligationes impietatis, ſolve faſciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos, & omne onus dirumpe; frange eſurienti panem tuum & egenos vagoſque induc in domum tuam: cùm videris nudum operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris; tunc erumpet quaſi manè lumen tuum. *Iſ.* 58. *v.* 2. 3. 4. 5. 6. 7.

11. Chriſtus jejunavit 40. diebus & noctibus. *Matt.* 4. *v.* 2.

12. Hæc (Anna) vidua uſque ad annos 84. quæ non diſcedebat de templo, jejuniis & obſecrationibus ſerviens nocte ac die. *Luc.* 2. *verſ.* 37.

13. Habens (Judith) ſuper lumbos ſuos cilicium, jejunabat omnibus diebus vitæ ſuæ præter Sabbata & Neomenias, & feſta domûs Iſraël. *Judith* 8. *v.* 6.

14. Venit Joannes neque manducans neque bibens, & dicunt: dæmonium habet. *Matt.* 11. *v.* 10.

CAPUT X.

Continentiæ & pudicitiæ fructus & exempla.

1. ECcè Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo ſua: nec quicquam eſt, quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ uxor ejus es: quomodo ergo poſſum hoc malum facere & peccare in Deum meum? *Gen.* 39. *v.* 8. 9.

2. Feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum, eò quòd amaveris caſtitatem, & poſt virum tuum alterum neſcieris: ideo & manus Domini confortavit te, & ideò eris benedicta in æternum. *Judith* 15. *verſ.* 11.

3. Tu

Digitized by Google

3. Tu ſcis Domine (ita Sara uxor Tobiæ junioris) quia nunquam concupivi virum, & mundam ſervavi animam meam ab omni concupiſcentia. *Tob.* 3. *v.* 16.

4. Et ut ſcivi, quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire cujus eſſet hoc donum; adii Dominum & deprecatus ſum illum, & dixi ex totis præcordiis meis. *Sap.* 8. *v.* 21.

5. Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine. *Job.* 31. *v.* 1.

Vide verbo, Caſtitas & Virginitas.

CAPUT XI.

Incontinentia vetatur & omnis Luxuria.

1. HÆc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra, ut abſtineatis vos à fornicatione, ut ſciat unuſquiſque veſtrûm vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore, non in paſſione deſiderii ſicut gentes, quæ ignorant Deum. 1. *Theſſ.* 4. *v.* 3. 4.

2. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus, fornicatores enim & adulteros judicabit Deus. *Hebr.* 13. *v.* 4.

3. Corpus non fornicationi ſed Domino, & Dominus corpori. 1. *Cor.* 6. *v.* 13.

4. Neſcitis, quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis, abſit. An neſcitis, quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? erunt inquit duo in carne una; qui autem adhæret Domino, unus ſpiritus eſt: fugite fornicationem; omne peccatum, quodcunque fecerit homo extra corpus eſt; qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat: an neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritûs ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis à Deo? & non eſtis veſtri; empti enim eſtis pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore veſtro. 1. *Cor.* 6. *v.* 15. 16. 17. 18. 19. 20.

5. Quare ſeduceris (fili mi) ab aliena & foveris in ſinu alterius. *Proverb.* 5. *v.* 20.

6. Non mœchaberis. *Exo.* 20. *v.* 13.

7. Non

7. Non deſiderabis uxorem proxim tui. *Exo. 20. v. 17.*

8. Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, jam mæchatus eſt eam in corde ſuo. *Matt. 5. v. 28.*

9. Uſquequò morabuntur in te cogitationes noxiæ? *Jerem. 4. verſ. 14.*

CAPUT XII.

Luxuriæ tentatio vexat etiam ſanctos, ſuperat improvidos & inſipientes.

1. NE magnitudo revelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet. 2. *Cor.* 12. *v.* 7.

2. Qui eſt parvulus declinet ad me: & vecordi locuta eſt, & ignoravit, quòd ibi ſint gigantes, & in profundis inferni convivæ ejus: qui enim applicabitur ei, deſcendet ad inferos, nam qui abſceſſerit ab ea ſalvabitur. *Prov.* 9. *v.* 16. 18.

3. De feneſtra domûs meæ per cancellos proſpexi: & video parvulos, conſidero vecordem juvenem, qui tranſit per plateam juxta angulum, & propè viam domûs illius graditur: in obſcuro adveſperaſcente die, in noctis tenebris & caligine. *Prov.* 7. *v.* 6. 7. 8. 9.

4. Irretivit eum multis ſermonibus, & blanditiis verborum protraxit illum, ſtatim eam ſequitur, quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi equus, laſciviens & ignorans quod ad vincula ſtultus trahatur: donec transfigat ſagitta jecur ejus: velut ſi avis feſtinet ad laqueum, & neſcit quod de periculo animæ ejus agitur. *Prov.* 7. *v.* 21. 22. 23.

CAPUT XIII.

Nocet animo ſimul & corpori.

1. AN neſcitis, quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? nolite errare: neque fornicarii, neque idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. 1. *Cor.* 6. *v.* 9. 10.

2. Hoc

2. Hoc ſcitote intelligentes, quòd omnis fornicator aut immundus, aut avarus, quod eſt idolorum ſervitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. *Epheſ.* 5. *v.* 5.

3. Inclinata eſt ad mortem domus ejus, & ad inferos ſemitæ ipſius. *Prov.* 2. *v.* 18.

4. Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam, & vias tuas ad delendos Reges. *Prov.* 31. *v.* 3.

5. Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine: quam enim partem haberet in me Deus deſuper, & hæreditatem omnipotens de excelſis: nunquid non perditio eſt iniquo, & alienatio operantibus iniquitatem? *Job.* 31. *v.* 1. 2. 3.

6. Ne attendas fallaciæ mulieris, favus enim diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus; noviſſima autem illius amara quaſi abſinthium, & acuta quaſi gladius biceps. Pedes ejus deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus illius penetrant; per ſemitam vitæ non ambulant, vagi ſunt greſſus ejus & inveſtigabiles. *Prov.* 5. *v.* 2. 3. 4. 5. 6.

7. Ne abſtrahatur in viis illius mens tua, neque decipiaris ſemitis illius: multos enim vulneratos dejecit, & fortiſſimi quique interfecti ſunt ab ea: viæ inferi domus ejus, penetrantes in interiora mortis. *Prov.* 7. *v.* 25. 26.

8. Fovea profunda eſt meretrix, & puteus anguſtus aliena: inſidiatur in via quaſi latro, & quos incautos viderit interficit. *Prov.* 23. *v.* 27. 28.

9. Mulier viri pretioſam animam capit. *Prov.* 6. *v.* 26.

CAPVT XIV.

Intellectum & voluntatem pervertit.

1. NOn dabunt cogitationes ſuas, ut revertantur ad Deum ſuum, quia ſpiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum non cognoverunt. *Oſea.* 5. *v.* 4.

2. Omnes qui ingrediuntur ad eam, non revertentur nec apprehendent ſemitas vitæ. *Prov.* 2. *v.* 19.

3. Ignis nunquam dicit ſufficit. *Prov.* 30. *v.* 16.

4. Pretium ſcorti vix eſt unius panis. *Prov.* 6. *v.* 26.

Digitized by Google

5. Homini fornicario omnis panis dulcis, non fatigabitur tranſgrediens uſque ad finem. *Eccli.* 33. *v.* 24.

6. Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguent ſenſatos. *Eccli.* 19. *v.* 2.

7. Verbum ſapiens, quodcunque audierit ſcius, laudabit & ad ſe adjiciet: audivit luxurioſus & diſplicebit ei, & projiciet illud poſt dorſum ſuum. *Eccli.* 21. *v.* 18.

8. Væ qui laſcivitis in ſtratis veſtris: & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph. *Amos* 6. *v.* 4. 6.

CAPVT XV.

Sanitatem aufert & vitam ac fortunæ bona.

1. QUi ſe jungit fornicariis erit nequam: putredo & vermes hæreditabunt eum, & extolletur in exemplum majus, & tolletur de numero anima ejus. *Eccli.* 19. *v.* 3.

2. Ecce mittam eam in lectum, & qui mæchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, niſi pœnitentiam ab operibus ſuis egerint, & filios ejus interficiam in morte. *Apoc.* 2. *v.* 22.

3. Quod ſi verum eſt, quod objicit, & non eſt in puella inventa virginitas, ejicient eam extra fores domûs patris ſui, & lapidibus obruent viri civitatis illius, & morietur; quoniam fecit nefas in Iſraël, ut fornicaretur in domo patris ſui, & auferes malum de medio tui. *Deut.* 22. *v.* 20. 21.

4. Qui nutrit ſcorta, perdet ſubſtantiam. *Prov.* 29. *v.* 3.

5. Ne des fornicariis animam tuam in ullo, ne perdas te & hæreditatem tuam. *Eccli.* 9. *v.* 9.

6. Diſſipavit ſubſtantiam ſuam vivendo luxurioſè. *Luc.* 15. *verſ.* 13.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XVI.

Famam peſſundat & honorem.

1. ERubeſcite à patre & matre de fornicatione. *Eccli.* 41. *verſ.* 21.

2. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli: ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui in domo aliena ſint, & gemas in noviſſimis, quando conſumpſeris carnes tuas & corpus tuum. *Prov.* 5. *v.* 9. 10. 11.

3. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, & non eſt ſanitas in carne mea. *Pſ.* 37. *v.* 8.

4. Mulier fornicaria quaſi ſtercus in via conculcabitur. *Eccli.* 9. *verſ.* 10.

5. Inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus: quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum. *Phil.* 3. *v.* 19.

6. Dediſti maculam in gloria tua. *Eccli.* 47. *v.* 22.

7. Propterea tradidit eos Deus in paſſione ignominiæ. *Rom.* 1. *verſ.* 26.

8. Erubeſcebant indicare ſibi concupiſcentiam ſuam. *Dan.* 13. *verſ.* 11.

CAPVT XVII.

Luxuriæ occaſiones vitandæ.

1. CUm intrâſſet ante faciem ejus, ſtatim captus eſt in ſuis oculis Holofernes. *Iudith* 10. *v.* 17.

2. Surrexit & ornavit ſe veſtimento ſuo, & ingreſſa ſtetit ante faciem ejus: cor autem Holofernis concuſſum eſt: erat enim ardens in concupiſcentia ejus. *Iudith* 12. *v.* 15. 16.

3. Non cecidit potens eorum à juvenibus, nec filii Titan percuſſerunt eum, nec excelſi gigantes oppoſuerunt ſe illi, ſed Iudith filia Merari in ſpecie faciei ſuæ diſſolvit eum. *Iudith* 16. *v.* 8.

4. Sandalia ejus rapuerunt oculos ejus, pulchritudo ejus captivam fecit animam ejus, amputavit pugione cervicem ejus. *Ibidem v.* 11.

Digitized by Google

5. Accidit autem quâdam die, ut intraret Joſeph domum, & operis quippiam abſque arbitris faceret; & ea apprehensâ laciniâ veſtimenti ejus, diceret: dormi mecum: qui relicto in manu ejus pallio fugit, & egreſſus eſt foras. *Gen.* 39. *v.* 11. 12.

CAPVT XVIII.

Exempla punitæ Luxuriæ in omnibus vitæ hujus & æternæ bonis.

1. DOminus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur & ignem à Domino de cælo, & ſubvertit civitates has & omnem circa regionem, univerſos habitatores urbium, & cuncta terræ virentia. *Gen.* 19. *v.* 24. 25.

2. Dixit Deus: non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt, eruntque dies illius centum viginti annorum. *Gen.* 6. *v.* 3. 5. 7.

3. Ecce unus de filiis Iſraël intravit coram ſuis fratribus ad ſcortum Madianitidem, vidente Joſeph & omni turbâ filiorum Iſraël, qui flebant ante fores tabernaculi: quod cùm vidiſſet Phinees filius Eleazari filii Aaron ſacerdotis, ſurrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione ingreſſus eſt poſt virum Iſraëlitem in lupanar, & perfodit ambos ſimul, virum ſcilicet & mulierem, in locis genitalibus, ceſſavitque plaga à filiis Iſraël: & occiſi ſunt viginti quatuor millia hominum. *Num.* 25. *v.* 6. 7. 8.

4. Ingravatum eſt bellum contra filios Benjamin, & non intellexerunt, quòd ex omni parte iis inſtaret interitus: percuſſitque eos Dominus in conſpectu filiorum Iſraël, & interfecerunt ex eis in eo die viginti quinque millia & centum viros, omnes bellatores & educentes gladium. *Iudic.* 20. *v.* 34. 35.

5. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea & principium doloris mei, prior in donis, major in imperio: effuſus es ſicut aqua, non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculâſti ſtratum ejus. *Gen.* 49. *v.* 3. 4.

6. Delebo hominem, quem creavi, à facie terræ, ab homine uſque

Digitized by Google

uſque ad animantia, à reptili uſque ad volucres cæli. *Gen.* 6. *v.* 7.
Vide etiam verbo Adulterium.

CAPVT XIX.

Honeſtas & verecundia laudabilis ac vitioſa.

1. PRo anima tua ne confundaris dicere verum, eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam & gratiam. *Eccli.* 4. *v.* 24. 25.

2. Reveremini in his, quæ procedunt de ore meo, non eſt enim bonum omnem reverentiam obſervare, & non omnia omnibus beneplacent in fide. *Eccli.* 41. *v.* 19. 20.

3. Non duplices ſermonem auditus de revelatione ſermonis abſconditi: & eris verè ſine confuſione, & invenies gratiam in conſpectu omnium hominum. *Eccli.* 42. *v.* 1.

4. De mendacio ineruditionis tuæ confundere. *Eccli.* 4. *v.* 30.

5. Ne accipias perſonam ut delinquas: de lege Altiſſimi & teſtamento, & de judicio teſtificare impium: & eris eruditus & probabilis in conſpectu virorum. *Eccli.* 42. *v.* 2. 3. 8.

6. Ne accipias faciem adverſus faciem tuam, nec adverſus animam tuam mendacium: nec reverearis proximum in caſu ſuo, nec retineas verbum in tempore ſalutis: non abſcondas ſapientiam tuam in decore ſuo: in lingua enim ſapientia dignoſcitur, & ſenſus, & ſcientia, & doctrina in verbo ſenſati, & firmamentum in operibus juſtitiæ: non contradicas verbo veritatis ullo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere; non confundaris confiteri peccata tua, & ne ſubjicias te omni homini pro peccato: noli reſiſtere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluvii: pro juſtitia agonizare pro anima tua, & uſque ad mortem certa pro juſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. *Eccli.* 4. *v.* 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33.

7. Eſt qui perdet animam ſuam præ confuſione, & ab imprudenti perſona perdet eam: perſonæ autem acceptione perdet ſe. *Eccli.* 20. *v.* 24.

8. Eſt qui præ confuſione promittit amico, & lucratus eſt eum inimicum gratis. *Ibidem v.* 25.

9. Animæ irreverenti, & infrunite ne tardas me. *Eccli.* 23. *v.* 6.

CAPUT XX.

Humilitatis actus.

1. EGo ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abjectio plebis. *Pſ.* 21. *v.* 7.

2. Ludam & vilior fiam plus quam factus ſum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis, de quibus locuta es, glorioſior apparebo. 2. *Reg.* 6. *v.* 22.

3. Quia ſemel cœpi, loquar ad Dominum meum, cum ſim pulvis & cinis. *Gen.* 18. *v.* 27.

4. Qui poſt me venturus eſt, fortior me eſt, cujus non ſum dignus calceamenta portare. *Matt.* 3. *v.* 11.

5. Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum; ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus. *Matt.* 8. *v.* 8.

6. Dicite filiæ Sion, ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, & ſedens ſuper aſinam & pullum filium ſubjugalis. *Matt.* 21. *v.* 5.

7. Procidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viventem in ſæcula ſæculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum, dicentes: dignus es. *Apoc.* 4. *v.* 10.

8. Pater peccavi in cælum & coram te: jam non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut unum de mercenariis tuis. *Luc.* 15. *verſ.* 18. 19.

9. Noviſſimè omnium tanquam abortivo, viſus eſt & mihi: ego enim ſum minimus Apoſtolorum: quia non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei, gratiâ autem Dei ſum id quod ſum; & gratia ejus in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboravi: non ego autem ſed gratia Dei mecum. 1. *Cor.* 15. *v.* 8. 9. 10.

10. Utinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ, ſed & ſupportate me. 2. *Cor.* 11. *v.* 1.

11. Nos ſtulti propter Chriſtum: vos autem prudentes in Chriſto: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. 1. *Cor.* 4. *v.* 10.

12. Tan-

Digitized by Google

12. Tanquam purgamenta hujus mundi facti ſumus omnium per-ipſema uſque adhuc. *Ibidem v.* 13.

13. Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc. *Epheſ.* 3. *v.* 8.

CAPUT XXI.

Effectus humilitatis & fructus, orationis exauditio, gratia, & gloria æterna.

1. HUmilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. *Judith.* 9. *v.* 16.

2. Hæc dicit excelſus & ſublimis habitans æternitatem: & ſanctum nomen ejus in excelſo, & in ſancto habitans, & cum contrito & humili ſpiritu: ut vivificet ſpiritum humilium, & vivificet cor contritorum. *Iſ.* 37. *v.* 15.

3. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. *Matt.* 5. *v.* 3.

4. Amen dico vobis niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non introibitis in regnum cælorum. *Matt.* 18. *v.* 3.

5. Humiles ſpiritu ſalvabit. *Pſ.* 33. *v.* 19.

6. Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos? *Iſ.* 66. *v.* 2.

7. Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cælo & in terra? *Pſ.* 112. *v.* 5.

8. Excelſus Dominus, & humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit. *Pſ.* 137. *v.* 7.

9. Deus ſuperbis reſiſtit; humilibus autem dat gratiam. 1. *Pet.* 5. *v.* 5. *& Jac.* 4. *v.* 6.

CAPUT XXII.

Humilitas via eſt ad exaltationem.

1. HUmiliamini ſub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore humilitas. *Prov.* 15. *v.* 33.

2. Glo-

Digitized by Google

2. Gloriam præcedit humilitas. *Prov.* 15. *v.* 33.

3. Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. *Prov.* 29. *v.* 23.

4. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinaverit oculos, ipſe ſalvabitur. *Job.* 22. *v.* 29.

5. Suſcitat de pulvere egenum, & de ſtercore elevat pauperem, ut ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. 1. *Reg.* 2. *v.* 6.

6. Sedes Ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis. *Eccli.* 10. *v.* 17.

7. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum conſedere eum faciet. *Eccli.* 11. *v.* 1.

8. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. *Luc.* 1. *v.* 48.

9. Quicunque humiliaverit ſe ſicut parvulus iſte, hic eſt major in regno cælorum. *Matt.* 18. *v.* 4.

10. Depoſuit potentes de ſede, & exaltavit humiles. *Luc.* 18. *v.* 14.

CAPVT XXIII.

Ad ſcientiam ſanctorum & omnem proſperitatem.

1. VBi eſt humilitas, ibi & ſapientia. *Prov.* 11. *v.* 2.

2. Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis. *Pſ.* 118. *v.* 130.

3. Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & revelâſti ea parvulis: ità pater quoniam ſic fuit placitum ante te. *Matt.* 11. *v.* 25. 26.

4. Finis modeſtiæ timor Domini: divitiæ & gloria & vita. *Prov.* 22. *v.* 4.

5. Sine modo ſic enim decet nos implere omnem juſtitiam. *Matt.* 3. *v.* 15.

CAPVT XXIV.

Variæ ad humilitatem cohortationes.

1. NEmo ſe ſeducat: ſi quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſæculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens: ſapientia enim hujus

Digitized by Google

hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum. 1. *Cor.* 3. *v.* 18.

2. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores ſibi invicem arbitrantes. *Philip.* 2. *v.* 3.

3. Glorietur dives in humilitate ſua. *Jac.* 1. *v.* 9.

4. Humiliamini in conſpectu Domini: & exaltabit vos. *Jac.* 4. *verſ.* 10.

5. Subditi eſtote Deo. *Iac.* 4. *v.* 7.

6. Appropinquate Deo & appropinquabit vobis. *Ibidem. verſ.* 8.

7. Adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus: omnes autem invicem humilitatem inſinuate; quia Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autem dat gratiam. 1. *Pet.* 5. *v.* 5.

8. Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde: & invenietis requiem animabus veſtris. *Matt.* 11. *v.* 29.

9. Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes, nolite eſſe prudentes apud vos-met-ipſos. *Rom.* 12. *v.* 16.

10. Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Jeſu, qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens. *Phil.* 2. *v.* 5. 6.

11. Humilia valdè ſpiritum tuum, quoniam vindicta carnis impii, ignis & vermis. *Eccli.* 7. *v.* 19.

12. Humiliare Deo, & expecta manus ejus: attende ne ſeductus in ſtultitiam humilieris. *Eccli.* 13. *v.* 9.

13. Quantò magnus es humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam, quoniam magna potentia Dei ſolius, & ab humilibus honoratur. *Eccli.* 3. *v.* 20. 21.

14. Cùm vocatus fueris, vade, in noviſſimo recumbe loco: ut cùm venerit, qui te invitavit, dicat tibi: amice aſcende ſuperius, & tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. *Luc.* 14. *v.* 10.

15. Tu fide ſtas, noli altum ſapere, ſed time. *Rom.* 11. *v.* 20.

16. Induite vos ſicut electi Dei viſcera miſericordiæ humilitatem. *Coloſ.* 3. *v.* 12.

Digitized by Google

CAPVT XXV.

Humilitatis ſelecta Exempla, & Orationes jaculatoriæ.

1. DEus minor ſum cunctis miſerationibus tuis, & veritate tua, quam expleviſti ſervo tuo. *Gen.* 32. *v.* 10.

2. Dixit Moyſes ad Deum, quis ſum ego, ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Iſraël de Ægypto? *Exo.* 3. *v.* 11.

3. Obſecro Domine, non ſum eloquens ab herì & nudius tertius, & ex quo locutus es ad ſervum tuum, impeditioris & tardioris linguæ ſum. *Exo.* 4. *v.* 10.

4. Ait David ad Saul: quis ego ſum, aut quæ eſt vita mea, aut cognatio patris mei in Iſraël, ut fiam gener Regis? & ait David: num parum videtur vobis generum eſſe Regis? ego autem ſum vir pauper & tenuis. 1. *Reg.* 18. *v.* 18. 23.

5. Inclinans ſe David pronus in terram adoravit: quem perſequeris Rex Iſraël? quem perſequeris? canem mortuum perſequeris & pulicem unum. 1. *Reg.* 24. *v.* 9. 15.

6. Et ait David: quam ob cauſam Dominus meus perſequitur ſervum ſuum? quid feci? aut quod eſt malum in manu mea? 1. *Reg.* 26. *v.* 18.

7. Egreſſus eſt Rex Iſraël, ut quærat pulicem unum, ſicut perſequitur perdix in montibus. 1. *Reg.* 26. *v.* 20.

8. Noluit divertere ad ſe arcam Domini in civitatem David: ſed divertit eam in domum Obededom Gethæi. 2. *Reg.* 6. *v.* 10.

9. Ingreſſus eſt autem Rex David, & ſedit coram Domino, & dixit: quis ego ſum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxiſti me huc uſque? ſed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo Domine Deus, niſi loquereris etiam de domo ſervi tui in longinquum. 2. *Reg.* 7. *v.* 18. 19.

10. Jeſus curato paralytico declinavit à turba. *Joan.* 5. *v.* 13.

11. Claritatem ab hominibus non accipio. *Joan.* 5. *v.* 41.

12. Ipſe ego Paulus obſecro vos per manſuetudinem, & modeſtiam Chriſti, qui in facie quidem humilis ſum inter vos, abſens autem confido in vobis. 2. *Cor.* 10. *v.* 1.

13. Non

Digitized by Google

13. Non eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere canibus: at illa dixit: etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa Dominorum ſuorum. *Matt.* 15. *v.* 26. 27.

14. O Domine, quia ego ſervus tuus, ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ! *Pſ.* 115. *v.* 6.

CAPVT XXVI.

Superbia Deo & hominibus exoſa vetatur univerſim.

1. ODibilis coram Deo eſt & hominibus ſuperbia: & execrabilis omnis iniquitas gentium. *Eccli.* 10. *v.* 7.

2. Tres ſpecies odivit anima mea, & aggravor valdè animæ eorum, pauperem ſuperbum. *Eccli.* 25. *v.* 3. 4.

3. Audivimus ſuperbiam Moab: ſuperbus eſt valdè; ſuperbia ejus & arrogantia ejus, & indignatio ejus plus quàm fortitudo ejus. *Iſ.* 16. *verſ.* 6.

4. Superbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas; in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio. *Tob.* 4. *verſ.* 14.

5. Ne ſis ſapiens apud temetipſum, time Deum, & recede à malo. *Prov.* 3. *v.* 7.

6. Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. *Rom.* 12. *verſ.* 16.

CAPVT XXVII.

Non ſuperbiendum de donis animi, corporis, aut ullis aliis, cùm omnia à Deo ſint, & homo ſit res viliſſima.

1. DIcis: fracti ſunt rami, ut ego inſerar: benè, propter incredulitatem fracti ſunt; tu autem fide ſtas, noli altum ſapere ſed time: ſi autem Deus naturalibus ramis non pepercit: ne fortè nec tibi parcat. *Rom.* 11. *v.* 19. 20. 21.

Digitized by Google

2. Dico per gratiam, quæ data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter vos: non plus ſapere quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem: & unicuique ſicut Deus diviſit menſuram fidei. *Rom.* 12. *v.* 3.

3. Quis te diſcernit? quid habes, quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? 1. *Cor.* 4. *v.* 7.

4. Si quis exiſtimat, ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit, opus ſuum probet unuſquiſque, & ſic in ſemetipſo tantùm gloriam habebit, & non in altero. *Gal.* 6. *v.* 3. 4.

5. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur dives in divitiis ſuis: ſed in hoc glorietur qui gloriatur, ſcire & noſſe me, quia ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam, & judicium, & juſtitiam in terra, hæc enim placent mihi, ait Dominus. *Ier.* 9. *v.* 23. 24.

6. Non laudes virum in ſpecie ſua, nec ſpernas hominem in viſu ſuo: brevis in volatilibus eſt apis, & initium dulcoris habet fructus illius. *Eccli.* 11. *v.* 2. 3.

7. In veſtitu ne glorieris unquam, & in die honoris tui ne extollaris: quoniam mirabilia opera. Altiſſimi ſolius, & glorioſa & abſconſa, & inviſa opera illius. Multi tyranni ſederunt in throno, & inſuſpicabilis portavit diadema: multi potentes oppreſſi ſunt valdè, & glorioſi traditi ſunt in manus alterorum. *Eccli.* 11. *v.* 4. 5.

8. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea, aut exaltabitur ſerra contra eum, à quo trahitur? quomodo ſi elevetur virga contra elevantem ſe, & exaltatur baculus, qui utique lignum eſt. *Iſ.* 10. *v.* 15.

9. Quid ſuperbit terra & cinis? *Eccli.* 10. *v.* 9.

10. Cùm morietur homo, hæreditabit ſerpentes, & beſtias, & vermes. *Ibidem v.* 13.

CAPVT XXVIII.

Superbiæ effecta in anima ſimul & corpore.

1. VÆ, qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ; optimates capita populorum ingredientes pompaticè domum Iſraël. *Amos* 6. *v.* 1.

2. Væ

2. Væ coronæ ſuperbiæ, ebriis Ephraim, & flori decidenti gloriæ exultationis ejus, qui erant in vertice vallis pinguiſſimæ, errantes à vino: eccè validus & fortis Dominus, ſicut impetus grandinis, turbo confringens, ſicut impetus aquarum multarum inundantium, & emiſſarum ſuper terram ſpatioſam: pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ ebriorum Ephraim; & erit flos decidens coronæ exultationis ejus, qui eſt ſuper verticem vallis pinguium, quaſi temporaneum ante maturitatem autumni: quod cùm aſpexerit videns ſtatim, ut manu tenuerit, devorabit illud. *Iſ.* 28. *verſ.* 1. 2. 3. 4.

3. Abominatio Domini eſt omnis arrogans: etiamſi manus ad manum fuerit, non erit innocens. *Prov.* 16. *v.* 5.

4. Contritionem præcedit ſuperbia, & ante ruinam exaltatur ſpiritus. *Prov.* 16. *v.* 18.

5. Synagogæ ſuperborum non erit ſanitas: frutex enim peccati radicabitur in iis, & non intelligetur. *Eccli.* 3. *v.* 30.

6. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus: ne fortè elidatur virtus tua per ſtultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo. *Eccli.* 6. *v.* 2. 3.

7. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. *Iſ.* 5. *v.* 21.

8. Juravit Dominus Deus in anima ſua, dicit Dominus Deus exercituum; deteſtor ego ſuperbiam Jacob, & domos ejus odi, & tradam civitatem cum habitatoribus ſuis: quod ſi reliqui fuerint decem viri in domo una, & ipſi morientur. *Amos* 6. *v.* 8. 9.

9. Elevatum eſt cor tuum in robore tuo: propterea hæc dicit Dominus Deus: eò quod elevatum eſt cor tuum, quaſi cor Dei, idcirco eccè ego adducam ſuper te alienos, robuſtiſſimos gentium, & nudabunt gladios ſuos ſuper pulchritudinem ſapientiæ tuæ, & polluent decorem tuum, interficient & detrahent te; & morieris in interitu occiſorum in corde maris. *Ezech.* 28. *verſ.* 5. 6. 7. 8.

Digitized by Google

CAPVT XXIX.

Superbiæ effecta in intellectu & voluntate.

1. DIxiſti: non eſt qui videat me: ſapientia tua & ſcientia tua hæc decepit te, & dixiſti in corde tuo, ego ſum, & præter me non eſt altera. *Iſ.* 47. *v.* 10.

2. Cùm cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum; dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. *Rom.* 1. *v.* 21. 22.

3. Elevatum eſt cor tuum in decore tuo: perdidiſti ſapientiam tuam in decore tuo, in terram projeci te, ante faciem Regum dedi te, ut cernerent te. *Ezech.* 28. *v.* 17.

4. In Judicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. *Ioan.* 9. *v.* 39.

5. Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri? magis eo ſpem habebit inſipiens. *Prov.* 26. *v.* 12.

6. Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? *Joan.* 5. *v* 44.

7. Ex Principibus multi crediderunt in eum, ſed propter Phariſæos non confitebantur, ut è Synagoga non ejicerentur. *Joan.* 12. *verſ.* 42.

8. Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo, quoniam ab illo, qui fecit illum, receſſit cor ejus, quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia; qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & ſubvertet eum in finem. *Eccli.* 10. *v.* 14. 15.

9. Ubi fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia: ubi autem eſt humilitas, ibi & ſapientia. *Prov.* 11. *v.* 2.

10. Inter ſuperbos ſemper jurgia ſunt; qui autem agunt omnia cum conſilio, reguntur ſapientiâ. *Prov.* 13. *v.* 10.

11. Exaltatio oculorum & dilatatio cordis, lucerna impiorum peccatum. *Prov.* 21. *v.* 4.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXX.

Superbia effecta in fama, honore, dignitate.

1. OCuli ſublimes hominis humiliati ſunt, & incurvabitur altitudo virorum, exaltabitur autem Dominus ſolus in die illa. Quia dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbum & excelſum, & ſuper omnem arrogantem, & humiliabitur. *Iſ.* 2. *v.* 11. 12.

2. Dixit Dominus pro eo, quòd elevatæ ſunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento collo; & nutibus oculorum ibant & plaudebant, ambulabant pedibus ſuis, & compoſito gradu incedebant: decalvabit Dominus verticem filiarum Sion: & Dominus crinem earum nudabit. Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio, & mœrebunt, atque lugebunt portæ ejus, & deſolata in terra ſedebit. *Iſ.* 3. *v.* 16. 17. 18. 25. 26.

3. Ecce dominator Dominus exercituum confringet laguncnlam in terrore, & excelſi ſtaturâ ſuccidentur, & ſublimes humiliabuntur: & ſubvertentur condenſa ſaltus ejus ferro, & Libanus cum excelſis cadet. *Iſ.* 10. *v.* 33. 34.

4. Dominus exercituum cogitavit hoc, ut detraheret ſuperbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret univerſos inclytos terræ. *Iſ.* 33. *v.* 9.

5. Incurvabit habitantes in excelſo, civitatem ſublimem humiliabit. *Iſ.* 26. *v.* 5.

6. Propterea hæc dicit Dominus Deus: pro eo quòd ſublimatus eſt in altitudine, & dedit ſummitatem ſuam virentem atque condenſam, & elevatum eſt cor ejus in altitudiue ſua, tradidi eum in manus fortiſſimi gentium, faciens faciet ei: juxta impietatem ejus ejeci eum. *Ezech.* 31. *v.* 10. 11.

7. Diſperge ſuperbos in furore tuo, & reſpiciens omnem arrogantem humilia: reſpice cunctos ſuperbos, & confunde eos, & contere impios in loco ſuo: abſconde eos in pulvere ſimul, & facies eorum demerge in foveam. *Job* 40. *v.* 6. 7. 8.

8. Elevati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent, & humiliabuntur ſicut omnia, & auferentur, & ſicut ſummitates ſpicarum conterentur. *Job.* 24. *v.* 24.

9. Me-

Digitized by Google

9. Memoriam ſuperborum perdidit Deus, & reliquit memoriam humilium ſenſu. *Eccli.* 10. *v.* 21.

10. Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. *Luc.* 1. *v.* 52.

11. Superbia cordis tui extulit te, habitantem in ſciſſuris petrarum, exaltantem ſolium tuum, qui dicis in corde tuo: quis detrahet me in terram? ſi exaltatus fueris ut aquila; & ſi inter ſidera poſueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus. *Abdiæ* 5. *v.* 45.

12. Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur ſuperbiam. *Prov.* 21. *v.* 24.

13. Superbum ſequitur humilitas: & humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. *Prov.* 29. *v.* 23.

14. Qui ſe exaltaverit, humiliabitur: & qui ſe humiliat exaltabitur. *Matt.* 23. *v.* 12.

CAPVT XXXI.

Superbiæ effecta in bonis fortunæ & in poſteris.

1. Viſitabo ſuper fructum magnifici cordis Regis Aſſur, & ſuper gloriam altitudinis oculorum ejus: dixit enim in fortitudine manûs meæ feci, & in ſapientia mea intellexi, & abſtuli terminos populorum, & Principes eorum deprædatus ſum, & detraxi quaſi potens in ſublimi reſidentes. Propter hoc mittet dominator Dominus exercituum in pinguibus ejus tenuitatem, & ſubtus gloriam ejus ſuccenſa ardebit quaſi combuſtio ignis. *Iſ.* 10. *v.* 12. 13. 14.

2. Erit Babylon illa glorioſa in regnis, inclyta in ſuperbia Chaldæorum, ſicut ſubvertit Dominus Sodomam & Gomorrham. *Iſ.* 13. *verſ.* 19.

3. Quid eſt quòd dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa? nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es. Olivam uberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocavit Dominus nomen tuum; ad vocem loquelæ grandis exarſit ignis in ea, & combuſta ſunt fruteta ejus. *Ier.* 11. *v.* 15. 16.

4. Domum ſuperborum demolietur Dominus: & firmos faciet terminos viduæ. *Prov.* 15. *v.* 25.

5. E-

Digitized by Google

5. Ephraim, quaſi avis avolavit gloria eorum à partu, & ab utero, & à conceptu, quod etſi enutrierint filios ſuos, abſque liberis eos faciam in hominibus; ſed & væ eis, cùm receſſero ab eis. Da eis Domine: quid dabis eis: da eis vulvam ſine liberis, & ubera arentia. *Oſea* 9. v. 11. 12. 14.

6. Et nunc audi hæc delicata, & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo: ego ſum, & non eſt præter me; amplius non ſedebo vidua, & ignorabo ſterilitatem. Venient tibi duo hæc ſubitò in die una, ſterilitas & viduitas. *Iſ.* 47. v. 8. 9.

CAPVT XXXII

Superbiæ punitæ Exempla.

1. ERitis ſicut Dii, ſcientes bonum & malum. *Gen.* 3. v. 5.

2. At ille (Pharao) reſpondit: quis eſt Dominus, ut audiam vocem ejus & dimittam Iſraël? neſcio Dominum, & Iſraël non dimittam. *Exo.* 5. v. 2.

3. Antiochus mille & octingentis ablatis de templo talentis, velociter Antiochiam regreſſus eſt; exiſtimans ſe præ ſuperbia terram ad navigandum, pelagus verò ad iter agendum, deducturum, propter mentis elationem. 2. *Mach.* 5. v. 21.

4. Dixit alter ad proximum ſuum: venite faciamus lateres, & coquamus eos igni, habueruntque lateres pro ſaxis, & bitumen pro cæmento, & dixerunt: venite faciamus nobis civitatem, & turrim, cujus cacumen pertingat ad cælum, & celebremus nomen noſtrum, antequam dividamur in univerſas terras. *Gen.* 11. v. 3. 4.

5. Porrò Architopel videns, quòd non fuiſſet factum conſilium ſuum, ſtravit aſinum ſuum, ſurrexitque, & abiit in domum ſuam, & in civitatem ſuam, & diſpoſitâ domo ſuâ, ſuſpendio interiit, & ſepultus eſt in ſepulchro patris ſui. 2. *Reg.* 17. v. 23.

6. Non juxta beneficia, quæ acceperat, retribuit, quia elevatum eſt cor ejus; & facta eſt contra eum ira, & contra Judam & Jeruſalem: humiliatuſque eſt poſtea, eo quòd exaltatum fuiſſet cor ejus tam ipſe quàm habitatores Jeruſalem, & idcircò non venit ſuper eos ira Domini in diebus Ezechiæ. 2. *Paral.* 32. v. 25. 26.

Digitized by Google

7. Statuto die Herodes veſtitus regiâ veſte ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos; populus autem acclamabat: Dei voces & non hominis. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eo quòd non dediſſet honorem Deo: & conſumptus à vermibus expiravit. *Act.* 12. *v.* 21. 22. 23.

CAPVT XXXIII.

Orationes Superbiam deprecantis.

1. NOn veniat mihi pes ſuperbiæ, ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem, expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare. *Pſ.* 35. *v.* 12.

2. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi. *Eccli.* 23. *verſ.* 5.

3. Tua eſt Domine magnificentia & victoria, tua ſunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi. 1. *Paral.* 29.

4. Quis ſum ego Domine, & quæ domus patris mei, ut præſtes mihi talia. 2. *Reg.* 7. *v.* 18.

5 Diſcam à te Domine quia mitis es & humilis corde, ut inveniam requiem animæ meæ. *Matt.* 11. *v.* 30.

Vide verbo Humilitas. *cap.* 10.

CAPVT XXXIV.

Ambitionis & arrogantiæ cauſa & pœna.

1. NEſcitis quid petatis, poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? dicunt ei; poſſumus. *Matt.* 20, *v.* 22.

2. Charitas non eſt ambitioſa. 1. *Cor.* 13. *v.* 5.

3. Ignis nunquam dicit ſufficit. *Prov.* 30. *v.* 16.

4. Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis. *Joan.* 5. *v.* 44.

5. Propter Phariſæos non confitebantur, ut è Synagoga non ejicerentur, dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei. *Joan.* 12. *v.* 42. 43.

6. Noli

Digitized by Google

6. Noli quærere à Deo ducatum, neque à Rege cathedram honoris. *Eccli.* 7. *v.* 4.

7. Noli quærere fieri judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in æquitate tua. *Eccli.* 7. *v.* 6.

8. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquàm Aaron. *Hebr.* 5. *v.* 4.

9. Quicunque voluerit inter vos major fieri, ſit veſter miniſter, & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſervus. *Matt.* 20. *v.* 26. 27.

10. Qui poteſtatem ſibi ſumit injuſtè, odietur. *Eccli.* 28. *v.* 8.

CAPUT XXXV.

Jactantiæ ac præſumptionis effecta, & aliæ circumſtantiæ.

1. QUi ſe jactat & dilatat, jurgia concitat; qui verò ſperat in Domino, ſanabitur. *Prov.* 28. *v.* 25.

2. Diſperdat Dominus univerſa labia doloſa, & linguam magniloquam. *Pſ.* 11. *v.* 4.

3. Auferam de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ, & non adjicies exaltari amplius in monte ſancto meo. *Sophon.* 3. *v.* 11.

4. Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. *Rom.* 1. *v.* 13.

5. Nolite multiplicare loqui, ſublimia gloriantes, recedant vetera de ore veſtro. 1. *Reg.* 2. *v.* 3.

6. Laudet te alienus, & non os tuum; extraneus & non labia tua. *Prov.* 27. *v.* 2.

7. Phariſæus ſtans hæc apud ſe orabat: Deus gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum: raptores, injuſti, adulteri: velut etiam hic publicanus: jejuno bis in ſabbato: decimas do omnium quæ poſſideo. *Luc.* 18. *v.* 11. 12.

8. Dico vobis: deſcendit hic juſtificatus in domum ſuam ab illo. *Ibidem v.* 14.

9. Reſpondens Petrus ait illi: etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. *Qui nihilominus poſtea Chriſtum negavit. Matt.* 26. *v.* 33.

Digitized by Google

CAPVT XXXVI.

Manſuetudo ſuadetur & præcipitur, effectus & fructus habet nobiliſsimos.

1. FRatres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. *Gal. 6. v. 1.*

2. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. *Matt. 5. v. 4.*

3. Reſponſio mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem. *Prov. 15. v. 1.*

4. Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. *Matt. 11. v. 29.*

5. Abjicientes omnem immunditiem, & abundantiam malitiæ in manſuetudine, ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſalvare animas veſtras. *Jac. 1. v. 21.*

6. Admone eos non litigioſos eſſe, ſed modeſtos, omnem oſtendentes manſuetudinem ad omnes homines. *Tit. 3. v. 2.*

7. Servum Domini non oportet litigare: ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem. *2. Tim. 2. v. 24.*

8. Obſecro vos ego vinctus in Domino, ut dignè ambuletis, vocatione quâ vocati eſtis, cum omni humilitate & manſuetudine. *Epheſ. 4. v. 1.*

9. Fili in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper hominum gloriam diligeris. *Eccli. 3. v. 19.*

10. Fili in manſuetudine ſerva animam tuam, & da illi honorem ſecundùm meritum ſuum: peccantem in animam ſuam, quis juſtificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam ſuam? *Eccli. 10. v. 31. 32.*

CAPVT XXXVII.

Manſuetudinis Exempla.

1. NOlite timere; num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? vos cogitatis de me malum, ſed Deus vertit illud in bonum, ut

Digitized by Google

ut exaltaret me, ſicut inpræſentiarum cernitis, & ſalvos faceret multos populos: nolite timere ego paſcam vos, & parvulos veſtros. *Gen.* 50. *v.* 20. 21.

2. Erat Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra. *Num.* 12. *v.* 3.

3. David ſedens in cathedra ſapientiſſimus Princeps inter tres, ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu uno. 2. *Reg.* 23. *v.* 8.

4. Erant appropinquantes ei Publicani & peccatores, ut audirent illum, & murmurabant Phariſæi & Scribæ, dicentes: quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. *Luc.* 15. *v.* 1. 2. 3.

5. Altera die vidit Joannes Jeſum venientem ad ſe, & ait: ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. *Ioan.* 1. *v.* 29.

Vide verbo Benignitas, & Juſtitia vindicativa.

CAPUT XXXVIII.

Iracundiæ fœditas & gravitas.

1. NOn eſt creata hominibus ſuperbia, neque iracundia nationi mulierum. *Eccli.* 10. *v.* 22.

2. Ira & furor utraque execrabilia ſunt, & vir peccator continens erit illorum. *Eccli.* 27. *v.* 33.

3. Ne ſis velox ad iraſcendum, quia ira in ſinu ſtulti requieſcit. *Eccle.* 7. *v.* 10.

4. Secundùm ligna ſylvæ ſic ignis exardeſcit: & ſecundùm virtutem hominis ſic iracundia illius erit, & ſecundùm ſubſtantiam ſuam exaltabit iram ſuam. *Eccli.* 28. *v.* 12.

5. Si ſufflaveris in ſcintillam, quaſi ignis exardebit: & ſi expueris ſuper illam, extinguetur; utraque ex ore proficiſcuntur. *Eccli.* 28. *v.* 14.

6. Grave eſt ſaxum, & oneroſa arena, ſed ira ſtulti utroque gravior: ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati ſpiritûs ferre quis poterit? *Prov.* 27. *v.* 3. 4.

7. Fatuus ſtatim indicat iram ſuam; qui autem diſſimulat injuriam, callidus eſt. *Prov.* 12. *v.* 16.

8. Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus: ſapiens differt & reſervat inpoſterum. *Prov.* 29. *v.* 11.

Digitized by Google

CAPUT XXXIX.

Iracundiæ effecta in animo, corpore, & in alios.

1. IRacundia animoſitatis illius, ſubverſio illius eſt. *Eccli.* 1. *verſ.* 28.

2. Qui ad indignandum facilis eſt, erit ad peccandum proclivior. *Prov.* 29. *v.* 22.

3. Ignis nunquam dicit ſufficit. *Prov.* 30. *v.* 16.

4. Supercecidit ignis, & non viderunt ſolem. *Pſ.* 57. *v.* 9.

5. Zelus & iracundia minuunt dies: & ante tempus ſenectam adducet cogitatus. *Eccli.* 30. *v.* 26.

6. Verè ſtultum interficit iracundia. *Job.* 5. *v.* 2.

7. Homo iracundus incendit litem, & homo peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. *Eccl.* 28. *verſ.* 11.

8. Vir iracundus provocat rixas: qui patiens eſt mitigat ſuſcitatas. *Prov.* 15. *v.* 18.

9. Qui fortiter premit ubera, ad eliciendum lac, exprimit butyrum, & qui vehementer emungit, elicit ſanguinem, & qui provocat iras, producit diſcordias. *Prov.* 30. *v.* 33.

10. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, ſic homo iracundus ſuſcitat rixas. *Prov.* 26. *v.* 21.

CAPVT XL.

Vetatur ira vitioſa.

1. OMnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio. *Matt.* 5 *verſ.* 22.

2. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis, cum omni malitia. *Epheſ.* 4. *v.* 31.

3. Aufer iram à corde tuo, & amove malitiam à carne tua; adoleſcentia enim & voluptas vana ſunt. *Eccle.* 11. *v.* 10.

4. Sit

4. Sit omnis homo tardus ad loquendum, & tardus ad iram: ira enim viri juſtitiam Dei non operatur. *Iac.* 1. *v.* 19. 20

5. Iraſcimini & nolite peccare: ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram. *Epheſ.*4. *v.* 26.

6. Memorare timorem Domini, & non iraſcaris proximo tuo: memorare teſtamentum Altiſſimi, & deſpice ignorantiam proximi. *Eccli.* 28. *v.* 8. 9.

CAPVT XLI.

Irato blandè reſpondendum, imponendum ſilentium aut cedendum.

1. Reſponſio mollis frangit iram: ſermo durus ſuſcitat furorem. *Prov.* 15. *v.* 1.

2. Judicium determinat cauſas, & qui imponit ſtulto ſilentium iras mitigat. *Prov.* 26. *v.* 10.

3. Cùm perſequentur vos in civitate iſta, fugite in aliam. *Matt.* 10. *v.* 23.

4. Duxerunt illum uſque ad ſupercilium montis, ſuper quem civitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum: ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat. *Luc.* 4. *v.* 29. 30.

5. Tulerunt lapides, ut jacerent in eum: Jeſus autem abſcondit ſe, & exivit de templo. *Ioan.* 8. *v.* 59.

Vide verbo Contentio, Rixa, Diſcordia.

CAPVT XLII.

Ira vitioſa, & juſta exempla: divinam iram deprecantis orationes jaculatoria.

1. Paravit Deus vermem aſcenſu diluculi in craſtinum: & percuſſit hederam, & exaruit: & cùm ortus fuiſſet ſol, præcepit Dominus vento calido, & urenti, & percuſſit ſol ſuper caput Jonæ & æſtuabat: & petivit animæ ſuæ ut moreretur: & dixit: melius eſt mihi

Digitized by Google

mihi mori, quàm vivere: & dixit Dominus ad Jonam: putaſnè benè iraſceris tu ſuper hederâ? & dixit: benè iraſcor ego uſque ad mortem. *Ionæ* 4. *v.* 7. 8. 9.

2. Cùm vidiſſet Moyſes Pharaonis duritiem, exivit ab eo iratus nimis. *Exo.* 11. *v.* 8. 9.

3. Et circumſpiciens eos cum ira, contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum, dicit homini: extende manum tuam, & extendit, & reſtituta eſt manus ei. *Mar.* 3. *v.* 5.

4. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. *Pſ.* 6. *v.* 1.

5. Converte nos Deus ſalutaris noſter: & averte iram tuam à nobis: nunquid in æternum iraſceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem. *Pſ.* 84. *v.* 4. 5.

CAPVT XLIII.

Zelus honoris divini exemplis declaratus.

1. CUm appropinquâſſet ad caſtra, vidit vitulum & choros, iratuſque valdè projecit de manu tabulas, & confregit eos ad radicem montis: arripienſque vitulum, quem fecerant, combuſſit & contrivit uſque ad pulverem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Iſraël. *Exo.* 32. *v.* 19. 20.

2. Stans in porta caſtrorum ait: Si quis eſt Domini, jungatur mihi: congregatique ſunt ad eum omnes filii Levi, quibus ait: hæc dicit Dominus Deus Iſraël, ponat vir gladium ſuper femur ſuum, ite & redite de porta uſque ad portam per medium caſtrorum, & occidat unuſquiſque fratrem ſuum & amicum & proximum: feceruntque filii Levi juxta ſermonem Moyſi: cecideruntque in die illa quaſi triginta tria millia hominum, & ait Moyſes: conſecrâſtis manus veſtras hodie Domino, unuſquiſque in filio, & in fratre ſuo, ut detur vobis benedictio. *Exo.* 32. *v.* 26. 27. 28. 29.

3. Mi Domine Deus, quid dicam videns Iſraëlem hoſtibus ſuis terga vertentem; audient Chananæi, & omnes habitatores terræ, & pariter conglobati circumdabunt nos, atque delebunt nomen noſtrum de terra, & quid facies magno nomini tuo? *Joſue* 7. *v.* 8. 9.

4. Et

4. Et ait Samuël: ſicut fecit abſque liberis mulieres gladius tuus, ſic abſque liberis erit inter mulieres mater tua: & in fruſta concidit eum Samuël coram Domino in Galgalis. 1. *Reg.* 15. *v.* 33.

5. Dixit Elias ad eos: apprehendite Prophetas Baal, & ne unus quidem effugiat ex eis: quos cùm apprehendiſſent, duxit eos Elias ad torrentem Ciſon, & interfecit eos ibi. 3. *Regum* 18. *v.* 40.

6. Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Jſraël, altaria tua deſtruxerunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam ut auferant eam. 3. *Reg.* 19. *v.* 14.

7. Cùm audiſſem ſermonem iſtum, ſcidi pallium meum, & tunicam, & evelli capillos capitis mei, & barbæ, & ſedi mœrens, & in ſacrificio veſpertino ſurrexi de afflictione mea; & ſciſſo pallio & tunicâ, expandi manus meas ad Dominum Deum meum, & dixi. 1. *Eſdra* 9. *v.* 3. 5.

8. Intravit Ieſus in templum Dei, & ejiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit, & dicit eis: ſcriptum eſt, domus mea domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. *Matt.* 21. *v.* 12. 13.

9. Cùm vidiſſent diſcipuli ejus Iacobus & Joannes, dixerunt: Domine vis dicamus, ut ignis deſcendat de cælo, & conſumat illos: & converſus increpavit illos, dicens: neſcitis cujus ſpiritus eſtis, Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſalvare. *Luc.* 9. *v.* 54. 55. 56.

CAPVT XLIV.

Zeli indiſcreti exempla.

1. TUnc oblati ſunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret: diſcipuli autem increpabant eos: Jeſus verò ait iis: ſinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire, talium eſt enim regnum cælorum. *Matt.* 19. *v.* 13. 14.

2. Videntes diſcipuli (tantam unguenti effuſionem ſuper caput Chriſti) indignati ſunt, dicentes: ut quid perditio hæc? potuit enim

Digitized by Google

iſtud venundari multò, & dari pauperibus. *Matt. 26. v. 8. 9.*

3. Reſpondens Ioannes dixit: Præceptor vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non ſequitur nobiſcum: & ait ad illum Jeſus: nolite prohibere, qui enim non eſt adverſum vos, pro vobis eſt. *Luc. 9. v. 49. 50.*

4. Concurrebat multitudo vicinarum civitatum Jeruſalem, afferentes ægros & vexatos à ſpiritibus immundis, qui curabantur omnes: exurgens autem Princeps Sacerdotum, & omnes, qui cum illo erant, repleti ſunt zelo: & injecerunt manus in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica. *Act. 5. v. 16. 17. 18.*

5. Sequenti Sabbato penè univerſa civitas convenit audire verbum Dei: videntes autem turbas Judæi repleti ſunt zelo, & contradicebant his, quæ à Paulo dicebantur blaſphemantes. *Act. 13. verſ. 44. 45.*

CAPUT XLV.

Jaculatoria petentis zelum animarum, eumq; exercentis.

1. ZElus domûs tuæ comedat me Domine. *Pſ. 68. v. 10.*

2. Defectio teneat me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. *Pſ. 118. v. 53.*

3. Tabeſcere me faciat zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici tui. *Pſ. 118. v. 139.*

4. Contere ſceleſtos & peccatores ſimul, & qui te dereliquerunt conſume. *Iſ. 1. v. 28.*

5. Deficiant peccatores à terra, & iniqui ita ut non ſint. *Pſ. 130. v. 35.*

6. Veniat mors ſuper illos. & deſcendant in infernum viventes, quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum. *Pſ. 54. verſ. 16.*

7. Utinam abſcindantur, qui vos conturbant. *Gal. 5. v. 12.*

8. Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas noſtras. *Cant. 2. v. 15.*

9. Sicut deficit fumus deficiant, ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei. *Pſ. 67. v. 3.*

10. Sa-

Digitized by Google

10. Sagittæ tuæ acutæ (populi ſub te cadent) in corde inimicorum Regis. *Pſ.* 44. *v.* 7.

11. Exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniat. *Pſ.* 64. *verſ.* 2.

CAPVT XLVI.

Modeſtiæ commendatio & fructus: immodeſtia in inceſſu, aſpectu, auditu, veſtitu damna & pœna.

1. MOdeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. *Phil.* 4. *verſ.* 5.

2. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei ſenſatus: amictus corporis & riſus dentium, & ingreſſus hominis annunciant de eo. *Eccli.* 19. *v.* 26. 27.

3. Finis modeſtiæ timor Domini, divitiæ, gloria, & vita. *Prov.* 22. *v.* 4.

4. Væ qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ; optimates capita populorum, ingredientes pompaticè domum Iſraël. *Amos* 6. *v.* 1.

5. In facie ſapientis lucet ſapientia: oculi ſtultorum in finibus terræ. *Prov.* 17. *v.* 24.

6. Stultus à feneſtra reſpiciet domum, vir autem eruditus foris ſtabit. *Eccli.* 21. *v.* 26.

7. Stultitia hominis auſcultare per oſtium: & prudens gravabitur contumeliâ. *Eccli.* 21. *v.* 27.

8. Pro eo quòd elevatæ ſunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento collo; decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. *Iſ.* 3. *v.* 16. 17.

9. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. 1. *Tim.* 6. *v.* 8.

10. Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt. *Matt.* 11. *v.* 8.

11. Homo quidam erat dives, & veſtiebatur purpurâ, & byſſo, & epulabatur quotidiè ſplendidè: mortuus eſt dives, & ſepultus eſt in inferno. *Luc.* 16. *v* 19. 22.

12. Ornamentum monilium ſuorum in ſuperbiam poſuerunt, & imagines abominationum ſuarum, & ſimulacrorum fecerunt ex eo, propter

Digitized by Google

hoc dedi eis illud in immunditiam, & dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, & impiis terræ in prædam, & contaminabunt illud. *Ezech.* 7. *v.* 20.

Vide verbo Prodigalitas & Luxus.

PARS IX.

Fortitudo & virtutes ei annexæ atque oppoſita vitia.

PRÆFATIO.

1. FOrtitudo accipitur primò pro robore corporis: ſecundò pro generali conſtantia; quomodo accepit Ambroſius lib. 1. de officiis cap. 36. ubi, *jure*, ait, *ea fortitudo vocatur, quâ unuſquiſque ſeipſum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur, atque inflectitur*: tertiò accipitur ſtrictè pro dono Spiritus ſancti; quartò pro virtute morali, quæ conſtituit mediocritatem circa timores & audacias. Et definitur: *Firmitas animi in ſuſtinendis & repellendis iis, in quibus animum regere & ſtatum rationis tenere eſt difficile.* Hujuſmodi ſunt pericula & mala mortis, mutilationis, exilii, vinculorum & aliarum calamitatum.

2. Quatuor vitia opponuntur fortitudini: quia ſicut peccatur exceſſu & defectu timoris, ita etiam exceſſu & defectu audaciæ: primum vitium eſt timiditas, ſive expreſſus timoris, quo revocatur. Secundum vitium,

tium, quod eſt defectus audendi, & dicitur propriè ignavia. Tertium vitium eſt intimiditas, ſive vacuitas juſti timoris. Quartum eſt audacia ſive temeritas, quæ conſiſtit in exceſſu audendi.

3. Magnanimitas, magnificentia, patientia, & perſeverantia ſunt partes poteſtativæ hujus virtutis, quatenus ipſam virtutem principalem in materia ſecundaria imitantur; quatenus verò verſantur in materia propria fortitudinis, ad partes integrantes revocari debent.

4. Partes ſubjectivas propriè fortitudo ſecundùm S. Thomam non habet: quia ipſa eſt ſpecies ſpecialiſsima, cùm verſetur circà pericula mortis & alia his ſimilia, quæ omnia ſunt ejuſdem generis, etſi alia ſint aliis graviora aut leviora.

CAPVT PRIMVM.

Fortitudo animi exemplis declarata.

1. ECce Deus noſter quem colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô Rex, liberare: quod ſi noluerit, notum ſit tibi Rex, quia Deos tuos non colimus, & ſtatuam auream, quam erexiſti, non adoramus. *Dan.* 3. *v.* 17. 18.

2. Melius eſt mihi (inquit Suſanna) abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini. *Dan.* 13. *v.* 23.

3. Avertebant eum (Judam Machabæum) dicentes: non poterimus, ſed liberemus animas noſtras modò & revertamur ad fratres noſtros, & tunc pugnabimus adversùs eos; nos autem pauci ſumus. Et ait Judas: abſit iſtam rem facere, ut fugiamus ab eis: etſi appropiavit tempus noſtrum, moriamur in virtute propter fratres noſtros, & non inferamus crimen gloriæ noſtræ. 1. *Mach.* 9. *v.* 9. 10.

4. Tunc omnes ſimul benedixerunt miſericordem Dominum, &

Digitized by Google

convaluerunt animis: non ſolùm homines ſed & beſtias, ferociſſimas & muros ferreos parati penetrare; ibant igitur prompti de cælo habentes adjutorem & miſerantem ſuper eos Dominum: leonum autem more impetu irruentes in hoſtes, proſtraverunt ex eis undecim millia peditum, & equitum mille ſexcentos. 2. *Mach.* 11. *v.* 9. 10. 11.

5. Venit Joſeph ab Arimathæa nobilis decurio, qui & ipſe erat expectans regnum Dei: & audacter introivit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu. *Marci* 15. *v.* 43.

Vide verbo Fidei confeſſio, Fiducia, Charitatis Exempla.

CAPUT II.

Conſtantia Martyrum, ejuſque effecta & Præmia.

1. ISte dicet: Domini ego ſum: & ille vocabit in nomine Iacob: & hic ſcibet manu ſua Domino, & in nomine Iſraël aſſimilabitur. *Iſ.* 44. *v.* 5.

2. Quid quæris, & quid vis diſcere à nobis? parati ſumus magis mori, quàm patrias Dei leges prævaricari. 2. *Mach.* 7. *v.* 2.

3. Ego ecce in manibus veſtris ſum, facite mihi quod bonum & rectum eſt in oculis veſtris: veruntamen ſcitote & cognoſcite, quòd ſi interfeceritis me, ſanguinem innocentem tradetis, contra voſmetipſos, & contra civitatem iſtam & habitatores ejus: in veritate enim miſit me Dominus ad vos, ut loquerer in auribus veſtris omnia verba hæc. *Jerem.* 26. *v.* 14. 15.

4. Vide ſubtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter teſtimonium, quod habebant: & clamabant voce magnâ, dicentes: uſquequò Domine Sanctus & verus non judicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum de iis, qui habitant in terra? *Apoc.* 6. *verſ.* 9. 10.

5. Vivent mortui tui, interfecti mei reſurgent: expergiſcimini & laudate, qui habitatis in pulvere, quia ros lucis ros tuus & terram gigantum detrahes in ruinam. *Iſ.* 26. *v.* 19.

6. Omnis quicunque confeſſus fuerit me coram hominibus, &

& filius hominis confitebitur eum coram Angelis Dei: qui autem negaverit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei. *Luc.* 12. *verſ.* 8.

7. Amen amen dico vobis: niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manebit: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert: qui amat animam ſuam, perdet eam, & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. *Joan.* 12. *v.* 24. 25.

8. Etſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes illorum immortalitate plena eſt: in paucis vexati ſunt, in multis benè diſponentur. *Sap.* 3. *v.* 4. 5.

9. Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna, & laverunt ſtolas ſuas, & dealbaverunt eas in ſanguine agni. *Apoc.* 7. *v.* 14.

CAPUT III.

Patientia radix, Fortitudo & Charitas, creſcit ea adverſis, vero Chriſtiano propria & exoptanda.

1. Melior eſt patiens viro forti: & qui dominatur animo ſuo expugnatore urbium. *Prov.* 16. *v.* 32.

2. Charitas patiens eſt. 1. *Cor.* 13. *v.* 4.

3. Scientes quod probatio fidei veſtræ patientiam operatur. *Jac.* 1. *v.* 3.

4. Tribulatio patientiam operatur. *Rom.* 5. *v.* 3.

5. Nemo moveatur in tribulationibus iſtis, ipſi enim ſcitis, quod in hoc poſiti ſumus. 1. *Theſ.* 3. *v.* 3.

6. Omnes qui piè volunt vivere in Chriſto Jeſu perſecutionem patientur. 2. *Tim.* 3, *v.* 12.

7. Chariſſimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quaſi novi aliquid vobis contingat. 1. *Pet.* 4. *verſ.* 12.

8. Communicantes Chriſti paſſionibus gaudete, ut & in revelatione gloriæ ejus gaudeatis, exultantes: ſi exprobramini in nomine Chriſti beati eritis: quoniam quod eſt honoris, gloriæ, & vir-

Digitized by Google

& virtutis Dei: & qui eſt ejus ſpiritus ſuper vos requieſcet: nemo autem veſtrûm patiatur, ut homicida aut fur, aut maledictus, aut alienorum appetitor: ſi autem ut Chriſtianus non erubeſcat: glorificet autem Deum in iſto nomine: quoniam tempus eſt, ut incipiat judicium à domo Dei: ſi autem primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio. 1. *Pet*. 4. *v*. 13. 14. 15. 16. 17.

CAPVT IV.

Pro Chriſto pati gravia felicitas magna imitatione Chriſti ambienda.

1. HÆc eſt gratia, ſi propter Dei conſcientiam, ſuſtinet quis triſtitias, patiens injuſtè; quæ enim eſt gloria, ſi peccantes & colaphizati ſuffertis? Sed ſi benè facientes patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum: in hoc enim vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus. 1. *Pet*. 2. *v*. 19. 20. 21.

2. Vobis donatum eſt pro Chriſto non ſolùm ut in eum credatis, ſed ut etiam pro eo patiamini: idem certamen habentes, quale & vidiſtis in me, & nunc audiſtis de me. *Phil*. 1. *v*. 29. 30.

3. Si quid patimini propter juſtitiam, beati. 1. *Pet*. 3. *v*. 14.

4. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Beati eſtis, cùm maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adverſum vos, mentientes propter me: gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis, ſic enim perſecuti ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. *Matt*. 5. *v*. 10. 11. 12.

5. Fide Moyſes grandis factus, negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere jucunditatem, majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti: aſpiciebat enim in remunerationem. *Hebr*. 11. *v*. 24. 25. 26.

6. Si mundus vos odit; ſcitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat, diligeret: quia verò de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit

vos

vos mundus: mementote ſermonis mei, quem ego dixi vobis, non eſt ſervus major Domino ſuo, ſi me perſecuti ſunt, & vos perſequentur; ſi ſermonem meum ſervaverunt, & veſtrum ſervabunt; ſed hæc omnia facient vobis, propter nomen meum, quia neſciunt eum, qui miſit me. *Ioan.* 15. *v.* 18. 19. 20. 21.

7. Exeamus ad eum extra caſtra, improperium ejus portantes. *Hebr.* 13. *v.* 13.

8. Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eâdem cogitatione armamini; quia qui paſſus eſt in carne, deſiit à peccatis. 1. *Pet.* 4. *v.* 1.

CAPVT V.

Patientiæ præmium vita æterna, gaudium animi, ſanitas corporis, opes & honores.

1. Patientia enim vobis neceſſaria eſt, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promiſſionem. *Hebr.* 10. *v.* 36.

2. Si filii & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, ut & conglorificemur. *Rom.* 8. *v.* 17.

3. Patientia pauperum non peribit in finem. *Pſ.* 9. *v.* 19.

4. Uſque in tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio jucunditatis. *Eccli.* 1. *v.* 29.

5. Quoniam ſervâſti verbum patientiæ meæ, & ego ſervabo te ab hora tentationis, quæ ventura eſt in orbem univerſum tentare habitantes in terra. *Apoc.* 3. *v.* 10.

6. Quod autem in bonam terram; hi ſunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. *Luc.* 8. *v.* 15.

7. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. *Luc.* 21. *v.* 19.

8. Patientia opus perfectum habet, ut ſitis perfecti, & integri in nullo deficientes. *Iac.* 1. *v.* 4.

9. In quo exultabitis, modicum nunc ſi oportet contriſtari in variis tentationibus, ut probatio veſtræ fidei multò pretioſior auro (quod per ignem probatur) inveniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in revelatione Jeſu Chriſti. 1. *Pet.* 1. *v.* 6. 7.

10. Patientia probationem operatur, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit. *Rom.* 5. *v.* 4. 5.

Digitized by Google

11. Addidit Dominus omnia, quæcunque fuerant Iob duplicia. *Iob.* 42. *v.* 10.

12. Vir iracundus provocat rixas: qui patiens eſt mitigat ſuſcitatas. *Prov.* 15. *v.* 18.

13. Patientiâ lenietur Princeps, & lingua mollis confringit duritiem. *Ibidem v.* 15.

14. Doctrina viri per patientiam noſcitur, & gloria ejus eſt iniqua prætergredi. *Prov.* 19. *v.* 11.

15. Fructus Spiritûs eſt charitas, gaudium, pax, patientia. *Gal.* 5. *verſ.* 22.

CAPVT VI.

Ad patientiam variæ cohortationes.

1. DEprime cor tuum & ſuſtine: inclina aurem tuam, & ſuſcipe verba intellectûs: & ne feſtines in tempore obductionis: ſuſtine ſuſtentationes Dei: conjungere Deo, & ſuſtine ut creſcat in noviſſimo vita tua: omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe; quoniam in igne probatur aurum, & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. *Eccli.* 2. *v.* 2. 3. 4. 5.

2. Diſciplinam Domini, fili mi, ne abjicias nec deficias cùm ab eo corriperis; quem enim diligit Deus, corripit: & quaſi pater in filio complacet ſibi. *Prov.* 3. *v.* 11. 12.

3. Ego dico vobis, non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dextram maxillam tuam, præbe ei & alteram. *Matt.* 5. *v.* 39.

4. Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi inſtantes. *Rom.* 12. *v.* 12.

5. Obſecro vos, ut dignè ambuletis vocatione, quâ vocati eſtis cum omni humilitate & manſuetudine, cum omni patientia ſupportantes invicem in charitate. *Epheſ.* 4. *v.* 1. 2.

6. Rogamus autem vos, fratres, patientes eſtote ad omnes. 1. *Theſ.* 5. *v.* 14.

7. Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. *Rom.* 15. *v.* 4.

8. Tu

Digitized by Google

8. Tu autem ô homo Dei, hæc fuge: ſectare verò juſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem. 1. *Tim.* 6. *verſ.* 11.

9. Ideò & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium, deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen: aſpicientes in autorem fidei, & conſummatorem Jeſum, qui propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucem confuſione contemptâ, atque in dextra ſedis Dei ſedet: recogitate enim eum, qui talem ſuſtinuit adverſus ſemetipſum à peccatoribus contradictionem, ut ne fatigemini animis veſtris, deficientes, nondum enim uſque ad ſanguinem reſtitiſtis, adverſus peccatum repugnantes. *Hebr.* 12. *v.* 1. 2. 3. 4.

10. Patientes eſtote, fratres, uſque ad adventum Domini, ecce agricola expectat pretioſum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum, & ſerotinum; patientes igitur eſtote & vos, & confirmate corda veſtra, quoniam adventus Domini appropinquavit. Nolite ingemiſcere fratres in alterutrum, ut non judicemini: ecce judex ante januam aſſiſtit: exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris, & patientiæ prophetas, qui locuti ſunt in nomine Domini: ecce beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt: ſufferentiam Iob audîſtis, & finem Domini vidiſtis, quoniam miſericors Dominus eſt, & miſerator. *Iacob.* 5. *v.* 7. 8. 9. 10. 11.

CAPVT VII.

Patientiæ illuſtria exempla & præmia.

1. DOminus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis, faciat. 1. *Reg.* 3. *v.* 18.

2. Dimittite eum, ut maledicat: Dominus enim præcepit ei, ut malediceret David, & quis eſt, qui audeat dicere: quare ſic fecerit? dimittite eum, ut maledicat juxta præceptum Domini, ſi fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac die hodierna. 2. *Reg.* 16. *v.* 10. 12.

3. Tunc ſurrexit Job, & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite

Digitized by Google

corruens in terram adoravit, & dixit: nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc, Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factum eſt; ſit nomen Domini benedictum. *Iob.* 1. *v.* 20. 21.

4. Egreſſus Satan à facie Domini percuſſit Job ulcere peſſimo, à planta pedis uſque ad verticem ejus: qui teſta ſaniem radebat ſedens in ſterquilinio. Dixit autem ei uxor ſua: adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? benedic Deo & morere: qui ait ad eam: quaſi una de ſtultis mulieribus locuta es, ſi bona ſuſcepimus de manu Domini, mala quare non ſuſcipiamus? in omnibus his non peccavit Job labiis ſuis. *Job.* 2. *v.* 7. 8. 9. 10.

5. Notam facimus vobis fratres gratiam Dei, quæ data eſt in Eccleſiis Macedoniæ, quòd in multo experimento tribulationis abundantia gaudii ipſorum fuit. 2. *Cor.* 8. *v.* 1. 2.

6. Quoniam ſervâſti verbum patientiæ meæ, & ego ſervabo te ab hora tentationis, quæ ventura eſt in orbem univerſum, tentare habitantes in terra. *Apoc.* 3. *v.* 10.

7. Dominus benedixit noviſſimis Iob magis, quàm principio ejus, & facta ſunt ei quatuordecim millia ovium, & ſex millia camelorum, & mille juga boum, & mille aſinæ: & fuerunt ei 7. filii & tres filiæ. Vixit autem Iob poſt hæc 140. annis, & vidit filios ſuos, & filiorum ſuorum uſque ad quartam generationem, & mortuus eſt ſenex & plenus dierum. *Iob.* 42. *v.* 12. 16.

CAPVT VIII.

Iaculatoria poſtulantis patientiam & ſe ad illam excitantis.

1. DA, ut non peream propter imminentes tenebras, nec faciem meam operiat caligo. *Job.* 23. *v.* 17. *c.* 3. *v.* 16.

2. Nonne Deo ſubjecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meum. *Pſ.* 61. *v.* 1.

3. Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum. *Pſ.* 62. *v.* 14.

4. Bene-

Digitized by Google

4. Benedictus es Domine: doce me juſtificationes tuas. *Pſ.* 118. *verſ.* 12.

5. Sederunt Principes, & adverſum me loquebantur: ſervus autem tuus exercebatur in juſtificationibus tuis. *Pſ.* 118. *v.* 23.

Vide plura ſupra c. 6. *&* 7. *& infra cap.* 13. *&* 33.

CAPVT IX.

Impatientiæ pœna, & alia effecta.

1. QUi ſine timore eſt non poterit juſtificari: iracundia enim animoſitatis illius, ſubverſio illius eſt. *Eccli.* 1. *verſ.* 27. 28.

2. Væ his, qui perdiderunt ſuſtinentiam, & dereliquerunt vias rectas, & diverterunt in vias pravas: & quid facient, cùm inſpicere cœperit Dominus. *Eccli.* 2. *v.* 16. 17.

3. Qui perdis animam tuam in furore tuo, nunquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco ſuo. *Iob.* 18. *v.* 4.

4. Impatiens operabitur ſtultitiam. *Prov.* 14. *v.* 17.

5. Qui impatiens eſt ſuſtinebit damnum, & cùm rapuerit, aliud apponet. *Prov.* 19. *v.* 19.

6. Illi, qui tentationes non ſuſceperant cum timore Domini, & impatientiam ſuam, & improperium murmurationis ſuæ contra Dominum protulerunt: exterminati ſunt ab exterminatore, & à ſerpentibus perierunt. *Iudith* 8. *v.* 24.

7. Ecce docuiſti multos, & manus laſſas roboràſti: vacillantes confirmârunt ſermones tui, & genua trementia confortaſti, nunc autem venit ſuper te plaga, & defeciſti, tetigit te & conturbatus es. Ubi eſt timor tuus; fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum. *Iob.* 4. *v.* 3. 4. 5. 6.

Vide verbo Iracundia, Rixa, Diſcordia, Manſuetudo.

Digitized by Google

CAPUT X.

Conſtantia & perſeverantia ad ſalutem neceſſaria ſuadetur omnibus.

1. HOmo ſanctus in ſapientia manet ſicut ſol: nam ſtultus ſicut luna mutatur. *Ecci. 27. v. 12.*

2. Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. *Matt. 10. v. 22.*

3. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retrò aptus eſt regno Dei. *Luc. 9. v. 62.*

4. Manete in dilectione mea: ſi præcepta mea ſervaveritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego Patris mei præcepta ſervavi, & maneo in ejus dilectione. *Joan. 15. v. 9. 10.*

5. Itaque fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles; abundantes in omni opere Domini ſemper, ſcientes, quòd labor veſter non eſt inanis in Domino. *1. Cor. 15. v. 58.*

6. Bonum facientes non deficiamus, tempore enim ſuo metemus non deficientes, ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes maximè autem ad domeſticos fidei. *Gal. 6. v. 9. 10.*

7. Itaque fratres mei chariſſimi, & deſideratiſſimi gaudium meum & corona mea, ſic ſtate in Domino chariſſimi. *Phil. 4. v. 1.*

8. Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Et qui vicerit & cuſtodierit uſque in finem opera mea, dabo ei poteſtatem ſuper gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur. *Apoc. 2. v. 10. 26. 27.*

9. Ecce veneo citò, tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam: qui vicerit, faciam eum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius, & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen civitatis Dei mei novæ Jeruſalem, quæ deſcendit de cælo à Deo meo, & nomen meum novum. Qui vicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo; ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno ejus. *Apoc. 3. v. 11. 12. 21.*

10. Fratres nolite deficere benefacientes. *2. Theſ. 3. v. 13.*

11. Cu-

Digitized by Google

11. Cupimus unumquemque veſtrûm eandem oſtentare ſollicitudinem ad expletionem ſpei uſque in finem, ut non ſegnes efficiamini, verùm imitatores eorum, qui fide & patientiâ hæreditabunt promiſſiones. *Hebr.* 6. *v.* 11. 12.

12. Sta in teſtamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veteraſce, ne manſeris in operibus peccatorum, confide autem in Deo, & mane in loco tuo. *Eccli.* 11. *v.* 21. 22.

13. In illa die qui fuerit in tecto, & vaſa ejus in domo, ne deſcendat tollere ea: & qui in agro ſimiliter non redeat retrò. *Luc.* 17. *v.* 31.

14. Memores eſtote uxoris Loth. *Luc.* 17. *v.* 32.

15. Cognoſce juſtitias, & judicia Dei, & ſta in ſorte propoſitionis & orationis Altiſſimi. *Eccli.* 17. *v.* 24.

16, Qu rrite Dominum & confirmamini, quærite faciem ejus ſemper. *Pſ.* 104. *v.* 4.

CAPVT XI.

Ad perſeverandum in fide adhortationes.

1. IAm non ſimus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumventionem erroris. *Epheſ.* 4. *v.* 14.

2. Ieſus Chriſtus heri & hodie, & ipſe in ſæcula: doctrinis variis & peregrinis nolite abduci: optimum eſt enim gratiâ ſtabilire cor, non eſcis, quæ non profuerunt ambulantibus in iis. *Heb.* 13. *v.* 8. 9.

3. Vos igitur fratres præſcientes cuſtodite, ne inſipientium errore traducti, excidatis à propria firmitate. 2. *Pet.* 3. *v.* 17.

4. Chariſſimi omnem ſollicitudinem faciens ſcribendi vobis de communi veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis: deprecans ſuper certari ſemel traditæ ſanctis fidei. Vos autem chariſſimi ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſsimæ noſtræ fidei in Spiritu Sancto orantes, voſmetipſos in dilectione Dei ſervate expectantes. *Iudæ.* *v.* 3. 20.

5, Videte voſmetipſos, ne perdatis ea, quæ operati eſtis, ſed ut mercedem plenam accipiatis. Omnis qui recedit & non permanet in doctrina Chriſti Deum non habet: qui permanet in doctrina, hic & Patrem & Filium habet. 2. *Ioan.* *v.* 8. 9.

CA-

CAPVT XII.

Increpationes eorum, qui non perſeverant: quibus illi rebus ſimiles ſint, & quo pacto deficiant.

1. NUnc venit ſuper te plaga & defeciſti: tetigit te & conturbatus es. *Job.* 4. *v.* 5.

2. Sic ſtulti eſtis, ut cum ſpiritu cæperitis, nunc carne conſummemini: tanta paſſi eſtis ſine cauſa, ſi tamen ſine cauſa. *Gal.* 3. *v.* 5.

3. Currebatis benè, quis vos impedivit veritati non obedire? perſuaſio hæc non eſt ex eo, qui vocat vos. *Gal.* 5. *v.* 7.8.

4. Memor eſto, unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autem, venio tibi, & movebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris. *Apoc.* 2. *v.* 5.

5. Lædetur quaſi vinea in primo flore botrus ejus, & quaſi oliva projiciens florem ſuum. *Job.* 15. *v.* 33.

6. Habitatores earum breviata manu contremuerunt & confuſi ſunt, facti ſunt ſicut fœnum agri, & gramen paſcuæ, & herba tectorum, quæ exaruit, antequam matureſceret. *Iſ.* 37. *v.* 27.

7. Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare. *Luc.* 14. *verſ.* 30.

8. Qui ſpernit modica, paulatim decidet. *Eccli.* 19. *v.* 1.

9. Lapides excavant aquæ, & alluvione paulatim terra conſumitur. *Job.* 14. *v.* 19.

CAPVT XXIII.

Iaculatoriæ poſtulantis perſeverantiam & hujus exempla.

1. PErfice greſſus meos in ſemitis tuis, ut non moveantur veſtigia mea. *Pſ.* 16. *v.* 6.

2. Ne projicias me à facie tua, & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me. *Pſ.* 50. *v.* 12.

3. Red-

Digitized by Google

3. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Pſ. 50. v. 13.

4. Manda Deus virtuti tuæ, confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. Pſ. 67. v. 29.

5. Mane in me & ego in te: ſicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite, ſic nec ego, niſi in te manſero. Joan. 15. v. 4.

6. Fac, ne ſim bone Jeſu de his, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Luc. 8. v. 13.

7. Ne avertas me in humilitatem: & dixiſti convertimini filii hominum. Pſ. 89. v. 3.

8. Juſtificationem meam, quam cœpi tenere, non deſeram. Job. 27. v. 6.

9. Quis me ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an gladius? Rom. 8. v. 8.

CAPUT XIV.

Inconſtantia peccatoris ſimilitudine declaratur.

1. PRæcordia fatui quaſi rota carri, & quaſi axis verſatilis cogitatus illius. Eccli. 33. v. 5.

2. Homo ſanctus in ſapientia manet, ſicut ſol: nam ſtultus ſicut luna mutatur. Eccli. 27. v. 12.

3. Sicut avis tranſmigrans de nido ſuo, ſic vir qui derelinquit locum ſuum. Prov. 27. v. 8.

4. Impii quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus ejus in conculcationem & lutum. Iſ. 57. v. 20.

5. Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros manè pertranſiens. Oſea 6. v. 4.

6. Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam? Matt. 11. v. 7. 8.

Digitized by Google

& virtutis Dei: & qui eſt ejus ſpiritus ſuper vos requieſcet: nemo autem veſtrûm patiatur, ut homicida aut fur, aut maledictus, aut alienorum appetitor: ſi autem ut Chriſtianus non erubeſcat: glorificet autem Deum in iſto nomine: quoniam tempus eſt, ut incipiat judicium à domo Dei: ſi autem primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio. 1. *Pet.* 4. *v.* 13. 14. 15. 16. 17.

CAPVT IV.

Pro Chriſto pati gravia felicitas magna imitatione Chriſti ambienda.

1. HÆc eſt gratia, ſi propter Dei conſcientiam, ſuſtinet quis triſtitias, patiens injuſtè; quæ enim eſt gloria, ſi peccantes & colaphizati ſuffertis? Sed ſi benè facientes patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum: in hoc enim vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus. 1. *Pet.* 2. *v.* 19. 20. 21.

2. Vobis donatum eſt pro Chriſto non ſolùm ut in eum credatis, ſed ut etiam pro eo patiamini: idem certamen habentes, quale & vidiſtis in me, & nunc audiſtis de me. *Phil.* 1. *v.* 29. 30.

3. Si quid patimini propter juſtitiam, beati. 1. *Pet.* 3. *v.* 14.

4. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Beati eſtis, cùm maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adverſum vos, mentientes propter me: gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis, ſic enim perſecuti ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. *Matt.* 5. *v.* 10. 11. 12.

5. Fide Moyſes grandis factus, negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere jucunditatem, majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti: aſpiciebat enim in remunerationem. *Hebr.* 11. *v.* 24. 25. 26.

6. Si mundus vos odit; ſcitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat, diligeret: quia verò de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit

vos

Digitized by Google

vos mundus: mementote ſermonis mei, quem ego dixi vobis, non eſt ſervus major Domino ſuo, ſi me perſecuti ſunt, & vos perſequentur; ſi ſermonem meum ſervaverunt, & veſtrum ſervabunt; ſed hæc omnia facient vobis, propter nomen meum, quia neſciunt eum, qui miſit me. *Ioan.* 15. *v.* 18. 19. 20. 21.

7. Exeamus ad eum extra caſtra, improperium ejus portantes. *Hebr.* 13. *v.* 13.

8. Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eâdem cogitatione armamini; quia qui paſſus eſt in carne, deſiit à peccatis. 1. *Pet.* 4. *v.* 1.

CAPUT V.

Patientiæ præmium vita æterna, gaudium animi, ſanitas corporis, opes & honores.

1. PAtientia enim vobis neceſſaria eſt, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promiſſionem. *Hebr.* 10. *v.* 36.

2. Si filii & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, ut & conglorificemur. *Rom.* 8. *v.* 17.

3. Patientia pauperum non peribit in finem. *Pſ.* 9. *v.* 19.

4. Uſque in tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio jucunditatis. *Eccli.* 1. *v.* 29.

5. Quoniam ſervâſti verbum patientiæ meæ, & ego ſervabo te ab hora tentationis, quæ ventura eſt in orbem univerſum tentare habitantes in terra. *Apoc.* 3. *v.* 10.

6. Quod autem in bonam terram; hi ſunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. *Luc.* 8. *v.* 15.

7. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. *Luc.* 21. *v.* 19.

8. Patientia opus perfectum habet, ut ſitis perfecti, & integri in nullo deficientes. *Iac.* 1. *v.* 4.

9. In quo exultabitis, modicum nunc ſi oportet contriſtari in variis tentationibus, ut probatio veſtræ fidei multò pretioſior auro (quod per ignem probatur) inveniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in revelatione Jeſu Chriſti. 1. *Pet.* 1. *v.* 6. 7.

10. Patientia probationem operatur, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit. *Rom.* 5. *v.* 4. 5.

Digitized by Google

11. Addidit Dominus omnia, quæcunque fuerant Iob duplicia. *Iob.* 42. *v.* 10.

12. Vir iracundus provocat rixas: qui patiens eſt mitigat ſuſcitatas. *Prov.* 15. *v.* 18.

13. Patientiâ lenietur Princeps, & lingua mollis confringit duritiem. *Ibidem v.* 15.

14. Doctrina viri per patientiam noſcitur, & gloria ejus eſt iniqua prætergredi. *Prov.* 19. *v.* 11.

15. Fructus Spiritûs eſt charitas, gaudium, pax, patientia. *Gal.* 5. *verſ.* 22.

CAPVT VI.

Ad patientiam variæ cohortationes.

1. DEprime cor tuum & ſuſtine: inclina aurem tuam, & ſuſcipe verba intellectûs: & ne feſtines in tempore obductionis: ſuſtine ſuſtentationes Dei: conjungere Deo, & ſuſtine ut creſcat in noviſſimo vita tua: omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe; quoniam in igne probatur aurum, & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. *Eccli.* 2. *v.* 2. 3. 4. 5.

2. Diſciplinam Domini, fili mi, ne abjicias nec deficias cùm ab eo corriperis; quem enim diligit Deus, corripit: & quaſi pater in filio complacet ſibi. *Prov.* 3. *v.* 11. 12.

3. Ego dico vobis, non reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dextram maxillam tuam, præbe ei & alteram. *Matt.* 5. *v.* 39.

4. Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi inſtantes. *Rom.* 12. *v.* 12.

5. Obſecro vos, ut dignè ambuletis vocatione, quâ vocati eſtis cum omni humilitate & manſuetudine, cum omni patientia ſupportantes invicem in charitate. *Epheſ.* 4. *v.* 1. 2.

6. Rogamus autem vos, fratres, patientes eſtote ad omnes. 1. *Theſ.* 5. *v.* 14.

7. Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. *Rom.* 15. *v.* 4.

8. Tu

Digitized by Google

8. Tu autem ô homo Dei, hæc fuge: ſectare verò juſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem. 1. *Tim.* 6. *verſ.* 11.

9. Ideò & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium, deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen: aſpicientes in autorem fidei, & conſummatorem Jeſum, qui propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucem confuſione contemptâ, atque in dextra ſedis Dei ſedet: recogitate enim eum, qui talem ſuſtinuit adverſus ſemetipſum à peccatoribus contradictionem, ut ne fatigemini animis veſtris, deficientes, nondum enim uſque ad ſanguinem reſtitiſtis, adverſus peccatum repugnantes. *Hebr.* 12. *v.* 1. 2. 3. 4.

10. Patientes eſtote, fratres, uſque ad adventum Domini, ecce agricola expectat pretioſum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum, & ſerotinum; patientes igitur eſtote & vos, & confirmate corda veſtra, quoniam adventus Domini appropinquavit. Nolite ingemiſcere fratres in alterutrum, ut non judicemini: ecce judex ante januam aſſiſtit: exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris, & patientiæ prophetas, qui locuti ſunt in nomine Domini: ecce beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt: ſufferentiam Iob audîſtis, & finem Domini vidiſtis, quoniam miſericors Dominus eſt, & miſerator. *Iacob.* 5. *v.* 7. 8. 9. 10. 11.

CAPUT VII.

Patientiæ illuſtria exempla & præmia.

1. DOminus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis, faciat. 1. *Reg.* 3. *v.* 18.

2. Dimittite eum, ut maledicat: Dominus enim præcepit ei, ut malediceret David, & quis eſt, qui audeat dicere: quare ſic fecerit? dimittite eum, ut maledicat juxta præceptum Domini, ſi fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac die hodierna. 2. *Reg.* 16. *v.* 10. 12.

3. Tunc ſurrexit Job, & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite

Digitized by Google

corruens in terram adoravit, & dixit: nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc, Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factum eſt; ſit nomen Domini benedictum. *Iob.* 1. *v.* 20. 21.

4. Egreſſus Satan à facie Domini percuſſit Job ulcere peſſimo, à planta pedis uſque ad verticem ejus: qui teſta ſaniem radebat ſedens in ſterquilinio. Dixit autem ei uxor ſua: adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? benedic Deo & morere: qui ait ad eam: quaſi una de ſtultis mulieribus locuta es, ſi bona ſuſcepimus de manu Domini, mala quare non ſuſcipiamus? in omnibus his non peccavit Job labiis ſuis. *Job.* 2. *v.* 7. 8. 9. 10.

5. Notam facimus vobis fratres gratiam Dei, quæ data eſt in Eccleſiis Macedoniæ, quòd in multo experimento tribulationis abundantia gaudii ipſorum fuit. 2. *Cor.* 8. *v.* 1. 2.

6. Quoniam ſervâſti verbum patientiæ meæ, & ego ſervabo te ab hora tentationis, quæ ventura eſt in orbem univerſum, tentare habitantes in terra. *Apoc.* 3. *v.* 10.

7. Dominus benedixit noviſſimis Iob magis, quàm principio ejus, & facta ſunt ei quatuordecim millia ovium, & ſex millia camelorum, & mille juga boum, & mille aſinæ: & fuerunt ei 7. filii & tres filiæ. Vixit autem Iob poſt hæc 140. annis, & vidit filios ſuos, & filiorum ſuorum uſque ad quartam generationem, & mortuus eſt ſenex & plenus dierum. *Iob.* 42. *v.* 12. 16.

CAPUT VIII.

Iaculatoria poſtulantis patientiam & ſe ad illam excitantis.

1. DA, ut non peream propter imminentes tenebras, nec faciem meam operiat caligo. *Job.* 23. *v.* 17. *c.* 3. *v.* 16.

2. Nonne Deo ſubjecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meum. *Pſ.* 61. *v.* 1.

3. Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum. *Pſ.* 62. *v.* 14.

4. Bene-

Digitized by Google

4. Benedictus es Domine: doce me juſtificationes tuas. *Pſ.* 118. *verſ.* 12.

5. Sederunt Principes, & adverſum me loquebantur: ſervus autem tuus exercebatur in juſtificationibus tuis. *Pſ.* 118. *v.* 23.

Vide plura ſupra c. 6. *&* 7. *& infra cap.* 13. *&* 33.

CAPVT IX.

Impatientiæ pœna, & alia effecta.

1. QUi ſine timore eſt non poterit juſtificari: iracundia enim animoſitatis illius, ſubverſio illius eſt. *Eccli.* 1. *verſ.* 27. 28.

2. Væ his, qui perdiderunt ſuſtinentiam, & dereliquerunt vias rectas, & diverterunt in vias pravas: & quid facient, cùm inſpicere cœperit Dominus. *Eccli.* 2. *v.* 16. 17.

3. Qui perdis animam tuam in furore tuo, nunquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco ſuo. *Iob.* 18. *v.* 4.

4. Impatiens operabitur ſtultitiam. *Prov.* 14. *v.* 17.

5. Qui impatiens eſt ſuſtinebit damnum, & cùm rapuerit, aliud apponet. *Prov.* 19. *v.* 19.

6. Illi, qui tentationes non ſuſceperant cum timore Domini, & impatientiam ſuam, & improperium murmurationis ſuæ contra Dominum protulerunt: exterminati ſunt ab exterminatore, & à ſerpentibus perierunt. *Iudith* 8. *v.* 24.

7. Ecce docuiſti multos, & manus laſſas roboraſti: vacillantes confirmârunt ſermones tui, & genua trementia confortaſti, nunc autem venit ſuper te plaga, & defeciſti, tetigit te & conturbatus es. Ubi eſt timor tuus; fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum. *Iob.* 4. *v.* 3. 4. 5. 6.

Vide verbo Iracundia, Rixa, Diſcordia, Manſuetudo.

Digitized by Google

CAPVT X.

Conſtantia & perſeverantia ad ſalutem neceſſaria ſuadetur omnibus.

1. HOmo ſanctus in ſapientia manet ſicut ſol: nam ſtultus ſicut luna mutatur. *Eccl.* 27. *v.* 12.

2. Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. *Matt.* 10. *v.* 22.

3. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retrò aptus eſt regno Dei. *Luc.* 9. *v.* 62.

4. Manete in dilectione mea; ſi præcepta mea ſervaveritis, manebitis in dilectione mea, ſicut & ego Patris mei præcepta ſervavi, & maneo in ejus dilectione. *Joan.* 15. *v.* 9. 10.

5. Itaque fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles; abundantes in omni opere Domini ſemper, ſcientes, quòd labor veſter non eſt inanis in Domino. 1. *Cor.* 15. *v.* 58.

6. Bonum facientes non deficiamus, tempore enim ſuo metemus non deficientes, ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes maximè autem ad domeſticos fidei. *Gal.* 6. *v.* 9. 10.

7. Itaque fratres mei chariſſimi, & deſideratiſſimi gaudium meum & corona mea, ſic ſtate in Domino chariſſimi. *Phil.* 4. *v.* 1.

8. Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Et qui vicerit & cuſtodierit uſque in finem opera mea, dabo ei poteſtatem ſuper gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur. *Apoc.* 2. *v.* 10. 26. 27.

9. Ecce veneo citò, tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam: qui vicerit, faciam eum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius, & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen civitatis Dei mei novæ Jeruſalem, quæ deſcendit de cælo à Deo meo, & nomen meum novum. Qui vicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo; ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno ejus. *Apoc.* 3. *v.* 11. 12. 21.

10. Fratres nolite deficere benefacientes. 2. *Theſ.* 3. *v.* 13.

11. Cu-

Digitized by Google

11. Cupimus unumquemque veſtrûm eandem oſtentare ſollicitudinem ad expletionem ſpei uſque in finem, ut non ſegnes efficiamini, verùm imitatores eorum, qui fide & patientiâ hæreditabunt promiſſiones. *Hebr.6. v.* 11. 12.

12. Sta in teſtamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veteraſce, ne manſeris in operibus peccatorum, confide autem in Deo, & mane in loco tuo. *Eccli.* 11. *v.* 21. 22.

13. In illa die qui fuerit in tecto, & vaſa ejus in domo, ne deſcendat tollere ea: & qui in agro ſimiliter non redeat retrò. *Luc.* 17. *v.* 31.

14. Memores eſtote uxoris Loth. *Luc.* 17. *v.* 32.

15. Cognoſce juſtitias, & judicia Dei, & ſta in ſorte propoſitionis & orationis Altiſſimi. *Eccli.* 17. *v.* 24.

16, Quærite Dominum & confirmamini, quærite faciem ejus ſemper. *Pſ.* 104. *v.* 4.

CAPUT XI.

Ad perſeverandum in fide adhortationes.

1. IAm non ſimus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumventionem erroris. *Epheſ.* 4. *v.* 14.

2. Ieſus Chriſtus heri & hodie, & ipſe in ſæcula: doctrinis variis & peregrinis nolite abduci: optimum eſt enim gratiâ ſtabilire cor, non eſcis, quæ non profuerunt ambulantibus in iis. *Heb.* 13. *v.* 8. 9.

3. Vos igitur fratres præſcientes cuſtodite, ne inſipientium errore traducti, excidatis à propria firmitate. 2. *Pet.* 3. *v.* 17.

4. Chariſſimi omnem ſollicitudinem faciens ſcribendi vobis de communi veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis: deprecans ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fidei. Vos autem chariſſimi ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſsimæ noſtræ fidei in Spiritu Sancto orantes, voſmetipſos in dilectione Dei ſervate expectantes. *Iudæ. v.* 3. 20.

5. Videte voſmetipſos, ne perdatis ea, quæ operati eſtis, ſed ut mercedem plenam accipiatis. Omnis qui recedit & non permanet in doctrina Chriſti Deum non habet: qui permanet in doctrina, hic & Patrem & Filium habet. 2. *Ioan. v.* 8. 9.

CA-

Digitized by Google

3. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. *Pſ. 50. v. 13.*

4. Manda Deus virtuti tuæ, confirma hoc Deus quod operatus es in nobis. *Pſ. 67. v. 29.*

5. Mane in me & ego in te: ſicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite, ſic nec ego, niſi in te manſero. *Joan. 15. v. 4.*

6. Fac, ne ſim bone Jeſu de his, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. *Luc. 8. v. 13.*

7. Ne avertas me in humilitatem: & dixiſti convertimini filii hominum. *Pſ. 89. v. 3.*

8. Juſtificationem meam, quam cœpi tenere, non deſeram. *Job. 27. v. 6.*

9. Quis me ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an gladius? *Rom. 8. v. 8.*

CAPUT XIV.

Inconſtantia peccatoris ſimilitudine declaratur.

1. PRæcordia fatui quaſi rota carri, & quaſi axis verſatilis cogitatus illius. *Eccli. 33. v. 5.*

2. Homo ſanctus in ſapientia manet, ſicut ſol: nam ſtultus ſicut luna mutatur. *Eccli. 27. v. 12.*

3. Sicut avis tranſmigrans de nido ſuo, ſic vir qui derelinquit locum ſuum. *Prov. 27. v. 8.*

4. Impii quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus ejus in conculcationem & lutum. *Iſ. 57. v. 20.*

5. Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros manè pertranſiens. *Oſeæ 6. v. 4.*

6. Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam? *Matt. 11. v. 7. 8.*

Digitized by Google

CAPVT XV.

Etiam in Angelis reperta.

1. ECce qui ſerviunt ei, non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis reperit pravitatem. *Iob.* 4. *v.* 18.

2. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit. *Ioan.* 8. *verſ.* 44.

3. Angelos, qui non ſervârunt ſuum Principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in judicium magni diei vinculis æternis ſub caligine reſervavit. *Iudæ. v.* 6.

4. Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer, qui manè oriebaris? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes; *Iſa.* 14. *v.* 12.

CAPVT XVI.

Eſt fructus peccati, à Deo vetatur & punitur.

1. PEccatum peccavit Jeruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. *Thren.* 1. *v.* 8.

2. Vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. *Jac.* 1. *verſ.* 8.

3. Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit movere pedes ſuos, & non quievit, & Domino non placuit, nunc recordabitur iniquitatum eorum, & viſitabit peccata eorum. *Ierem.* 14. *verſ.* 10.

4. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam, ſic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Eſto firmus in via Domini, & in veritate ſenſus tui, & ſcientia, & proſequatur te verbum pacis & juſtitiæ. *Eccli.* 5. *v.* 11. 12.

Digitized by Google

CAPUT XVII.

Inconſtantiæ Exempla.

1. CONteſtamur (inquiunt Betulienſes) hodiè cælum & terram & Deum Patrum noſtrorum, qui ulciſcitur nos, ſecundùm peccata noſtra, ut jam tradatis civitatem in manu militiæ Holofernis, & ſit finis noſter brevis in ore gladii, qui longior efficitur in ariditate ſitis. *Judith* 7. *v.* 17.

2. Citò deſeruerunt viam, per quam ingreſſi fuerant patres eorum, & audientes mandata Domini, omnia fecêre contraria: cumque Dominus Judices ſuſcitaret in diebus eorum, flectebatur miſericordiâ, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vaſtantium: poſtquàm autem mortuus eſſet judex, revertebantur, & multò faciebant pejora, quàm fecerant patres eorum, ſequentes Deos alienos, ſervientes eis, & adorantes eos, non dimiſerunt adinventiones ſuas, & viam duriſſimam, per quam ambulare conſueverant. *Iudic.* 2. *verſ.* 17. 18. 19.

3. Demas reliquit me, diligens hoc ſæculum, & abiit Theſſalonicam. 2. *Tim.* 4. *v.* 9.

4. Alexander ærarius multa mala mihi oſtendit; reddet ei Dominus ſecundùm opera ejus; quem & tu devita, valdè enim reſtitit verbis noſtris. *Ibidem v.* 13. 14.

CAPUT XVIII.

Tribulationis cauſa Deus, & cuiuſque peccata.

1. INſtauras teſtes duos contra me: & multiplicas iram tuam adverſum me, & pœnæ militant in me. *Iob.* 10. *v.* 17.

2. Ne forte dicatis: invenimus ſapientiam, Deus projecit eum, non homo. *Iob.* 32. *v.* 13.

3. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas à Deo ſunt. *Eccli.* 11. *v.* 14.

4. In die bonâ fruere bonis, & malam diem præcave, ſicut enim hanc, ita & illam fecit Deus, ut non inveniat homo contra eum juſtas quærimonias. *Eccle.* 7. *v.* 15.

5. Noli facere mala, & non te apprehendent: diſcede ab iniquo, & deficient mala abs te. Fili non ſemines mala in ſulcis injuſtitiæ, & non metes ea in ſeptuplum. *Eccli.* 7. *v.* 1. 2. 3.

6. Væ mihi ſuper contritione mea, peſſima plaga mea, ego autem dixi: planè hæc infirmitas mea eſt, & portabo eam. *Ierem.* 10. *verſ.* 19.

CAPUT XIX.

Non omnis tamen tribulatio eſt propter peccata.

1. NOnnè diſſimulavi? nonnè ſilui? nonnè quievi? & venit ſuper me indignatio. *Job.* 3. *v.* 26.

2. Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in ſtatera, quaſi arena maris hæc gravior appareret, undè, & verba mea dolore ſunt plena. *Iob.* 6. *v.* 2. 3.

3. In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam ſine cauſa. *Iob.* 9. *v.* 17.

4. Rabbi, quis peccavit, hic aut parentes ejus, ut cæcus naſceretur reſpondit Jeſus neque hic peccavit, neque parentes ejus, ſed ut manifeſtentur opera Dei in illo. *Joan.* 9. *v.* 2. 3.

CAPUT XX.

Ad probationem à Deo immittitur, atque ad purgationem & conſtantiam majorem.

1. QUia acceptus eras Deo, neceſſe fuit ut tentatio probaret te. *Iob.* 12. *v.* 13.

2. Tentati ſunt patres noſtri, ut probarentur, ſi verè colerent Deum ſuum. *Iudith* 8. *v.* 21.

3. Non delebo gentes, quas dimiſit Joſue, & mortuus eſt, ut in ipſis

ipſis experiar Iſraël, utrum cuſtodiant viam Domini, & ambulent in ea, ſicut cuſtodierunt patres eorum, an non. *Iudic.* 2. *v.* 21. 22.

4. Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem. *Rom.* 5. *v.* 4.

5. Ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem, ut tentemini. *Apoc.* 2. *v.* 10.

6. Vaſa figuli probat fornax, & homines juſtos tentatio tribulationis. *Eccli.* 27. *v.* 6.

7. Sicut igne probatur argentum & aurum camino, ita corda probat Dominus. *Prov.* 17. *v.* 3.

8. Cujus ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. *Matt.* 3. *v.* 12.

9. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem qui fert fructum purgabit eum, ut fructum plus afferat. *Ioan.* 15. *v.* 2.

10. Obſecro eos, qui hunc librum lecturi ſunt, ne abhorreſcant propter adverſos caſus; ſed reputent ea, quæ acciderunt, non ad interitum, ſed ad correptionem eſſe generis noſtri: etenim non multo tempore ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim ultiones adhibere magni beneficii eſt indicium; non enim ſicut in aliis nationibus Dominus patienter expectat, ut eas, cùm dies judicii advenerit, in plenitudine peccatorum puniat; ita & in nobis ſtatuit, ut peccatis noſtris in finem devolutis, ita demum in nos vindicet: propter quod nunquam quidem à nobis miſericordiam ſuam amovet, corripiens verò in adverſis populum ſuum non derelinquit. 2. *Mach.* 6. *verſ.* 12. 13. 14. 15. 16.

CAPUT XXI.

In eos, qui tribulatione non emendantur.

1. SI contuderis ſtultum in pila, quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia ejus. *Prov.* 27. *verſ.* 22.

 2. Multo

Digitized by Google

2. Multo labore ſudatum eſt, & non exivit de ea nimia rubigo ejus, neque per ignem. Immunditia tua execrabilis, quia mundare te volui, & non es mundata à ſordibus tuis, ſed nec mundaberis prius, donec quieſcere faciam indignationem meam in te. *Ezech.* 24. *v.* 12. 13.

3. Omnes iſti Principes declinantes ambulantes fraudulenter æs & ferrum univerſi corrupti ſunt: defecit ſufflatorium, in igne conſumptum eſt plumbum, fruſtra conflavit conflator: malitiæ enim eorum non ſunt conſumptæ: argentum reprobum vocate eos, quia Dominus projecit illos. *Ier.* 6. *v.* 28. 29. 30.

4. Non contriſtabit juſtum, quicquid ei acciderit: impii autem replebuntur malo. *Prov.* 12. *v.* 21.

CAPVT XXII.

Tribulatio communis bonis & malis, læta patienter Dei amicos conſtituit.

1. VNum eſt, quod locutus ſum, & innocentem & impium ipſe conſumit. *Job.* 9. *v.* 22.

2. Etſi impius fuero, væ mihi eſt, etſi juſtus, non levabo caput ſaturatus afflictione, & miſeriâ: & propter ſuperbiam quaſi leænam capies me, reverſuſque miſerabiliter me crucias. *Job.* 10. *v.* 15. 16.

3. Si lotus fuero quaſi aquis nivis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ, tamen ſordibus intinges me, & abominabuntur me veſtimenta mea. *Iob.* 9. *v.* 30. 31.

4. Memores eſſe debent, quomodo Pater noſter Abraham tentatus eſt, & per multas tribulationes probatus Dei amicus effectus eſt: ſic Iſaac, ſic Iacob, ſic Moyſes, & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes tranſierunt fideles. *Iudith* 8. *v.* 22. 23.

5. Omnes, qui piè volunt vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patientur. 2. *Tim.* 3. *v.* 12.

6. Nonnè hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? *Luc.* 24. *v.* 26.

7. In igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. *Eccli.* 2. *v.* 5.

C A-

Digitized by Google

CAPVT XXIII.

Tribulationis & conſolationis viciſsitudo ad Dei gloriam ordinata.

1. VIſitas eum diluculò, & ſubitò probas illum. *Job.* 7. *verſ.* 18.

2. Ipſe vulnerat & medetur, percutit & manus ejus ſanabunt: in ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum: in fame eruet te de morte, & in bello de manu gladii. *Iob.* 5. *verſ.* 18. 19. 20.

3. Sion in judicio redimetur; & reducent eam in juſtitia. *Iſ.* 1. *verſ.* 27.

4. Ecce tuli de manu tua calicem ſoporis, fundum calicis indignationis meæ, non adjicies ut bibas eum ultra: & ponam illum in manu eorum, qui te humiliaverunt. *Iſ.* 51. *v.* 22. 23.

5. Septies enim cadit juſtus & reſurget: impii autem corruunt in malum. *Prov.* 24. *v.* 16.

6. Ero eis quaſi exaltans jugum ſuper maxillas eorum; & declinavi ad eum, ut veſceretur. *Oſee* 11. *v.* 4.

7. Propterea hæc dicit Dominus: revertar ad Ieruſalem in miſericordiis, & domus mea ædificabitur in ea, ait Dominus exercituum, & perpendiculum extendetur ſuper Ieruſalem, adhuc clama dicens: hæc dicit Dominus exercituum: adhuc affluent civitates meæ bonis, & conſolabitur adhuc Dominus Sion, & eliget adhuc Jeruſalem. *Zach.* 1. *v.* 16. 17.

8. Noli timere Sion, non diſſolvantur manus tuæ: Dominus Deus tuus in medio tui fortis ipſe ſalvabit: gaudebit ſuper te in lætitia, ſilebit in dilectione tua, exultabit ſuper te in laude. *Sophon.* 3. *verſ.* 16. 17.

9. Non repellet in ſempiternum Dominus: quia ſi abjecit, & miſerebitur ſecundùm multitudinem miſericordiarum ſuarum. *Thren.* 3. *v.* 31. 32.

10. Speciosa miſericordia Dei, in tempore tribulationis, quaſi nubes

Digitized by Google

bes pluviæ in tempore ſiccitatis. *Eccli.* 35. *v.* 26.

11. Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eam. *Joan.* 11. *v.* 4.

CAPVT XXIV.

Promittitur à Deo tribulatio, tanquam magnum aliquod bonum, & à juſtis expetitur.

1. DUcam tertiam partem per ignem, & uram eos ſicut uritur argentum, & probabo eos, ſicut probatur argentum. *Zach.* 13. *v.* 9.

2. Et tu noli timere, ſerve meus Jacob, ait Dominus, quia tecum ego ſum, quia ego conſumam cunctas gentes, ad quas ejeci te, te verò non conſumam, ſed caſtigabo te in judicio, nec quaſi innocenti parcam tibi. *Jer.* 46. *v.* 28.

3. Ipſe quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum; & ſedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Levi, & colabit eos quaſi aurum, & quaſi argentum; & erunt Domino offerentes ſacrificia in juſtitia. *Malach.* 3. *v.* 2. 3.

4. Amen dico vobis, nemo eſt, qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem aut matrem, aut filios aut agros propter me, & propter Evangelium, qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc, domos & fratres & ſorores & matres & filios & agros cum perſecutionibus, & in ſæculo futuro vitam æternam. *Mar.* 10. *v.* 29. 30.

5. Corripe me Domine, veruntamen in judicio, & non in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me. *Ier.* 10. *v.* 24.

6. Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat, ut requieſcam in die tribulationis, ut aſcendam ad populum accinctum noſtrum. *Habacuc* 3. *v.* 16.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXV.

Tribulatio hujus vitæ exigua, reſpectu gloriæ ſecuturæ.

1. ITa alienatus mente Antiochus non conſiderabat, quòd propter peccata habitantium civitatem modicum Deus fuerat iratus: propter quod & accidit circa locum deſpectio. 2. *Mach.* 5. *verſ.* 17.

2. In paucis vexati, in multis benè diſponentur, quoniam Deus tentavit eos, & invenit illos dignos. *Sap.* 3. *v.* 5.

3. Nunc non infert furorem ſuum, nec ulciſcitur ſcelus valdè. *Job.* 35. *v.* 15.

4. Cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo, oves quoque & boves, & numulariorum effudit æs, & menſas ſubvertit. *Joan.* 2. *v.* 15.

5. Deus omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Jeſu, modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit ſolidabitque; ipſi gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. 1. *Pet.* 5. *v.* 10.

6. Exiſtimo quòd non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. *Rom.* 8. *v.* 18.

7. Id quod in præſenti eſt momentaneum, & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis; non contemplantibus nobis ea, quæ videntur, ſed quæ non videntur. 2. *Cor.* 4. *v.* 17.

CAPVT XXVI.

Tribulationis ſuperatæ effecta in animo & corpore, intellectu, & voluntate.

1. BEatus homo qui corripitur à Deo, increpationem ergo Domini ne reprobes. *Iob.* 5. *v.* 17.

2. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in

Digitized by Google

bonum, iis qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt ſancti. *Rom.* 8. *verſ.* 28.

3. Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. *Iac.* 1. *v.* 12.

4. Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. *Matt.* 5. *v.* 10.

5. Confirmantes animas diſcipulorum, exhortanteſque ut permanerent in fide: & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. *Act.* 14. *v.* 21.

6. Omnis diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudii, ſed mœroris, poſtea verò fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet juſtitiæ: propter quod remiſſas manus, & ſoluta genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris, ut non claudicans quis erret, magis autem ſanetur. *Hebr.* 12. *v.* 11. 12. 13.

7. Qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus. *Matt.* 10. *v.* 38.

8. Caſtigâſti me & eruditus ſum, quaſi juvenculus indomitus. *Ier.* 13. *v.* 18.

9. Tantummodò ſola vexatio dabit intellectum auditui. *Iſ.* 28. *verſ.* 19.

10. Livor vulneris abſterget mala; & plagæ in ſecretioribus ventris. *Prov.* 20. *v.* 30.

11. Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Ut ſpes noſtra firma ſit pro vobis: ſcientes quòd ſicut ſocii paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis. 2. *Cor.* 1. *v.* 5. 7.

12. Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio, in omni tribulatione noſtra. 2. *Cor.* 7. *v.* 4.

13. In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur: aporiamur, ſed non deſtituimur, perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur, dejicimur, ſed non perimus: propter quod non deficimus; ſed licèt is, qui foris eſt noſter homo corrumpitur, tamen is, qui intus eſt, renovatur de die in diem. 2. *Cor.* 4. *v.* 8. 16.

14. Dixit mihi: ſufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur: libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Chriſti. 2. *Cor.* 12. *v.* 9.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXVII.

Tribulatio excitat ad quærendum Deum.

1. IN tribulatione ſua manè conſurgent ad me: venite & revertamur ad Dominum. *Oſea.6.v.* 1.

2. Quoniam die ac nocte gravata eſt ſuper me manus tua, converſus ſum in ærumna méa, dum configitur ſpina. *Pſ.* 31. *v.* 4.

3. In camo & freno maxillas eorum conſtringe; qui non approximant ad te. *Ibidem v.* 9.

4. Cùm occideret eos, quærebant eum: & revertebantur, & diluculò veniebant ad eum. *Pſ.* 77. *v.* 34.

5. Imple facies eorum ignominiâ, & quærent nomen tuum Domine. *Pſ.* 82. *v.* 17.

CAPVT XXVIII.

Queritur Deus, ne poſt multas quidem tribulationes ad ſe reverti peccatores.

1. EGo dedi vobis ſtuporem dentium in cunctis urbibus veſtris, & indigentiam panum in omnibus locis veſtris, & non eſtis reverſi ad me, dicit Dominus. *Amos* 4. *v.* 6.

2. Percuſſiſti eos, & non doluerunt, attriviſti eos & renuerunt accipere diſciplinam, induraverunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reverti. *Ier.* 5. *v.* 3.

3. Diſpergam eos ventilabro in portis terræ, interfeci & diſperdidi populum meum, & tamen à viis ſuis non ſunt reverſi. *Ierem.* 15. *verſ.* 7.

4. Fruſtra percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt, devoravit gladius veſter prophetas veſtros, quaſi leo vaſtator generatio veſtra. *Jer.* 2. *v.* 30.

5. Et non clamaverunt ad me in corde ſuo, ſed ululabant in cubi-

Digitized by Google

ibus ſuis, ſuper triticum & vinum ruminabant, receſſerunt à me. *Oſea* 7. *v.* 14.

6. Propter multitudinem calumniatorum clamabunt, & ejulabunt propter vim brachii tyrannorum, & non dixit: ubi eſt Deus, qui fecit me, qui dedit carmina in nocte: qui docet nos ſuper jumenta terræ, & ſuper volucres cæli erudit nos: ibi clamabunt & non exaudiet propter ſuperbiam malorum. *Iob.* 35. *v.* 9. 10. 11. 12.

CAPVT XXIX.

Tribulationem qui ſuſtinet honoratur, qui eam reſpuit, ut inſipiens confunditur.

1. LAmpas contempta apud cogitationes divitum parata ad tempus ſtatutum. *Iob.* 12. *v.* 5.

2. Quem diligit Dominus caſtigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit: in diſciplina perſeverate, tanquam filiis offert ſe Deus: quis enim filius, quem non corripit Pater? quod ſi extra diſciplinam eſtis, cujus participes facti ſunt, omnes ergò adulteri, & non filii eſtis. *Hebr.* 12. *v.* 6. 7. 8.

3. Quem diligit Dominus corripit, & quaſi Pater in filio complacet ſibi. *Prov.* 3. *v.* 12.

4. Ego quos amo arguo & caſtigo. *Apoc.* 3. *v.* 19.

5. Qui diligit diſciplinam, diligit ſcientiam: qui autem odit increpationes, inſipiens eſt. *Prov.* 12. *v.* 1.

CAPVT XXX.

Tribulatio excipienda hilari animo, & habenda pro lucro.

1. IN die malorum ne immemor ſis bonorum: quoniam facilè eſt coram Deo in die obitûs retribuere unicuique ſecundùm vias ſuas. *Eccli.* 11. *v.* 27. 28.

2. Qui

2. Qui vicerit non lædetur à morte ſecunda. *Apoc*. 2. *v*. 11.

3. Si deſperaveris laſſus in die anguſtiæ, imminuetur fortitudo tua. *Prov*. 24. *v*. 10.

4. Iram Domini portabo, quoniam peccavi ori, donec cauſam meam judicet; & faciat judicium meum, educet me in lucem, videbo juſtitiam ejus. *Mich*. 7. *v*. 9.

5. Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis, ſcientes, quod probatio fidei veſtræ patientiam operatur. *Iac*. 6. *v*. 1. 2. 3.

6. Inventi ſunt ſermones tui, & comedi eos, & factum eſt verbum tuum in lætitiam, & gaudium cordis mei, quoniam invocatum eſt nomen tuum ſuper me, Domine Deus exercituum. *Ier*. 15. *v*. 16.

7. Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor. 2. *Cor*. 11. *v*. 30.

8. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Chriſti. 2. *Cor*. 12. *v*. 9.

9. Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum. *Phil*. 1. *v*. 21.

CAPVT XXXI.

Sperandum in Deo, qui juvat & liberat tribulatos.

1. OMnia poſſum in eo, qui me confortat. *Phil*. 4. *v*. 13.

2. Factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione ſua, ſpes à turbine, umbraculum ab æſtu, ſpiritus enim robuſtorum, quaſi turbo impellens parietem. *Iſ*. 25. *v*. 4.

3. Clamaverunt juſti & Dominus exaudivit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos; juxta eſt Dominus iis, qui tribulato ſunt corde, & humiles ſpiritu ſalvabit: multæ tribulationes juſtorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus. Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, unum ex his non conteretur. *Pſ*. 33. *v*. 18. 19. 20. 21.

4. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum; cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. *Pſ*. 90. *v*. 15.

5. Quia adhuc mihi viſus procul, & apparebit in finem, & non men-

mentietur, ſi moram fecerit, exſpecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit. *Hab.* 2. *v.* 3.

6. Exſpecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum. *Pſ.* 26. *v.* 14.

CAPVT XXXII.

Exempla fortiter ſuperatæ tribulationis.

1. NOn volumus ignorare vos, fratres, de tribulatione noſtra, quæ facta eſt in Aſia, quoniam ſupra modum gravati ſumus, ſupra virtutem, ita ut tæderet nos etiam vivere: ſed ipſi in nobiſmetipſis reſponſum mortis habuimus, ut non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo, qui ſuſcitat mortuos. 2. *Cor.* 1. *v.* 8. 9.

2. Rememoramini priſtinos dies, in quibus illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum, & in altero quidem opprobriis & tribulationibus ſpectaculum facti; in altero autem ſocii taliter converſantium effecti: nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem & manentem ſubſtantiam. *Hebr.* 10. *v.* 32. 33. 34.

3. Hanc autem tentationem (cæcitatis ſcilicet) ideò permiſit Dominus evenire illi, ut poſteris daretur exemplum patientiæ ejus, ſicut & Sancti Job: nam cùm ab infantia ſua ſemper Deum timuerit, & mandata ejus cuſtodierit, non eſt contriſtatus contra Deum, quòd plaga cæcitatis evenerit ei: ſed immobilis in Dei timore permanſit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ ſuæ: nam ſicut beato Job inſultabant Reges; ita iſti parentes & cognati ejus irridebant vitam ejus, dicentes: ubi eſt ſpes tua pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas. Tobias verò increpabat eos, dicens: nolite ita loqui, quoniam filii ſanctorum ſumus, & vitam illam exſpectamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo. *Tob.* 2. *v.* 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.

4. In tempore tribulationis ſuæ clamaverunt ad te, & tu de cælo audîſti, & ſecundùm miſerationes tuas multas, dediſti eis ſalvatores, qui ſalvarent eos de manu hoſtium ſuorum. 2. *Eſdr.* 9. *v.* 27.

5. Scio tribulationem tuam & paupertatem tuam, ſed dives es, & blaſ-

Digitized by Google

blaſphemaris ab his, qui ſe dicunt judæos eſſe, & non ſunt, ſed ſunt Synagoga ſatanæ: nihil horum timeas, quæ paſſurus es: eccè miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem, ut tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem: eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. *Apoc. 2. v. 9. 10.*

CAPVT XXXIII.

Iaculatoria confugientis ad Deum in tribulatione, & forti animo eam ferentis.

1. DOmine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis. *Jer. 16. v. 19.*

2. Virga tua & baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt. *Pſ. 22. v. 4.*

3. Paraſti in conſpectu meo menſam, adverſus eos qui tribulant me. *Ibidem v. 5.*

4. Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala quarè non ſuſcipiamus? *Iob. 2. v. 10.*

5. Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum. *Job. 1. v. 21.*

6. Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis, faciat. *1. Reg. 3. verſ. 18.*

7. Ficus non florebit, & non erit germen in vineis: mentietur opus olivæ, & arva non afferent cibum: abſcindetur de ovili pecus, & non erit armentum in præſepibus: ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Jeſu meo. *Heb. 3. v. 17.*

8. Placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto: cùm enim infirmor, tunc potens ſum. *2. Cor. 12. v. 10.*

LI-

Digitized by Google

LIBER IV.

De præcipuis hujus ævi CONTROVERSIIS,

Qui eſt gladius Spiritus è Sacro divinarum Scripturarum armamentario depromptus, ad Regna ſubvertenda errorum, & veritatis Catholicæ Imperium ſtabiliendum.

PROLOGUS.

MAgnus olim Catholicæ Fidei propugnator Athanaſius, rogatus à Conſtante Imperatore, cui per ampliſsimi regni gubernationem, integrum non erat multæ lectioni vacare, Synopſin edidit doctrinæ ſacræ capita præcipua complectentem. Sanctus Cyprianus tribus ad Quirinum libris ex Scripturis divinis in Epitomen redegit, quæ ſive ad doctrinam Fidei ſive ad morum diſciplinam ſcitu maximè neceſſaria vi-

deban-

Digitized by Google

debantur. Vtrumque ſecutus D. Auguſtinus confecit ſpeculum, de quo Poſsidius Calamenſis Epiſcopus in vita ipſius, cap. 28. *Prodeſſe omnibus volens*, inquit, *& volentibus multa librorum legere, & non valentibus, ex utroque divino Teſtamento, veteri & novo, pæmiſſâ præfatione, præcepta divina, ſeu vetita ad vitæ regulam pertinentia expreſsit, atque ex his unum Codicem fecit, ut qui vellet, legeret; atque in eo, quàm vel obediens Deo, vel inobediens eſſet, agnoſceret; atque hoc opus voluit ſpeculum appellare.* Horum, aliorumque complurium Exemplo, cum præcedentes libri, tum verò quartus iſte, præcipuas quaſque, nos inter & adverſarios, horum temporum Controverſias Dei Verbo decidens, è divinis Scripturis eſt digeſtus, non quidem litterali ordine, quem ſecuti ſunt non pauci, qui varios edidêre locos communes in S. Scripturam, aliàs Florum nomine, aliàs Theſauri Bibliorum, aut Concordantiarum titulis inſignitos; ſed ordine naturæ, ac doctrinæ à Bellarmino, & aliis quibuſque præſtantiſsimis Auctoribus obſervato, ita tamen; ut quæ ipſi diffusè ingentibus voluminibus proſecuti ſunt, horum ſumma capita brevi & ſuccincto ex ipſis præcisè ſcripturis concinnato Compendio exhibeantur, quibus è ſenſu pro-

prio addere aliquid, aut inſerere, lex huic operi dicta & acceptata non permiſit; ſi qui fortè Explicationis lumen aliquod requirent, conſulant, ſi lubet Commentaria ſuper his in lucem jam evulgata, in quibus & devinctio horum, quæ ſit, connexioque cernitur, & illuſtratio illorum, quæ ambigua videri poterunt, aut obſcura. Fors etiam ſcriptum hoc incrementum capiet & vires à tempore; adeoque Vatis Lyrici verbis: *Creſcet occulto velut arbor ævo.* Interim Iſagoge in juniorum gratiam præmiſſa & ſubnexi Canones manuductoris & Interpretis vicem gerent, quibus cum inſcriptio Libri, tum uſus, ordo, ſcopus, methodicè declarantur.

IN-

Digitized by Google

INTRODUCTIO

Ad ſecurum hujus Gladii ſpiritualis uſum.

Quæ brevi compendio vim ipſius & Efficaciam præcipuam complectitur.

DISTINCTIO PRIMA.

Armatura ſacra.

ACcipite armaturam Dei, ut poſsitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate. & induti loricam juſtitiæ, & calceati pedes in præparatione Evangelii pacis, in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſsitis omnia tela nequiſsimi ignea ex tinguere: & galeam ſalutis aſſumite: & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. ad Epheſ. 6. ver. 13. & ſequentibus. Bellum grave & vehemens, omniumque expers induciarum, cum triplici hoſtium genere nobis gerendum eſt, cum carne videlicet, mundo, & Diabolo, omnibuſque eorum complicibus & aſſeclis. *Nam caro concupiſcit adverſus ſpiritum: Spiritus autem adverſus carnem: Hæc enim ſibi invicem adverſantur, ut non quæcunque vultis, illa faciatis.* ad Galat. 5. 17. Neque ſolùm caro adverſus ſpiritum concupiſcit; ſed etiam *mundus, qui totus in maligno poſitus eſt*, ut teſtatur Sanctus Evangeliſta Joannes 1. Ioan. 5.19. Et, ut D. Iacobus inquit: *Amicitia hujus mundi inimica eſt Deo, quicunque ergo voluerit eſſe amicus ſæculi hujus, inimicus Dei conſtituitur.* Jacob. 4. 4. Adverſatur etiam vel maximè Dæmon, capitalis Chriſtianæ militiæ inimicus, de quo S. Petrus: *Adverſarius veſter Diabolus, tanquam leo rugiens circuit; quærens quem devoret, cui reſiſtite fortes in fide.* 1. Petri 5. 8. Denique refragantur etiam

Digitized by Google

habitus vitioſi, & mala conſuetudo, quæ teſte Philoſopho, eſt quaſi altera natura, maximè in iis, qui diuturnitate temporis, & actuum frequentatione in malis conſenuerunt. In temporali quidem Republicâ alii colendis agris, alii artibus mechanicis, alii aliis negotiis, pauci ordinariè bello intendunt. At in Chriſtianæ Republicâ Eccleſiæ omnes omnino ad ſacram militiam vocati ſunt. Unde omnes ſanctos vidit Ioannes palmis ornatos: palmæ verò poſt feliciter geſta bella dabantur triumphantibus: omnes ergo pugnaverunt, omnes vicerunt. Omnes nos, quotquot in militante Eccleſiâ degimus, pugnare & vincere oportet, ſi ad triumphantem aſcendere in animo eſt. Uti pluribus declaratur in Enchiridio Militiæ Chriſtianæ Titulo 2. Diſt. 1. n. 1.

DISTINCTIO II.

Militia Chriſtiana.

HUic ſacro bello feliciter conficiendo verbis allegatis armaturam ſpiritalem offert Apoſtolus: quanquam enim Chriſtianæ militiæ legitimi alumni, ceteris hominibus ſimiles carneam hanc molem circumferant, non tamen, ut alii, bellum ſecundùm carnem gerunt; ut cum Apoſtolo jure illis dicere liceat: *In carne ambulantes non ſecundum carnem militamus: nam arma militia noſtra non carnalia ſunt.* 2. ad Cor. 10. v. 4. Id eſt, ſimilia illis, quæ ſerviunt militiæ corporali, quibus hujus mundi homines, apud ſuos auctoritatem parant, & reverentiam conciliant; *Sed potentia Deo*, hoc eſt, prævalida & efficacia propter infinitam illam Dei potentiam, quâ nituntur, ad devincendos videlicet, & ſubigendos omnes adverſarios, ſive robore & ſublimitate ſuâ, ſive callidâ machinatione, arte, doloque metuendos. Hoc ſiquidem eſt, quod ſignificat Apoſtolus verbis ſequentibus: *Ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe adverſus ſcientiam Dei. Et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti, & in promptu habentes ulciſci omnem inobedientiam*, &c. ibidem verſu 4. 5. & 6. Ut ſcilicet omnis adverſæ partis conatus, omnis cogitatio & intellectus, quantumcunque in conſilio verſutus, quantumcunque in potentiâ & ſapientiâ altus & ſublimis; quaſi hoſtis, armis hiſce devictus, vel ſe dedat obſequio Ducis

Digitized by Google

Ducis noſtri ac Domini Chriſti; vel certè ſi pertinax in rebellione perſiſtat, meritam ultionem ſuſtinere debeat, de quo plura Militiæ Chriſtianæ *Tit. 6. Diſt. 1. n. 2. & 3.*

DISTINCTIO III.

Gladius Spiritus.

VErùm de reliquis panopliæ Chriſtianæ ab Apoſtolo propoſitis armis aliàs prolixiùs; Nunc quem poſtremo loco aſſignat, gladium ſpiritûs lubet, ad ipſius commodiorem uſum ac tractationem reddendam exercitatiorem, paulò ſtudioſiùs contemplari. Gladius itaque ſpiritûs eſt gladius ſpiritalis, qui teſte Apoſtolo, eſt Verbum Dei, priora propriè ad defendendum; hic ad vim inferendam quoque utilis eſt: Non enim modò ſalvare animas noſtras; ſed & caput Draconis amputare fas eſt. Acies illius quàm potens & efficax ſit ad inferenda hoſtibus vulnera, colligere licet ex illo Apoſtoli: *Vivus eſt ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens uſque ad diviſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoque & medullarum.* ad Hebræos 4. verſ. 12. Quæ verba licèt paſſim Interpretes intelligant de filio Dei, qui dicitur λόγος, id eſt, verbum vel ſermo mentis & conceptus paterni, & penetrabilior eſt omni gladio ancipiti, id eſt, acutiſſimè penetrat omnium corda & cogitationes, & pervidet ac diſcernit omnes motus, tam naturæ, quàm gratiæ, ut nulla eum, quantumvis in corde abſcondita, latere poſſit iniquitas: Non incongruè tamen ad noſtrum inſtitutum intelligi etiam poſſunt de ſacris oraculis omnipotentis Dei, quæ in ſcripturâ continentur. Hæc enim, ſive ad vim adverſariorum noſtrorum propulſandam, ſive ad inferendam efficaciſſima ſunt, & omnem eorum munitionem penetrant inſtar gladii ancipitis, duplicem habentis aciem germanicam, aciem videlicet duorum inſtrumentorum, novi & veteris, ut explicat Magnus Auguſtinus lib. 4. de Civit. Dei. cap. 2.

Digitized by Google

DISTINCTIO IV.

Exemplo Chriſti Domini.

HOc gladio acuto utrimque & incidente Chriſtus Dux & Magiſter noſter, non ſolùm omnia tela nequiſſimi ignea repulit, ſed & tentantem in deſerto & oppugnantem Satanam jugulavit. Eadem enim ſcriptura & ferit ac vulnerat adverſarios, quod eſt gladii, & jacula hoſtium repellit, quod eſt clypei. Priore modo potiſsimè, de illâ in præſenti loquimur, juxta illud Apoſtoli: *Et gladium ſpiritus accipite, quod eſt Verbum Dei.* Ad Epheſ. 6. 14. poſteriore modo ſcripturam accepit ſapiens, cùm dixit: *omnis ſermo Dei ignitus clypeus eſt.* Proverb. 30. 5. Et verò in illâ præclarâ monarchiâ Ducis noſtri Chriſti, & hoſtis Diaboli, iſte ſcripturæ gladio pugnabat, ille ſcripturæ clypeo gladioque ſimul reſiſtebat. Atque, ut nobis hoc armaturæ genus vehementer Dominus commendaret, omnibus adverſarii telis, nullum aliud, quàm ex ſcripturarum armamentario deſumptum oppoſuit. Tentabatur primò, ut in panem lapides commutaret: reſpondit, non in ſolo pane, vivere hominem, nec Deum pane quo hominem cibet, indigere; cùm poſsit eum, quocunque velit modo, ſuſtentare; ex libro videlicet Moyſis quinto, ubi inter cetera, ita populum Judaicum alloquitur: *Dominus Deus tuus dedit tibi cibum Manna, quod ignorabas tu & patres tui, ut oſtenderet tibi, quòd non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod egreditur de ore Domini.* Deut. 8. 3. Tentabatur ſecundò, ut de pinnaculo templi ſe præcipitem daret. Stiptum enim eſſe; *quoniam Angelis ſuis Deus mandaſſet de illo, ut in manibus ſuis tollerent eum, ne forte offenderet ad lapidem pedem ſuum*: Pſalmo 50. Reſpondit ex eodem libro quinto Moyſis, rurſum ſcriptum eſſe: *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Deut. 6. 16. Tentabatur tertiò, ut Diabolum quaſi mundi Dominum adoraret. Reſpondit iterum ex eodem libro; ſcriptum eſt: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies. Deut. 6. 13. Hoc igitur modo, Chriſtus Dux ac Magiſter, in ſua tentatione ſacrarum ſcripturarum præſidio uti voluit, ad noſtrum videlicet exemplum, ut ſi inter quotidiana & continua vitæ hujus pericula, inter haſtas & gladios tuti in-

Digitized by Google

incedere cupiamus in omnibus actionibus & negotiis, tam in proſperis, quàm aduerſis, aſſumamus gladium ſpiritus; conſulamus eloquia Dei, non audiamus vocem eorum, qui dicunt malum bonum, & bonum malum; amarum dulce, & dulce amarum, quorum *ſermones molliti ſunt ſuper oleum, & ipſi ſunt jacula.* Pſalmo 54. verſu 22. Videri poteſt Milit. Chriſtianæ Tit. 6. D. 8.

DISTINCTIO V.

Et ſanctorum imitatione diſtrictus.

HOc mucrone ancipiti brachium potenter armârunt omnes Chriſtianæ militiæ generoſiores Athletæ, eoque uſi ſunt adverſus quoslibet hoſtium inſultus, ut conſtat ex geſtis eorum poſteritati conſignatis. Sanctus Chryſoſtomus cùm ab Eudoxiâ in exilium pelleretur, & extrema quæque ei intentarentur mala, ſcribens ad Cyriacum: Ego cùm è Civitate fugarer, inquit, nihil horum curabam; ſed dicebam intra me ipſum, ſiquidem vult me Regina exulem, agat in exilium, *Domini eſt terra & plenitudo ejus.* Et ſi vult ſecare, ſecet; idem paſſus eſt Iſaias; ſi vult in pelagus mittere, Ionæ recordabor. Si me lapidare vult, lapidet me: Stephanum habeo primum Martyrum ſocium. Si & caput tollere vult, tollat, habeo ſocium Joannem Baptiſtam; & ſi ſubſtantiam auferre, auferat: Nudus exivi de utero matris meæ, & nudus revertar illuc, &c. Sancta Paula in omni re & tentatione, ſacrâ ſcripturâ ſe armabat, & ad perfectionem inſtruebat, teſte ſancto Hieronymo; ut videretur eſſe quædam arca teſtamenti, & armamentarium ſcripturæ. In periculis loquebatur: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me.* Cùm everſio totius patrimonii narraretur, ajebat. *Nuda exivi de utero matris.* In crebrâ infirmitate: *Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, donec mortale hoc induat immortalitatem.* In mœrore decantabat. *Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo,* & ita in ſimilibus.

DIS-

Digitized by Google

DISTINCTIO VI.

Ad regna ſubvertenda vitiorum & errorum.

ET verò nihil utilius, nihil decentius, nihil neceſſarium eſt magis quàm ut hunc, quem Apoſtolus aſſignat, quem Sancti omnes verbo & exemplo tantoperc deprædicant gladium ſpiritus, nullo non tempore lateri accinctum habeat miles Chriſti. In omni adverſarum partium incurſione aliquid divinarum ad manum habeat litterarum quo ſeipſum ſoletur, & copias hoſtiles profliget, ſuperetque. Adverſus omne vitiorum genus parata habeat certa divini Numinis elogia. Etenim ſi Miles ſæcularis honori ſibi ducat, ornatum enſe incedere, imò etiam ad omnem hoſtilitatis ſtrepitum prehendere capulo: adeoque ad verbum aſperum ſtringere: turpe foret Chriſtianum militem non provocatum ſolùm, ſed etiam multis expetitum ictibus, vix tandem vindicias cogitare. Magno quidem diſcrimine ſæcularis & Chriſtianæ militiæ placita diſtinguuntur. Inglorius habetur & ignavus, qui illatam injuriam invindicatam tranſit: ille nobilis & generoſus, cui ad minus urbana verba manus capulo vicinior, cui non ſatis, æquale malum intuliſſe, niſi & nova injuria infligatur, ut ſuus læſo ſtet honor. Ita paſſim mundi hujus purpurata mancipia, quibus ſolemne vim vi repellere, nihilque pati inultum, perinde atque Marcellus ille, cujus hoc nomine magnitudo animi à Virgilio ſub finem libri æneidos ſexti, invictaque bello commendatur dextera:

——— Non illi quiſquam ſe impunè tuliſſet
Obvius armato, ſeu cum pedes iret in hoſtem,
Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos.

At ſuo exemplo Chriſtus docuit, omnem injuriam inſigni manſuetudine expungere, non convitium pro convitio, dentem pro dente, ferrum pro ferro; ſed pro maledictis benefacta, pro alapâ maxillam alteram, pro perſecutoribus preces, amorem pro odio reponere; æternæ veritatis ab illo ſtat poſitum axioma: *Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Matth. 26. *v.* 52. Ita rem habere jam olim ſuo vel periculo vel clade teſtati ſunt Cainus profugus, Jezabelis canes, Achab in omni poſteritate punitus, Abſolon de quercu pendulus, tribuſque

Digitized by Google

buſque lanceis confixus poſt cædem Ammonis, Joab poſt confoſſum Abner & Amaſam nequidem inter altaria tutus, Athalia poſt cædem filiorum Regis juſſu Joiadæ Sacerdotis occiſa, Saul poſt cædem Sacerdotum & intentatam mortem Davidi, ſuo & precario Adoleſcentis Amalecitæ ferro cadens, denique David poſt Uriæ mortem audiens à Prophetâ: *Non recedet gladius de domo tuâ uſque in ſempiternum.* 2. Reg. 12. *v.* 10. Eſt nihilominus, in quo hanc etiam ſecularis dexteræ promptitudinem eminentiore modo exprimat palæſtrita Chriſtianus, vigilando nimirum, laborando, hoſtiles quoſcunque aſſultus actutum retundendo, & generoſo heroicarum virtutum exercitio continuum faciendo excidium errorum ac vitiorum. Nam profectò ſi nullæ aliæ machinationes eſſent hoſtium metuendæ, ſoli rebellantium affectionum inteſtini tumultus ſolidarum germanarumque virtutum, quaſi armorum aſſiduam tractationem exercitationemque deſiderant. Egregium hujus vigilantiæ ſpecimen dederunt filii Iſraël, qui duce Nehemiâ, Solymæ mœnia inſtaurabant, ſiquidem. *Hi una manu faciebant opus, & alterâ tenebant gladium, ædificantium enim unuſquiſque gladio erat accinctus renes, & ædificabant & clangebant buccinâ.* 2. Eſdræ 4. *v.* 17. quâ parte terror hoſtilis ingruebat. Non abſimile eſt, quod de Annibalis milite ſcribit Silius:

Et ne nocte quidem, clypeive enſeſve repoſti:
Non pharetra aut jacula, & pro membris arma fuêre.

Etenim hoſtes noſtri & vivunt & vigilant perpetuò, nullamque cladis inferendæ commoditatem prætermittunt. Hinc ſanctus Petrus: *Sobrii eſtote, & vigilate; quia adverſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens, circuit, quærens quem devoret.* 1. Petri 5. v. 8. & ante illum Regius Propheta David: *Sedet in inſidiis, & inſidiatur in abſcondito, quaſi leo in ſpeluncâ ſuâ.* Pſalmo 9. verſu 30.

DISTINCTIO VII.

Ac veritatis imperium ſtabiliendum.

QUanquam nec eâ latitudine univerſim hoc loco Gladius ſpiritalis in conſiderationem venit; ſed præcisè quatenus utilis ac neceſſarius eſt ad jugulandos errores, quibus hoc potiſſimùm tempore Ca-

tholica veritas impetitur: præcipuus enim hujus libri ſcopus eſt, ut cùm alii, qui legere dignabuntur, tum verò academica juventus uſu illius reddatur inſtructior ad reddendam, ubi opus fuerit, rationem ſuæ religionis, juxta illud Principis Apoſtolorum: *parati ſemper ad ſatisfactionem, omni poſcenti vos rationem de eâ quæ in vobis eſt ſpe*. 1. Petri 3. verſ. 15. de eâ videlicet ſpe, quam in nobis progignit, non mortua, ſed viva fides, quæ eſt *ſperandarum ſubſtantia rerum*, ut eſt ad Hebræos 11. v. 1. Quem in finem Concilium Tridentinum. Seſſ. 5. cap. 1. de reformatione; Concilium item Aquileienſe Anno 1596. celebratum §. de fide tuendâ, præ omnibus aliis ſacræ Scripturæ urgent ſtudia, ad fidei catholicæ propugnationem & defenſionem. Indignum enim foret, ſi cùm artium & ſcientiarum reliquarum documenta ſtudiosè paſſim tradantur, neglecta jacerent divinarum Scripturarum ſtudia, Evangelici verbi pabulum, divinorum eloquiorum majeſtas, & promiſſorum cœleſtium amplitudo, quod eſt unicum præſentis vitæ ſubſidium, & futuri ſæculi argumentum, ut ibidem cum Tridentino enunciat Concilium Aquileienſe.

DISTINCTIO VIII.

Diſcrimen inter arma.

ADverſarii quoque nihil æquè jactare ſolent, *ac verbum Domini, verbum Domini*, ut de iis vaticinatus eſt Hieremias Propheta cap. 23. verſ. 16. Sed revera non niſi ligneum enſem habent, litteram videlicet Scripturæ emortuam; gladium verò ſpiritûs qui vivus & efficax eſt, nunquam poſſunt aſſumere. Uni illum conceſſit Chriſtus Dux ac Magiſter noſter veræ Eccleſiæ ſuæ militanti, quæ hoc ancipiti armata mucrone, ſola terribilis eſt, ut caſtrorum acies ordinata, ut eſt Cant. 6. verſu 3. & jam pluribus declarabitur.

DIS-

DISTINCTIO IX.

Carnis & ſpiritus.

IN uſu diſputandi è divinis ſcripturis hoc diſcrimen intercedit nos inter & Adverſarios, quòd ipſi fidem ſuam permittant arbitrio interpretationum à proprio judicio, aut privato alicujus novatoris ſenſu procedentium; aut etiam curſui conſequentiarum, de quibus Sacra Pagina nullas leges aut regulas præfixit: Nos autem fidei articulos nunquam fundamus ſuper conſequentiâ ſimplici, quantumlibet bonâ, ſed revelatione Spiritûs Sancti, quæ nobis per Eccleſiam proponitur. Fide enim divinâ myſteriis revelatis aſſentimur, quia revelata ſunt; non quia per bonam conſequentiam ex ſacris Litteris deducuntur; auctoritate ſiquidem divinâ nititur Catholica Fides, non ratione naturali, aut evidentiâ conſequentiarum, licèt negandum non ſit hanc Chriſtianæ Fidei in multis ancillari. Ita jubemur à Chriſto controverſiis exortis non conſequentiarum bonitatem conſulere; ſed oraculum Eccleſiæ Matth. 18. verſ. 17. & ſequentibus. Quod etiam factum eſt Act. 15. ubi non dicunt Apoſtoli, colligitur; *ſed viſum eſt Spiritui Sancto & nobis.* Ibidem verſ. 18. Eccleſia enim, non quilibet homo privatus ſacram Scripturam citra errorem interpretatur, & infallibiles inde conſequentias deducit. Atque hac ratione: ut verbis utar Apoſtoli, 2. Cor. 10. verſu 4. *arma militiæ noſtræ*, ſive ex ſacris Litteris deſumpta argumenta, quibus Religio Orthodoxa defenditur verè & propriè ſunt potentia Deo, quia à Spiritu ſancto pondus & energiam ſuam habent, adeoque abſolutè & univerſim Scriptura Sacra ſolis Catholicis ita perfecta eſt, ut in eâ ſufficienter vel in ſpecie, vel in genere contineantur omnia, quæ ad ſalutem ſcitu ſunt neceſſaria, ut ex illâ efficaciter & infallibiliter, per auctoritatem Eccleſiæ Catholicæ probentur Orthodoxæ Fidei Articuli: imò ut de quolibet Fidei Articulo quivis Catholicus infallibiliter certus & verè fidelis jure uſurpet illa:

Sic ſacra docet nos Pagina,
Sic Concilia Generalia,
Sic univerſa Eccleſia,
Quam ſacra monſtrat Pagina.

Digitized by Google

DISTINCTIO X.

Inter Scripturæ uſum Catholicum.

E Contrario autem Adverſariis nec Sacra Scriptura perfecta eſt, nec ſufficienter explicat, quæ ipſi volunt; quia id non facit abſque authenticâ interpretatione Eccleſiæ, quam ipſi rejiciunt: Neque ipſi Scripturam explicant, prout ipſa explicari vult: eo quòd illam proprio ſuo, aut privato alicujus Sectarii judicio ſubjiciant, nec arma ſive argumenta illorum, quamvis ex Sacris Litteris ea ſe depromere exiſtiment, ſpiritualia ſunt, & potentia Deo, ſed propriè ex mente Apoſtoli dicenda *carnalia*, & nullarum virium: quia non nituntur auctoritate divinâ, ſed rationibus & praxibus duntaxat humanis; Ejuſmodi ſunt facundia, jactantia, adulationes, ſimulationes, aliaque quibus hujus mundi homines auctoritatem ſibi conciliant. Quocirca nec ipſi fideles ſunt, ſed argutatores & conſequentiarii, humanis inventionibus nixi, proprioque ſuo aut privato Hæreſiarcharum judicio reducti. Quinimo tota Fides illorum nullo divinæ Scripturæ fundamento nititur, ſed ſolis aut nudis Lutheri, Calvini, & aliorum ſectariorum interpretationibus, à vero Scripturæ ſenſu alienis: adeoque in omnibus, quæ ipſi ſeorſim à Catholicis credenda proponunt, locum habent iſta:

Sic ſacra non fert Pagina,
Nec Concilia generalia,
Nec univerſa Eccleſia:
Sed ſenſa mentis propria,
Quæ ſacra damnat Pagina.

DISTINCTIO XI.

Et abuſum Acatholicum.

E Xemplis res fiet illuſtrior. Dicebat Arrius, Chriſtum non eſſe Deum, quia ipſo Judice ſic accipiendum illud: *Pater major me eſt.* Joann.

Joann. 14. verſu 29. Clamabat Neſtorius Chriſtum non eſſe niſi templum Filii Dei, quia ipſo interprete ſic explicandum iſtud: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Joann. 2. verſu 19. Ajunt plerique hujus ævi Novatores, Fidem ſolam juſtificare: quia, ut putant, Ita docet Apoſtolus, dum ait: *Arbitramur juſtificari hominem per fidem ſine operibus Legis.* Ad Rom. 3. verſu 28. Quem locum Lutherus eum in ſenſum propriâ ſuâ auctoritate primus detorſit, ut ipſe fatetur Præfatione Tom. 1. ſub finem, ubi ait, ſe inventione novæ iſtius interpretationis, tanto fuiſſe gaudio perfuſum, ut cœlum ſibi apertum crederet, additque ſolùm ſe fuiſſe, cùm hoc ſibi, aliaque dogmata nova deligeret. Nulla igitur uſque ad illud temporis punctum fuerat, nulla tunc erat Eccleſia, quæ doctrinam iſtam profiteretur: Nullum concilium Oecumenicum, quod illam approbaret, conſequenter nec Catholica erat doctrina, nec à Spiritu Sancto inſpirata, cùm hic nulli privato homini contra univerſalem Eccleſiæ ſenſum loquatur; Sed, ut non ſolùm fatetur ipſe, verùm etiam gloriatur, proprio ipſius cerebro prognata. Quamobrem Adverſarii, quotquot hanc illius doctrinam, à qua ſalus æterna dependet, ſequuntur, quantumvis clament, ſe Deo & Dei verbo adhærere: revera non niſi illius Eccleſiæ deſertoris ſomniis ſe & ſalutem ſuam concredunt: Abſolutè enim ſolam Fidem, quâ quis credat ſibi eſſe remiſſa peccata, veram eſſe fidem, ex Evangelio deſumptam, & ſolam juſtificare, nihil aliud eſt, quàm purum putum figmentum Lutheri, ut ex ipſiuſmet teſtimonio rectè notat Bellarminus lib. 1. de pœnitentiâ cap. 6. num. 8. Adeoque quàm certum eſt, Evangelium Chriſti, verum eſſe Evangelium, tam evidens eſt, omnes illos, qui huic aut ſimilibus quibuſvis Lutheri, Calvini, aut cujuſcunque Novatoris ab Eccleſiæ Catholicæ doctrinâ alienis inventionibus, ſive fictis, & proprio nixis judicio divinæ ſcripturæ interpretationibus adhærent, à viâ, à veritate, & vitâ aberrare, id enim expreſsè Evangelii verba declarant. Contrà verò Catholici genuinum hujus Apoſtolicæ doctrinæ ſenſum, uti ab œcumenicis Conciliis, & ob Eccleſiâ univerſali, ita à Spiritu Sancto, & à vero Dei Verbo in divinis ſcripturis expreſſa accipiunt, atque infallibiliter abſque ullo erroris periculo credunt, ut conſtat ex dictis.

DISTINCTIO XII.

Canones legitimi uſus.

1. NOn ſolùm tutius eſt, & verbo Dei conformius, eum amplecti Scripturæ divinæ ſenſum, quem tenet, & jam inde ab Apoſtolorum temporibus conſtanter tenuit à Spiritu Sancto gubernata ſemper Eccleſia Catholica; quàm illum ſequi, quem Novator aliquis privatâ ſibi inventione judicioque delegit: Verùm abſolutè hic repudiandus ut ſpurius, ille ut genuinus amplectendus; adeoque in verbi divini explicatione, ut ea cenſeatur infallibilis, non particulari aut propriâ, ſed uniuerſalis Eccleſiæ ſtandum auctoritate.

2. Eccleſiæ univerſalis interpretatio non idcirco præcisè acceptanda eſt, quia per bonam aut etiam evidentem conſequentiam dogmata fidei ab omnibus credenda deducit ex hoc vel illo particulari ſacræ Paginæ loco; ſed potiùs, quia traditione perpetuâ & Spiritu Dei edocta, judicat ea fundata eſſe in Scripturis divinis, quamvis non determinet, utrùm in hoc vel illo particulari loco fundentur.

3. Unicum Scripturæ Sacræ documentum benè intellectum & rei accommodatum ſufficit ad quamlibet fidei controverſiam componendam; quia unicum Dei ac ſimpliciſſimum verbum ejuſdem infallibilis veritatis eſt ac mille teſtimonia etiam juramento confirmata.

4. Erronea Novatorum ſententia eſt, ſacram Scripturam ita facilem & planam eſſe omnibus, ut interpretatione non indigeat, & à quolibet etiam idiota intelligi poſſit: Erronea & hæc eſt eorum opinio, quæ diſtinguit obſcuritatem verborum & rerum; & hanc penitùs à totâ Scripturâ removet, illam ob Interpretum negligentiam admittit. Sic namque tollitur omnis Scripturæ ſublimitas quoad Myſteria ſignificata; & ſola relinquitur ea, quam vocum ignorantia inducit.

5. *Alii datur ſermo ſapientiæ, alii ſermo ſcientiæ, alii interpretatio ſermonum*, uti rectè pronunciat Apoſt. 1. ad Cor. 11. v. 8. ubi docet, ſacram Scripturam nec univerſim claram eſſe, nec privato cujuſque ſpiritu explicandam. Voluit enim Deus quemadmodum in aliis rebus, ita in Eccleſiâ ſervari hunc ordinem, ut alii docerent, alii diſcerent; undè & ſubdit Apoſtolus: *Nunquid omnes Apoſtoli? nunquid omnes Prophetæ?* nun-

Digitized by Google

nunquid omnes Doctores? ibidem v. 29. idcirco & Moyſes in veteri Teſtamento identidem & præſertim in Deuteronomio omne populi ambiguum & difficile judicium ad Sacerdotes referri voluit. Nam ut ait Malachias: *Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſapientiam, & legem requirent ex ore ejus.* c. 2. v. 7.

6. Etſi Scriptura Sacra in multis facilis & clara videatur, præſertim ſi quoad litteram ſive corticem conſideretur: in aliis tamen iiſque plurimis quocunque modo perpendatur, eſt difficilis & interpretatione indiget, non quoad ea duntaxat, quæ ignorari communiter abſque flagitio à Chriſtianis poſſunt: verùm etiam quoad fidei dogmata ſaluti hominum cognitu neceſſaria. Hæc ſcripturæ ſublimitas & difficultas, tum ex ipſo ſubjecto oritur, & ex illius tractandi methodo; tum verò potiſſimum ex arbitrio & inſtitutione Dei Scripturam proponentis.

7. Verbum Dei occultum non eſt, ſed ſufficienter promulgatum, tum quia aliqua illius pars ita clarè propoſita eſt, ut interpretatione non indigeat; tum etiam quia quidquid ex univerſa Dei lege expoſitione aliquâ indiget, ita clarè ab Eccleſiâ nobis explicatur, ut ſi audire eam & diſcere lubeat, ſufficienter ad ſalutem, imò abundè intelligi poſſit.

8. Sacra Scriptura cæteris ſcriptis univerſis tum quoad alia plurima, tum quoad hoc etiam antecedit, quòd cùm cætera omnia unam unâ phraſi ſententiam dicant, hæc ſæpenumerò præter ſenſum litteralem, ſive hiſtoricum, alium contineat ſpiritualem ſive myſticum, & non hunc ſolùm, ſed illum etiam multiplicem. Deus non ſolùm poteſt inſtituere voces ad res ſignificandas, ſed etiam creare res, ad rem aliam ſignificandam, quod non eſt in hominum poteſtate.

9. Senſus litteralis eſt, quem verba immediatè præ ſe ferunt, & ſecundùm Spiritus Sancti intentionem ſignificant. Senſus ſpiritualis ſive myſticus eſt, qui alio refertur, quàm ad id, quod verba immediatè in tali phraſi ſignificant. Senſus litteralis duplex eſt, alter ſimplex, qui conſiſtit in proprietate verborum, alter figuratus, cùm verba transferuntur à propriâ ſignificatione ad alienam. Senſus ſpiritualis ſubdividitur in allegoricum, tropologicum & anagogicum. Metaphorica locutio non myſtica eſt, ſed litteralis.

10. Non minus certa fidei regula eſt, quilibet ſenſus myſticus à Spiritu Sancto intentus, & à nobis ſufficienter cognitus, quàm litteralis,

Digitized by Google

lis, & contra. Quandoquidem unoquoque ſenſu æquè proponitur Verbum Dei, & æquè eſt dignum fide, dummodo ſufficienter innoteſcat, vel ex ipſâ evidentiâ objecti, vel judicio infallibili Eccleſiæ.

11. Non requiritur, ut in expoſitione loci alicujus particularis Sancti Patres omnes & Eccleſiæ Doctores idem ſcribant, ac ſentiant; Sed ſatis eſt, ſi unanimi conſenſu declarent dogma fidei, quod proponunt, fundari in Scripturis divinis, juxta mentem Eccleſiæ primitivæ explicatis; licèt unus illud deducat ex uno, alter ex alio Scripturæ loco; quamobrem cuique veritati demonſtranda complura è divinis deſumpta litteris documenta adferuntur.

12. Conſenſus Sanctorum Patrum duplici reſpectu in conſiderationem venit; priore quidem quatenus eſt virorum eximiâ eruditionis & Sanctitatis gloriâ, à multis retrò ſeculis illuſtrium: poſteriore verò, prout ob oculos ponit ſententiam Eccleſiæ primitivæ: prior ſufficit, ut ipſorum doctrina Acatholicorum opinionibus anteferatur; quippe non tam eruditionis aut ſanctitatis, quàm ignorantiæ, impietatis, arrogantiæ titulis inſignium: poſterior id etiam efficit; ut ipſorum conſentiens ſententia ſufficiat ad fidei articulos comprobandos) quia eſt illius Eccleſiæ, quam in iis, quæ ad ſalutem creditu neceſſaria ſunt; à veritate non deflexiſſe fatentur Adverſarii. Neque verò Sancti Patres ſolùm proponunt ſententiam Eccleſiæ ſui temporis: verùm etiam ſeculorum præcedentium: nam quod à majoribus acceperunt ut filii, hoc poſteris tradiderunt Patres, de quo videri poteſt Suarez. diſp. 5. de Fide ſec. 3. n. 13.

13. Fides Chriſtiana, uti humanæ ſalutis initium & fundamentum eſt, ac radix omnis noſtræ Juſtificationis, juxta Trident. Seſſ. 6. c. 8. Ita primas inter Theologicas virtutes jure obtinet, non dignitate quidem, ſed ordine & generatione. Non nititur perſuaſione humanâ, ſed auctoritate purè divinâ. Soli Catholici verâ fide Deo adhærent; Sectarii omnes non niſi privatis hominum ducuntur opinionibus.

14. Fides Catholica ordinariè in Eccleſiæ auctoritatem reſolvitur directivè quidem, & veluti inſtrumentaliter: non verò formaliter, ſive principaliter. Aſſenſus Fidei Chriſtianæ ultimò & formaliter reſolvitur in auctoritatem Dei revelantis, ita ut ipſa revelatio non habeat ulterius motivum, in quod reſolvatur, ſed ipſa ſibi ſit motivum & ratio aſſentiendi.

15. Quam-

Digitized by Google

15. Quamvis materia fidei accidentalis ſucceſſu temporis creverit quoad ſubſtantiam rerum credibilium: non tamen crevit materia fidei primaria ac ſubſtantialis, quoad ſui ſubſtantiam, & quoad actus fidei ſaltem implicitos, adeoque eadem ſemper fuit ſubſtantialiter fides à condito mundo in omni hominum ſtatu.

16. Articulus fidei eſt veritas revelata in ſe, vel in ſuo antecedente pertinens ad religionem. Non omnes articuli fidei exprimuntur in ſymbolo, ſed præcipui quidam, ad quos reliqui aliquo modo poſſunt revocari. Nova Symboli editio ſubinde neceſſaria eſt ad vitandos errores, videlicet, ut obſcurus & controverſus divini verbi ſenſus hâc ratione clarè exponatur, & graſſantium Hæreticorum virus hoc velut antidoto propulſetur.

17. Sicut Deus immediatè creavit hominem, & ab illo, ut per illum producti ſunt cæteri ſucceſſione continuâ, ita in fide per ſe Deus inſtruxit quoſdam homines, à quibus alii docerentur, ut benè inquit Sanctus Auguſtinus. Quod ſi fides haberi non poſſet, niſi per immediatam Dei propoſitionem, unuſquiſque ſibi eſſet regula fidei, & controverſiarum Judex, & præſumeret de ſe contra alios, ex quo multa ſequerentur incommoda; poſſunt etiam increduli excipere, ſe non potuiſſe credere Apoſtolis & Prophetis, quia Deus nihil illis immediatè revelavit: in divinis autem ſcripturis ſæpè condemnantur tanquam inexcuſabiles, qui non crediderant Prophetis à Deo miſſis. Erronea igitur eſt ſententia Novatorum, qui volunt unicam rationem & regulam credendi in ſingulis fidelibus eſſe internam revelationem, & ſpecialem inſtinctum, quem Deus unicuique tribuit.

18. Etſi Eccleſia Chriſtiana nihil definiat de fide quod in antiquis revelationibus divinis, ſcriptis vel non ſcriptis, non contineatur aliquâ ratione, in aliqua propoſitione id formaliter, ſaltem generatim continente: explicat tamen & extendit revelationes divinas ad quædam certiſſimâ fide divinâ tenenda poſt ipſius explicationem vel extenſionem ob infallibilem S. Spiritus aſſiſtentiam.

19. Veritas deducta ex principiis revelatis; ſive ſolis ſive adjuncto aliquo naturali principio, non eſt de fide, quatenus deducitur, & cognoſcitur vi naturalis illationis tanquam motivi & rationis formalis aſſentiendi.

20. Illatio naturalis non eſt digna aſſenſu ſupernaturali, neque illi

Digitized by Google

proportionata eſt, ut ſit illi motivum & ratio formalis aſſentiendi, adeoque fides ſupernaturalis illi inniti non poteſt, ſed innititur ſimplici connexioni Teſtimonii veracis Dei cum veritate revelata, quam connexionem & applicationem Deus ipſe facit teſtificando.

21. Veritas deducta ex principiis revelatis, ita ut ipſa quoque immediatè vel ſecundùm ſe ſubſit revelationi, & deductio eò tantùm inſerviat, ut oſtendat illam ſecundùm ſe ſubeſſe revelationi, eſt de fide, non quatenus deducitur, ſed quatenus revelationi ſecundùm ſe ſubeſt.

22. Quoties uni principio revelato additur aliud naturale, quo tantùm oſtenditur conſequens contineri in ſenſu adæquato principii revelati, cui applicando ſolùm inſervit; conſequens illud etiam eſt de fide, modo conſtet evidenter aut certiſſimè in illo contineri.

23. Articulus fidei eſt, non ſolùm quatuor Evangelia recepta, ſed alios etiam libros tam veteris quàm novi teſtamenti eſſe authenticos, & Dei verbum iis contineri: nuſquam autem Scriptura exprimit, quatuor Evangelia recepta, alioſque libros tam veteris quàm novi teſtamenti eſſe authenticos, & revera iis Dei verbum contineri: igitur hic fidei articulus non exprimitur in Scripturâ, ſed ab Eccleſiæ Traditione dependet, cujus authoritas agnoſcenda eſt, ut ſua libris ſacris, & eorum interpretationi quoad omnes fidei articulos conſtet authentica veritas. Omnes Traditiones divinæ, omnes item Apoſtolicæ & Eccleſiaſticæ propriè dictæ, quæ nimirum in materiâ Religionis ad fidem ſpectante univerſæ Eccleſiæ proponuntur, credendæ & amplectendæ, vel Articuli fidei ſunt, vel aliquem fidei articulum includunt.

24. Ea eſt Articulorum Fidei connexio; ut ſi vel unicus nos inter & Acatholicos controverſus, probetur rectè à nobis, malè ab ipſis fuiſſe creditus, tota ipſorum Religio collabatur, tanquam errore fidei infecta: atqui in controverſiâ de ſolâ fide juſtificante, de bonis operibus, de auctore peccati, & aliis compluribus fatentur recentiores, Lutherum, Calvinum, eorumque aſſeclas, prædeceſſores ſuos malè ſenſiſſe ac docuiſſe, adeoque dum deliquerunt in uno, certum eſt, jacturam eos feciſſe omnium: quin & plurimi ipſorum fatentur errare ſe in fide non ſingulos duntaxat; ſed & omnes ſimul poſſe: poſſunt ergò à vero Sacræ Paginæ ſenſu omnes recedere, non poſſunt ergò unquam de genuino Scripturæ ſenſu non dubitare.

25. Omnes Articuli Fidei orthodoxæ, quorum in hoc libello fit

men-

mentio, & de quibus nos inter atque Adverſarios controverſia eſt, nituntur Scripturis divinis juxta mentem Spiritus Sancti ab univerſali Eccleſia, uti Scripturæ ipſæ jubent, nobis propoſitam explicatis. Hæc tutiſſima interpretandi Scripturas ſacras ratio eſt, quam dum obſervamus Catholici, non utique fallaci alicujus hominis, ſed divini Spiritus ductui ac dictamini obſecundamus.

26. Omnes Acatholici evidentibus ſeſe errorum periculis exponunt, dum ſpreto univerſalis Eccleſiæ à Spiritu ſancto infallibiliter perpetuò gubernatæ judicio, proprio divinas Scripturas judicio ſubjiciunt; quadrat in illos, quod omnium temporum Sectariis commune eſt, ut nimirum aut ſibi ſolis credant, aut eos ſequantur, qui ſibi ipſis ſoli crediderunt. Uno igitur ictu omnia ipſorum arma confringuntur, quod ſint privatorum judiciorum commenta quantumuis clament è divinarum Scripturarum armamentario, in quo omnis eſt armatura fortium, id eſt, verâ & catholicâ religione Deo ſincerè adhærentium, ea ſe deſumpſiſſe.

27. Qui ſententiam ſuam quamvis falſam nullâ pertinaci animoſitate defendunt, præſertim quam non audaciâ præſumptionis ſuæ pepererunt; ſed à ſeductis, & in errorem lapſis parentibus acceperunt; quærunt autem cautâ ſollicitudine veritatem, corrigi parati cùm invenerint, nequaquam ſunt inter hæreticos deputandi.

28. Qui in Eccleſiâ Chriſti morbidum aliquid pravumque ſapiunt, & correcti, ut ſanum rectumque ſapiant, reſiſtant contumaciter, ſuaque peſtifera & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt, hæretici ſunt & foras euntes habentur in exercentibus inimicis.

29. Panopliam Chriſtiani Militis, ſive omnimodam armaturam, non abſque notabili causâ, ita concludit Apoſtolus: *Per omnem orationem & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu; & in ipſo vigilantes in omni inſtantiâ:* ad Epheſ. 6. v. 18. Nam & ipſa Oratio efficax eſt, ad reſiſtendum hoſtibus, & vim iis inferendam; ut proinde armis ſpiritalis Athletæ meritò adnumerari poſſit; quinimò omnis omninò panopliæ Chriſtianæ uſus & efficacia ab illâ dependet, ut proinde magis illa chriſtiano Militi neceſſaria ſit, quàm reliqua arma: quamobrem rectè à SS. Patribus appellatur Clavis Theſaurorum & armorũ cœleſtium, uti pluribus declaratum eſt in Enchiridio Militiæ Chriſtianæ Tit. 6. d. 9. Atque hæc præcipua ratio eſt, cur Apoſtolus poſt armaturam Militi Chriſtiano adaptatam, proximè ad orationem hortetur. Enimverò Deus

 eſt,

Digitized by Google

eſt, qui in omni prælio dat victoriam per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: ille igitur in omnibus & ante omnia invocandus.

30. Verbi divini intellectus paratur in ipſius obſervatione, juxta illud: *Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoſcat de doctrinâ, utrum ex Deo ſit*. Ioann. 7. verſu 17. Similiter obedientia mandatorum Dei meretur illuminationem; juxta illud: *Qui quærit legem replebitur ab eâ, & qui inſidiosè agit ſcandalizabitur in eâ*. Eccl. 34. v. 19. Et iſtud: *Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me quia mandatis tuis credidi*. Pſal. 118. v. 66. E contrariò autem *impiè agent impii, neque intelligent omnes impii*. Dan. 12. v. 10. *Lucerna eſt pedibus noſtris verbum Dei*, teſte Prophetâ Regio Pſal. 118. v. 105. Sed ſi ponatur ſupra candelabrum Eccleſiæ; non occultetur ſub modio opinionis propriæ, juxta illud: *quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti, ita parabola in ore ſtultorum*, inquit Sapiens Prov. 26. v. 9. comparat enim his verbis parabolam, ſive doctam & gravem ſententiam, quales ſunt in divinis litteris, ſpinæ in manu ebrii: quia ſicut ebrius judicio deſtitutus non novit benè uti, ſed abutitur eâ in ſe & alios; ita proprio privatoque nixi judicio abutuntur ſcripturâ, eamque depravant, ac per eam malè intellectam ſibi nocent & aliis, ut rectè docet Princeps Apoſtolorum. 2. Pet. 3. v. 15. Ubi inquit: *indocti & inſtabiles depravant ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem*; quamobrem ut David Goliatho gladium eripuit, quo hic illum vincere geſtiebat, & ipſi caput amputavit: ita ſpiritalia verbi divini arma abutentibus auferre, & errores truncare, errantes ad viam veritatis ducere par eſt, ut hac ratione *in captivitatem redigatur omnis intellectu in obſequium Chriſti*, juxta doctrinam Apoſtoli 2. Cor. 10. v. 4. & ſequentibus. Plura hujuſmodi documenta videri poſſunt in Libello Canonum, ſeorſim jam impreſſo: Hi autem ad calcem præſentis Introductionis allati ſunt; tum quia controverſiis decidendis potiſſimè inſerviunt, cùm Adverſarii pleraque nos inter & ipſos è Scripturis divinis diſputari ſolita in ſiniſtrum ſenſum torquere ſoleant, tum etiam quia liber hic ſeorſium antè hac editus fuit, & ſæpius recudi eodem modo poterit, in gratiam præſertim academicæ juventutis; ut hoc velut gladio inſtructa ſit ad veritatis Catholicæ propugnationem; Quamobrem etiam liber hic præcedentibus brevior eſt, quibus plenior de Prædeſtinatione, de libero arbitrio & cæteris doctrina eſt tradita.

PARS

Digitized by Google

P A R S I.

De Verbo Dei in genere & ſpecie.

C A P V T P R I M V M.

Verbum Dei univerſim.

1. VIvus eſt ſermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens uſque ad diviſionem animæ & ſpiritus, compagum quoque & medullarum. *Ad Heb.* 4. *v.* 12.

2. Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petras. *Hier.* 23. *v.* 29.

3. Quomodo enim deſcendit imber, & nix de cælo, & illuc ultrà non revertitur ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſeminanti, & panem comedenti, ſic erit verbum meum, quod progreditur de ore meo, non revertetur ad me vacuum, ſed faciet, quæcunque volui, & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud. *Iſa.* 15. *v.* 10.

4. Quid paleis ad triticum, dicit Dominus. *Ier.* 23. *v.* 29.

5. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. *Pſ.* 118. *v.* 105.

6. Habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benè facitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus veſtris. 2. *Pet.* 1. *v.* 19.

7. Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo, ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe adverſus ſcientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. 2. *Cor.* 10. *v.* 4. 5.

Singula hæc uti & ſequentia explicata ſunt Proteſtationis c. 1.

Digitized by Google

CAPVT II.

Omne Dei Verbum audiendum.

1. QUi ex Deo eſt, Verbum Dei audit. *Joan.* 8. *v.* 47.
2. Beati qui audiunt Verbum Dei, & cuſtodiunt illud. *Luc.* 11. *v.* 18.

3. Non enim auditores Legis juſti ſunt apud Deum, ſed factores Legis juſtificabuntur. *Rom.* 2. *v.* 13.

4. Meliùs enim erat illis non cognoſcere viam Iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum converti ab eo, quod illis traditum eſt ſancto mandato. Contigit enim illis illud veri proverbii: Canis reverſus ad ſuum vomitum, ſus lota in volutabro luti. 2. *Pet.* 2. *v.* 21. 22.

5. Eſtote factores Verbi & non auditores tantùm, fallenres voſmetipſos, quia ſi quis auditor verbi, & non factor, hic comparabitur viro conſideranti vultum nativitatis ſuæ in ſpeculo: conſideravit enim ſe, & abiit, & ſtatim oblitus eſt, qualis fuerit. *Jac.* 1. *v.* 22. 23. 24.

CAPVT III.

Verbum Dei ſcriptum, & non ſcriptum.

1. QUæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus. *Ad Rom.* 15. *v.* 4.

2. Omnis Scriptura divinitùs inſpirata utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in Juſtitia, ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus. 2. *Ad Tim.* 3. *v.* 16.

3. Non poteſt ſolvi Scriptura. *Ioan.* 10. *v.* 35. Non eſt Deus quaſi homo, ut mentiatur. *Num.* 23. *v.* 19.

4. Cœlum & Terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. *Matt* 24. *v.* 31.

5. Fratres ſtate & tenete traditiones, quas didiciſtis ſivè per ſermonem, ſivè per epiſtolam noſtram. 2. *ad Theſ.* 2. *v.* 14.

6. Lau-

Digitized by Google

6. Laudo vos, quòd per omnia mei memores eſtis, & ſicut tradidi vobis, Præcepta mea tenetis. 1. *Cor.* 11. *v.* 2.

7. Si quis autem videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei. 1. *Cor.* 11. *v.* 16.

8. Non retinetis, quòd cùm adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam vobis. 2. *ad Theſſ.* 2. *v.* 5.

9. Et nunc quid detineat, ſcitis, ut reveletur in ſuo tempore. *Ibidem v.* 6.

10. O Timothee depoſitum cuſtodi, devitans profanas vocum novitates, & oppoſitiones falſi nominis, ſcientiæ. 1. *ad Tim.* 6. *v.* 20.

11. Quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. 2. *Tim.* 2. *v.* 2.

12. Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò, cùm autem venerit Spiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem. *Joan.* 16. *v.* 12.

CAPVT IV.

Altus ac divinus verbi divini ſenſus.

1. OMnis Prophetia Scripturæ propriâ interpretatione non fit. 2. *Pet.* 1. *v.* 20. *hoc & ſequentia declarata ſunt diſſertatione de verbis Apoſtolorum Principis.*

2. Non enim voluntate humanâ allata eſt aliquando Prophetia, ſed Spiritu Sancto inſpirati, locuti ſunt Sancti Dei homines. *Ibidem v.* 21.

3. Alii datur ſermo ſapientiæ; alii ſermo ſcientiæ, alii interpretatio ſermonum. 1. *Ad Cor.* 12. *v.* 8. & 10.

4. Quis cognovit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius ejus fuit. *Ad Rom.* 11. *v.* 34.

5. Chariſſimus Frater noſter Paulus ſecundùm datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis, ſicut & in omnibus Epiſtolis, in quibus ſunt quædam difficilia, quæ indocti & inſtabiles depravant, ſicut & cæteras Scripturas. 2. *Pet.* 3. *v.* 15.

6. Incipiens à Moyſe & omnibus Prophetis interpretabatur in omnibus Scripturis, quæ de ſeipſo erant. *Luc.* 24. *v.* 27.

7. Quo-

Digitized by Google

7. Quomodo poſſum intelligere, ſi non aliquis oſtenderit mihi. *Act. 3. v. 31.*

8. Aperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas. *Luc. 24. verſ. 45.*

9. Vidi in dexterâ ſedentis ſuper thronum librum ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptem. *Apoc. 5. v. 1.*

10. Væ vobis legiſperitis, qui tuliſtis clavem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & eos, qui introibant, prohibuiſtis. *Luca 11. v. 52.*

CAPUT V.

Verbi divini intellectus à Fide dependet, & ab obſervatione divinæ legis.

1. Niſi credideritis non intelligetis. *Iſaiæ 7. v. 9.*

2. Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoſcet de doctrinâ, utrum ex Deo ſit, an ego à meipſo loquar. *Ioan. 7. v. 17.*

3. Vobis datum eſt noſce myſterium regni Dei: cæteris autem in parabolis: ut videntes non videant, & audientes non intelligant. *Luca 8. v. 10.*

4. Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me: quia mandatis tuis credidi: A mandatis tuis intellexi, propterea odivi omnem viam iniquitatis. *Pſ. 118. v. 66. 104.*

5. Impiè agent impii, nec intelligent omnes impii: porrò docti intelligent. *Dan. 12. v. 10.*

6. Quod ſi etiam opertum eſt Evangelium noſtrum, in iis, qui pereunt eſt opertum; in quibus Deus hujus ſæculi excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei. *1. Cor. 4. v. 3. & 4.*

7. Littera occidit; Spiritus autem vivificat. *2. Cor. 3. v. 6.*

Vide Introduct. Diſt. 12. Can. 7. & Can. 30.

CA-

Digitized by Google

CAPUT VI.

Iaculatoria petentis lumen ad intelligendum Dei Verbum & Servandum.

1. REvela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua. *Pſ.* 118. *v.* 18.

2. Incola ego ſum in terrâ, non abſcondas à me mandata tua. *Pſ.* 118. *v.* 19.

3. Servus tuus ſum ego, da mihi intellectum, ut ſciam teſtimonia tua. *Pſ.* 118. *v.* 25.

4. Æquitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi & vivam. *Pſ.* 118. *v.* 144.

5. Viam juſtificationum tuarum inſtrue me, & exercebor in mirabilibus tuis. *Pſ.* 118. *v.* 27.

6. Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo. *Ibidem v.* 34.

7. Manus tuæ fecerunt me, & plaſmaverunt me; da mihi intellectum, ut diſcam mandata tua. *Pſal.* 118. *v.* 73.

8. Faciem tuam illumina ſuper ſervum tuum, & doce me juſtificationes tuas. *Ibidem v.* 135.

CAPUT VII.

Iudex Controverſiarum.

1. SI difficile & ambiguum apud te judicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram, & judicum intra portas tuas videris verba variari. Surge & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, venieſque ad Sacerdotes Levitici Generis, & ad Judicem, qui fuerit in illo tempore, quæreſque ab ipſis, qui indicabunt tibi Judicii veritatem. *Deuter.* 17. *v.* 8.

2. Congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi,

Digitized by Google

ſciſcitabatur ab iis, ubi Chriſtus naſceretur. *Matt. c. 2. v. 4.*

3. Et facies quodcunque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te juxta legem ejus, ſequeriſque eorum ſententiam, non declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. *Deut. 17. verſ. 10.*

4. Qui autem ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, ex Decreto Iudicis morietur homo iſte. *Deuter. 17. v. 12.*

5. Super Cathedram Moyſis ſederunt Scribæ & Phariſæi, omnia ergò quæcunque dixerint vobis ſervate & facite: ſecundùm verò opera eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt. *Matt. 23. v. 2.*

6. Qui novit Deum, audit nos, qui non eſt ex Deo non audit nos, in hoc cognoſcimus Spiritum veritatis, & Spiritum erroris. *Ioan. 4. v. 6.*

7. Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus. *Matt. 18. v. 17.*

8. Quæcunque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. *Ibidem v. 18.*

9. Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. *Luc. 10. v. 16.*

10. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. *Matt. 10. v. 20.*

PARS II.

De Eccleſia univerſim ac ſpeciatim.

CAPUT I.

Eccleſia Militans in terra.

1. FIdelis Deus per quem vocati eſtis in ſocietatem Filii ejus Jeſu Chriſti Domini noſtri. 1. *ad Cor.* 1. 9. *v.* 9.

2. Chri-

2. Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipſam glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam. *ad Epheſ.* 5. *verſ.* 23.

3. Attendite vobis & univerſo gregi in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei. *Act.* 20. *v.* 28.

4. In Eccleſiis benedicam te Domine. *Ibidem v.* 12.

5. Laus Domini in Eccleſia eſt Sanctorum. *Pſal.* 149. *verſ.* 1.

6. Quid mihi de iis, qui foris ſunt judicare? 1. *ad Corinth.* 5. *verſ.* 12.

7. In magna domo non ſolùm ſunt vaſa aurea & argentea, ſed etiam lignea & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. 2. *ad Tim.* 2. *v.* 20.

8. Ut ſcias quomodo oporteat te in domo Dei converſari, quæ eſt Eccleſia. 1. *ad Tim.* 3. *v.* 15.

9. Multi ſunt vocati, pauci verò electi. *Matt.* 22. *v.* 14.

10. Connumeratus erat in nobis; & ſortitus eſt ſortem miniſterii hujus. *Act.* 1. *v.* 17.

CAPUT II.

Eccleſia viſibilis.

1. Erit in noviſsimis diebus præparatus mons domûs Domini in vertice montium, & elevabitur ſuper omnes colles, fluent ad eum omnes gentes. *Iſai.* 2. *v.* 2.

2. Venite aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob. *Ibidem v.* 3.

3. De Sion exibit Lex, & verbum Domini de Ieruſalem. *Ibidem.*

4. Dominus de Sion rugiet, & de Jeruſalem dabit vocem ſuam. *Amos* 1. *v.* 12.

5. Non poteſt Civitas abſcondi ſupra montem poſita. *Matt.* 5. *v.* 14.

6. Neque accendunt Lucernam & ponunt eam ſub modio, ſed ſu-

per candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt. *Matt.* 5. *v.* 15.

7. Lucetis ſicut Luminaria in mundo, Verbum vitæ continentes. *Ad Philipp.* 2. *v.* 16.

8. Illi profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. *Mar.* 16. *v. ult.*

9. Si non audierit illos, dic Eccleſiæ. *Matt.* 18. *v.* 17.

10. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. *Matth.* 5. *verſ.* 16.

CAPVT III.

Eccleſia una.

1. OMnes vos unum eſtis in Chriſto Jeſu. *Ad Galat.* 3. *v.* 28.

2. Alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere, & fiet unum ovile & unus Paſtor. *Joann.* 10. *verſ.* 16.

3. Unum corpus multi ſumus. 1. *Ad Corinth.* 10. *v.* 17.

4. Unum Corpus, unus Spiritus, ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ, unus Dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus & Pater omnium. *Ad Epheſ.* 4. *v.* 4. 5. *&* 6.

5. Non eſt diſſenſionis Deus ſed pacis. 1. *Ad Cor.* 14. *v.* 23.

6. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. *Act. cap.* 4. *v.* 32.

7. Pater ſancte ſerva nos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus. *Ioan.* 17. *v.* 11.

8. Una eſt columba mea, perfecta mea, una eſt matris ſuæ, electa Genitrici ſuæ. *Cant.* 6. *v.* 8:

CAPVT IV.

Eccleſia Sancta, & Apoſtolica.

1. VOs autem genus electum, regale Sacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. 1. *Pet.* 2. *v.* 9.

2. Re-

Digitized by Google

2. Redemiſti nos Domine in ſanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & feciſti nos Deo noſtro Regnum & Sacerdotes. *Apocal. c. 5. v. 9.*

3. Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipſe Eccleſiam glorioſam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujuſmodi, ſed ut ſit ſancta, & immaculata. *Ad Eph. 5. v. 25.*

4. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. *Cant. 4. verſ. 7.*

5. Delevit omnem ſubſtantiam, quæ erat ſuper terram, ab homine uſque ad pecus, tam reptile quàm volucres cœli, remanſit autem ſolus Noë, & qui cum ipſo erant in Arca. *Gen. 7. v. 23.*

6. In noviſſimo tempore venient illuſores ſecundùm deſideria ſua ambulantes in impietatibus, hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, Spiritum non habentes. *Jud. v. 18. 19.*

7. Vos autem Chariſſimi ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ veſtræ Fidei in Spiritu Sancto orantes, voſmetipſos in dilectione Dei ſervate. *Ibidem v. 20. 21.*

8. Jam non eſtis hoſpites & advenæ, ſed eſtis cives Sanctorum & domeſtici Dei. *Ad Eph. 2. v. 18.*

9. Acceſſiſtis ad Sion montem & Civitatem Dei viventis, Jeruſalem cœleſtem, & multorum millium frequentiam, & Eccleſiam primitivorum, qui conſcripti ſunt in cœlis. *Ad Hebræos 12. v. 22.*

10. Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu. *Ad Eph. 2. v. 20.*

11. Et murus Civitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorum Agni. *Apoc. c. 21. v. 14.*

CAPUT V.

Eccleſia Catholica, ſeu univerſalis.

1. IN diebus Regnorum illorum ſuſcitabit Deus cœli Regnum, quod in æternum non diſſipabitur. *Dan. 2. v. 44.*

2. Septuaginta hebdomades abbreviatæ ſunt, ut deleatur iniqui-

 tas,

tas, & adducatur Juſtitia ſempiterna, & ungatur Sanctus Sanctorum. *Daniel. c.* 9. *v.* 24.

3. Spiritus meus qui eſt in te, & verba mea quæ poſui in ore tuo recedent ab eo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, amodò & uſque in æternum. *Iſai.* 59. *v.* 21.

4. Fœdus perpetuum feriam cum eis, & ſcietur in gentibus ſemen eorum. *Iſai.* 61. *v.* 8.

5. Ambulabunt Gentes in lumine tuo, & Reges in ſplendore ortûs tui. *Iſai.* 60. *v.* 3.

6. Aperientur portæ tuæ jugiter, die ac nocte non claudentur, ut afferatur ad te fortitudo gentium, & reges earum adducantur, & regnum quod non ſervierit tibi, peribit. *Ibidem v.* 11. *&* 12.

7. Fundatur exultatione univerſæ terræ mons Sion, latera Aquilonis, Civitas regis magni. *Pſal.* 47. *v.* 3.

8. Sicut audivimus, ſic vidimus in Civitate Domini virtutum, in Civitate Dei noſtri, Deus fundavit eam in æternum. *Ibid. v.* 9.

9. Diſpoſui Teſtamentum electis meis, juravi David ſervo meo, uſque ad æternum præparabo ſemen tuum, & ædificabo in generationem, & generationem ſedem tuam. *Pſal.* 88. *v.* 4. *&* 5.

10. Multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis, ſuper ſolium David & ſuper Regnum ejus ſedebit, ut confirmet illud, & corroboret in judicio & juſtitia amodò, & uſque in ſempiternum. *Iſaia* 9. *v.* 7.

11. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jeſum. Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem David Patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum & regni ejus non erit finis. *Luc.* 1, *v.* 31. 32. 33.

12. Habet in veſtimento, & in fæmore ſuo ſcriptum, Rex Regum & Dominus Dominantium. *Apoc.* 19. *v.* 16.

13. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. *Matt.* 28. *verſ.* 18.

14. Euntes ergò docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. *Ibidem v.* 19.

15. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi. *Matt.* 28. *v.* 20.

16. Ædificavit domum ſuam ſupra Petram, & deſcendit pluvia & venerunt

Digitized by Google

venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit; fundata enim erat ſupra petram. *Matt.* 7. *v.* 24. 25.

CAPVT VI.

Eccleſia inexpugnabilis.

1. SUpra hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversùs eam. *Matt.* 16. *v.* 18.

2. Eccleſia Dei vivi columna eſt, & firmamentum veritatis. 1. *ad Tim.* 3. *v.* 15.

3. Non vocaberis ultrà derelicta, & terra tua non vocabitur ampliùs deſolata. *Iſai.* 62. *v.* 4.

4. Verbum Domini manet in æternum. 1. *Pet.* 1. *v.* 25.

5. Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis. *Joan.* 14. *v.* 16.

6. Cùm autem venerit Spiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem. *Joan.* 16. *v.* 13.

7. Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Evangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores ad conſummationem Sanctorum, in opus miniſterii, in ædificationem Corporis Chriſti. *Ibidem v.* 11. & 12.

8. Donec occurramus omnes in unitatem Fidei & agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. *Ibidem v.* 13.

CAPVT VII.

Perſecutio Antichriſti & Victoria Eccleſiæ ſuprema.

1. NIſi venerit diſceſſio primùm & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis. 2. *ad Theſ.* 2. *v.* 3.

2. Adverſabitur & extolletur ſupra omne quod dicitur Deus. *Ibidem v.* 4.

3. Et

3. Et negabit quoniam Jeſus eſt Chriſtus. 1. *Joan.* 2. *v.* 22. *Ibidem.*

4. Tunc ſcandalizabuntur multi, & invicem tradent, & odio habebunt invicem, & multi pſeudoprophetæ ſurgent, & ſeducent multos, & quoniam abundavit iniquitas refrigeſcet Charitas multorum. *Matt.* 24. *v.* 10. 11. 12.

5. Erit tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi nec erit. *Matt.* 24. *v.* 21.

6. Datum eſt illi bellum facere cum Sanctis, & vincere eos; & data eſt illi poteſtas in omnem tribum, populum, & linguam, & gentem, & adoraverunt eam omnes inhabitantes terram, quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ. *Apoc.* 13. *v.* 7. *&* 8.

7. Datum eſt ei, ut faciat, ut quicunque non adoraverint imaginem beſtiæ, occidantur. *Ibidem v.* 15.

8. Statim autem poſt tribulationem dierum illorum, ſol obſcurabitur. *Matt.* 24. *v.* 29.

9. Propter electos breviabuntur dies illi. *Matt.* 24. *v.* 22.

10. Et dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta amicti ſaxis. *Apoc.* 11. *v.* 3.

11. Facta eſt ſalus & virtus & Regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti ejus. *Ibidem* 12. *v.* 10.

12. Deinde finis cùm tradiderit regnum Deo & Patri. 1. *Ad Cor.* 15. *v.* 24.

13. Qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. *Matt.* 24. *v.* 13. *& cap.* 10. *v.* 22.

CAPUT VIII.

Primarium Caput Eccleſiæ Chriſtus.

1. IPſum dedit Caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ejus. *Ad Epheſ.* 1. *v.* 22.

2. Creſcamus in illo per omnia qui eſt caput Chriſtus. *Ibidem cap.* 4. *verſ.* 15.

3. Ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem juncturam ſubminiſtrationis, ſecundùm operationem in menſuram uniuſ-

uniuſcujuſque membri, augmentum corporis facit, in ædificationem ſui, in Charitate. *Ad Epheſ.* 4. *v.* 16.

4. Vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, ipſe Salvator corporis ſui. *Ad Epheſ.* 5. *v.* 23.

5. Vos eſtis Corpus Chriſti & membra de membro. 1. *Cor.* 12. *verſ.* 27.

CAPVT IX.

Vicarium Eccleſiæ Caput S. Petrus, atque ejus legitimi Succeſſores.

1: TU es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. *Matt.* 16. *v.* 18.

2. Tu es Simon Filius Jonæ, tu vocaberis Cephas. *Joann.* 1. *verſ.* 42.

3. Simon Joannis diligis me plus his? paſce oves meas, paſce agnos meos. *Joan.* 21. *v.* 15. & 17.

4. Simon Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum, Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. *Luc.* 22. *v.* 31. & 32.

5. Et tu aliquando converſus confirma fratres tuos. *Luc.* 22. *v.* 32.
Vide plura Capite ſequenti.

CAPVT X.

Hierarchia Eccleſiaſtica.

1. AMarias Sacerdos & Pontifex veſter, in his quæ ad Deum pertinent, præſidebit. 2. *Paral.* 19. *v.* 11.

2. Hæc dicit Dominus Deus Exercituum, interroga Sacerdotes Legem. *Aggai* 2. *v.* 12.

3. Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & Legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum eſt. *Malach.* 2. *v.* 7.

4. Pro Joſue ſi quid agendum erit, Eleazar Sacerdos conſulat Do-

minum, ad verbum ejus ingredietur & egredietur, & omnes Filii Iſraël cum eo, & cætera multitudo. *Num.* 17. *v.* 21.

5. Non eſt tui officii Ozia, ut adoleas incenſum Domino, ſed Sacerdotum, qui conſecrati ſunt ad hujuſmodi miniſterium. 2. *Par.* 26. *v.* 18.

6. Diviſiones gratiarum ſunt, idem autem Spiritus & diviſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus, & diviſiones operationum ſunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. 1. *Ad Cor.* 12. *v.* 4. 5. *&* 6.

7. Quoſdam poſuit Deus in Eccleſia; primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum. *Ibidem v.* 28.

8. Duodecim autem Apoſtolorum nomina ſunt hæc. Primus Simon, qui dicitur Petrus. *Matt. c.* 10. *v.* 2.

9. Tibi dabo claves regni Cœlorum. *Matt.* 16. *v.* 18.

10. Paſce agnos meos, paſce oves meas. *Joan.* 21. *v.* 18.

11. Paſcite, qui in vobis eſt gregem, providentes, non coactè ſed ſpontaneè ſecundùm Deum, neque turpis lucri gratiâ, ſed voluntariè. 1. *Pet.* 5. *v.* 2.

12. Neque ut dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis ex animo. *Ibidem v.* 3.

13. Et cùm apparuerit Princeps Paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam. *Ibidem v.* 4.

14. Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone coelecta, & Marcus Filius meus. *Ibidem v.* 13.

CAPVT XI.

Poteſtas Legiſlativa.

1. OBedite præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis, ipſi enim pervigilant, quaſi rationem animabus veſtris reddituri. *Ad Hebræ.* 13. *v.* 7.

2. Sicut miſit me vivens Pater, & ego mitto vos. *Joann.* 20. *verſ.* 21.

3. Viſum

Digitized by Google

3 Viſum eſt Spiritui Sancto & nobis, nihil ultrà imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, ut abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione. *Act.* 15. *v.* 29.

4. Perambulabat autem Syriam & Ciliciam præcipiens cuſtodire Præcepta Apoſtolorum & Seniorum. *Ibid. v.* 41.

5. Hæc abſens ſcribo, ut non præſens duriùs agam, ſecundùm poteſtatem, quam dedit mihi Dominus in ædificationem, & non in deſtructionem. 2. *Cor.* 13. *v.* 10.

6. Quid vultis? in virga veniam ad vos? an in Charitate & Spiritu manſuetudinis. 1. *Cor.* 4. *v.* 21.

7. Ego quidem abſens corpore, præſens verò Spiritu, jam judicavi ut præſens, cum, qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, &c. tradere hujuſmodi Satanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus fiat. *Ibidem c.* 5. *v.* 3.

CAPUT XII.

Miſſi à Deo Eccleſiæ Miniſtri.

1. DAbo vobis Paſtores juxta cor meum, & paſcent vos ſcientiâ & doctrinâ. *Hier.* 3. *v.* 15.

2. Rogate Dominum meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuam. *Matt.* 9. *v. ultimo.*

3. Mea doctrina non eſt mea, ſed ejus qui miſit me. *Joann.* 7. *verſ.* 16.

4. Omnia autem ex Deo qui reconciliavit ſibi nos per Chriſtum, & dedit nobis miniſterium reconciliationis. 2. *Cor.* 5. *v.* 18.

5. Pro Chriſto Legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. *v.* 20.

6. Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti & diſpenſatores miniſteriorum Dei. 1. *Cor.* 4. *v.* 1.

7. Hic jam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur. 1. *Cor.* 4. *v.* 2.

8. Væ mihi eſt, ſi non evangelizavero. 1. *Cor.* 9. *v.* 16.

9. Hujus rei gratiâ reliqui te Cretæ, ut ea, quæ deſunt, corrigas, & con-

Digitized by Google

& conſtituas per civitates Presbyteros. *Ad Titum* 1, *v.* 5. *Singula hæc, uti & ſequentia explicantur Apologiæ cap.* 3. *toto.*

CAPVT XIII.

Falſa miſsio Sectariorum.

1. ATtendite à falſis Prophetis qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. *Matt.* 7. *v.* 15.

2. Quomodo prædicabunt niſi mittantur? *ad Rom.* 10. *v.* 15.

3. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. *Hebræ.* 5. *v.* 4.

4. Qui non intrat per oſtium in ovile ovium, ſed aſcendit aliundè, ille fur eſt & latro. *Joan.* 10. *v.* 1.

5. A fructibus eorum cognoſcetis eos. *Matt.* 7. *v.* 16.

6. Nunquid colligunt de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus? *Ibidem.*

7. Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit. *Joann.* 7. *v.* 18.

8. Qui autem quærit gloriam ejus, qui miſit eum, hic verax eſt. *Ibidem.*

9. Si ego glorifico me ipſum, gloria mea nihil eſt, eſt Pater meus, qui glorificat me. *Ioan.* 8. *v.* 54.

10. Tu de te ipſo teſtimonium dicis, teſtimonium tuum non eſt verum. *Joan.* 8. *v.* 13.

11. Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me, ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis. *Joan.* 5. *v.* 43.

12. Non mittebam Prophetas, & ipſi currebant, non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. *Hier.* 23. *v.* 21.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XIV.

Eccleſia in Purgatorio.

1. AMen dico tibi, non exibis indè, donec reddas noviſſimum quadrantem. *Matt.* 5. *v.* 25.

2. Non intrabit in eam (Civitatem Dei) aliquid coinquinatum. *Apoc.* 21. *v.* 27.

3. Ex Inferno nulla eſt redemptio. *Matt.* 25. *v.* 41. Ubi quidem in terminis non habetur; evidenter tamen ex igne & ſupplicio maledictorum æterno, quorum expreſſa illic mentio fit, deducitur; ut & ex Iſaiæ 66. 24. atque aliis S. Paginæ Locis.

4. Qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc neque in futuro ſæculo. *Matt.* 12. *v.* 32.

5. Uniuſcujuſque opus, quale ſit, ignis probabit, ſi cujus opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem. 1. *Cor.* 3. *v.* 15.

9. In nomine Ieſu omne genu flectatur, Cœleſtium, Terreſtrium & Infernorum. *Philip.* 2. *v.* 10.

7. Quid facient, qui baptizantur pro mortuis, ſi omninò mortui non reſurgant? ut quid & baptizantur pro illis? 1. *Cor.* 15. *verſ.* 29.

8. Duodecim millia drachmas argenti miſit Hieroſolymam offerre pro peccatis mortuorum ſacrificia. 2. *Machab. c.* 12. *v.* 43.

9. Benè & religioſè de reſurrectione cogitans, niſi enim eos, qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur & vanum orare pro mortuis. *Ibidem v.* 44.

10. Et quia conſiderabat, quòd hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam. *Ibidem v.* 45.

11. Sancta igitur & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis ſolvantur. *Ibidem v.* 46.

Vide infrà Par. 4. *c.* 25. *v.* 26.

Digitized by Google

CAPVT XV.

Eccleſia triumphans in Cœlo.

1. SCimus, quia ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, ædificationem ex Deo habemus, domum non manu factam in Cœlis. 2. *ad Cor.* 5. *v.* 1.

2. Chriſtus aſcendens in altum, captivam duxit captivitatem. *Ad Epheſ.* 4. *v.* 8.

3. Qui deſcendit, inquit, ipſe eſt, qui aſcendit ſuper omnes Cœlos. *Ad Epheſ.* 4. *v.* 10.

4. Dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino. 2. *Cor.* 5. *verſ.* 6.

5. Audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum. *Ibidem v.* 9.

6. Coarctor è duobus, deſiderium habens diſſolvi & eſſe cum Chriſto, multò magis meliùs; permanere autem in carne, neceſſarium propter vos. *Ad Phil.* 1. *v.* 23.

7. Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum. *Ibidem.*

8. Hi qui amicti ſunt ſtolis albis, venerunt de tribulatione magna, & laverunt ſtolas ſuas, & dealbaverunt eas in ſanguine Agni, ideò ſunt ante Thronum Dei & ſerviunt ei die ac nocte. *Apoc.* 7. *v.* 14. 15.

9. Ego ſum Deus Abraham & Deus Iſaac & Deus Jacob. Deus autem Deus viventium eſt non mortuorum. *Matt.* 22. *v.* 32.

10. Hodie mecum eris in Paradiſo. *Luc.* 13. *v.* 43.

CAPVT XVI.

Honor & Invocatio Sanctorum.

1. ANgelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis. *Gen.* 48. *v.* 16.

2. Domine invadit me. *Tob.* 6. *v.* 4.

3. Convertere ad aliquem Sanctorum. *Iob.* 5. *v.* 1.

4. Erunt

4. Erunt ſicut Angeli Dei. *Matt.* 22. *v.* 30.

5. Gaudium erit in cœlo coram Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. *Luc.* 15. *v.* 10.

6. Ne ceſſes clamare pro nobis ad Dominum Deum noſtrum, ut ſalvet nos de manu Philiſtinorum. 1. *Reg.* 7. *v.* 8.

7. Obſecro vos, Fratres, ut adjuvetis me in orationibus veſtris apud Deum pro me. *Ad Rom.* 15. *v.* 30.

8. Orationi inſtate, vigilantes in ea in gratiarum actione, orantes ſimul & pro nobis. *Ad Coloſſ.* 4. *v.* 3.

9. Charitas nunquam excidit. 1. *Cor.* 13. *v.* 8.

10. Dabo autem operam & frequenter habere vos, poſt obitum meum, ut horum memoriam faciatis. 2. *Pet.* 1. *v.* 15.

11. Nonne omnes ſunt adminiſtratorii Spiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis. *Ad Heb.* 1. *v.* 14.

12. Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei qui in cœlis eſt. *Matt.* 18. *v.* 10.

13. Ecce ego mittam Angelum meum qui præcedat te & cuſtodiat in via, & introducat in locum quem paravi. *Exod.* 23. *v.* 20.

14. Duo Angeli Machabæum medium habentes armis ſuis circumceptum incolumem conſervant, in adverſarios autem fulmina & tela jaciunt, ex quo & cœcitate confuſi, & repleti perturbatione cadunt. 2. *Mach.* 10. *v.* 29.

15. Sum Princeps exercitûs Domini & nunc venio. *Joſue* 5. *v.* 14.

16. Ecce Michaël unus de Principibus primis venit in adjutorium meum. *Dan.* 10. *v.* 13.

17. Si ſteterit Moyſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum. *Hier.* 13. *v.* 1.

18. Hic eſt Fratrum amator & populi Iſraël, hic eſt, qui multum orat pro populo & univerſa S. Civitate Jeruſalem. 2. *Mach.* 15. *v.* 14.

19. Si quis mihi miniſtraverit, honorificabit eum Pater meus. *Ioan.* 12. *v.* 26.

20. Nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum. *Pſ.* 138. *v.* 16.

20. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus, timentes autem Dominum glorificat. *Pſal.* 14. *v.* 4.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XVII.

Imaginum Sacrarum ac Reliquiarum Uſu.

1. DUos quoque Cherubim aureos & productiles facies ex utraque parte oraculi. *Exodi* 25. *v.* 18.

2. Fecit in oraculo duos Cherubim de lignis olivarum. 3. *Reg.* 6. *verſ.* 23.

3. Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. *Ad Gal.* 6. *v.* 44.

4. Non appropinques huc, ſolve calceamentum de pedibus tuis; locus enim, in quo ſtas, ſancta terra eſt. *Exod.* 3. *v.* 5.

5. Joſue verò cecidit pronus in terram coram arca Domini uſque ad veſperam, tam ipſe, quàm omnès ſenes Iſraël. *Ioſue* 7. *v.* 6.

6. Erit ſepulchrum ejus glorioſum. *Iſa.* 10. *v.* 11.

7. Si tetigero fimbriam veſtimenti ejus, ſalva ero: & ſalva facta eſt mulier ex illâ horâ. *Matt.* 9. *v.* 21.

8. Et pallio Eliæ percuſſit aquas, & diviſæ ſunt huc atque illuc, & tranſiit Eliſeus. 4. *Reg.* 2. *v.* 14.

9. Cadaver cùm tetigiſſet oſſa Eliſei, revixit homo. 4. *Reg.* 13. *verſ.* 21.

10. Et veniente Petro ſaltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus ſuis. *Actor.* 5. *v.* 16.

11. Ut ſuper languidos deferrentur à corpore ejus, (Pauli) ſudaria, & ſemicinctia, & recedebant ab eis languores, & ſpiritus nequam egrediebantur. *Actor.* 19. *v.* 12.

CAPUT XVIII.

Iaculatoriæ Orationes adverſus Perſecutores militantis Eccleſiæ.

1. MEmor eſto congregationis tuæ, quam poſſediſti ab initio. *Pſal.* 73. *v.* 2.

2. Uſ-

Digitized by Google

2. Uſquequò Deus, improperabit inimicus? irritat adverſarius nomen tuum in finem? *Pſal.* 73. *v.* 11.

3. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam. *Pſ.* 78. *v.* 1.

4. Deus virtutum convertere, reſpice de cœlo, & vide, & viſita vineam iſtam, & perfice eam, quam plantavit dextera tua. *Pſal.* 79. *verſ.* 15.

5. Deus quis ſimilis erit tibi? ne taceas, neque compeſcaris Deus: quoniam ecce inimici tui ſonuerunt, & qui oderunt te extulerunt caput. *Pſal.* 82. *v.* 1. 2.

6. Increpa feras arundinis congregatio taurorum in vaccis populorum, ut excludant eos, qui probati ſunt argento. *Pſal.* 67. *v.* 33.

7. Contere brachium peccatoris, & maligni, Domine à paucis de terra divide eos in vita eorum. *Pſal.* 9. *v.* 39.

8. Deficiant peccatores à terra, & iniqui ita ut non ſint. *Pſal.* 103. *verſ.* 35.

9. Utinam abſcindantur, qui vos conturbant? *Ad Gal.* 5. *v.* 12.

Vide plura L. 3. *P.* 8. *C.* 48. Hiſce de Verbo Dei, & Eccleſiâ Catholicâ S. Paginæ teſtimoniis, ſuperiore editione ſubnexa fuerunt alia de fide orthodoxâ Scripturæ documenta, quæ nunc ad libri tertii initium relata ſunt, doctrinæ ordine ſic poſtulante: ſequitur ergo.

PARS III.

De Sacramentis Eccleſiæ Catholicæ.

CAPUT PRIMUM.

Sacramentum fidei ſive Baptiſmus.

1. EUntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. *Matt.* 28. *v.* 19.

Digitized by Google

2. Niſi quis renatus fuerit ex aquâ & Spiritu ſancto non poteſt introire in regnum Dei. *Joann.* 3. *v.* 5.

3. Nunquid aquam quis prohibere poteſt, ut non baptizentur hi qui Spiritum Sanctum acceperunt ſicut & nos. *Actor.* 10. *v.* 46.

4. Mundans eum lavacro aquæ in verbo vitæ. *Ad Epheſ.* 5. *verſ.* 25.

5. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit. *Marc.* 16. *verſ.* 16.

6. Octo animæ ſalvæ factæ ſunt per aquam, quod & vos ſimilis formæ ſalvos facit Baptiſma; non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum. 1. *Pet.* 3. *v.* 22.

7. Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrûm in remiſſionem peccatorum. *Act.* 2. *v.* 39.

8. Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abundè. *ad Tit.* 3. *v.* 5.

CAPUT II.

Confirmatio.

1. CUm audiiſſent Apoſtoli, qui erant Hieroſolymis, quòd recepiſſet Samaria Verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum & Joannem, qui cùm veniſſent, oraverunt pro ipſis, ut acciperent Spiritum Sanctum, nondum enim in quemquam illorum venerat, ſed baptizati tantùm erant in nomine Domini Ieſu, tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum Sanctum. *Act.* 8. *v.* 14. 15. 16. & 17.

2. Et cùm impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus ſuper eos. *Ibidem c.* 19. *v.* 6.

3. Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum. *Joan.* 14. *v.* 16.

4. Effundam ſuper omnem carnem de Spiritu meo. *Actorum* 2. *verſ.* 15.

5. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. *Joann* 7. *v.* 39.

C A-

Digitized by Google

CAPUT III.

S. Euchariſtia.

1. CÆnantibus autem eis accepit Jeſus panem & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis & ait: accipite & comedite, hoc eſt corpus meum. *Matt. 26. v. 26. Eadem habentur Marci* 14. *verſ.* 22.

2. Similiter & Calicem poſtquam cænavit dicens: Hic Calix novum Teſtamentum eſt in meo ſanguine, hoc facite, quotieſcunque bibetis in meam commemorationem. 1. *Cor.* 11. *v.* 25.

3. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo. *Joan.* 6. *v.* 56.

4. Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus: eſcam dedit timentibus ſe. *Pſ.* 110. *v.* 4.

5. Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis. 1. *ad Cor.* 11. *v.* 25.

6. Unus panis, unum corpus multi ſumus, omnes, qui de uno pane participamus. 1. *ad Cor.* 10. *v.* 17.

7. Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt. 1. *ad Cor.* 10. *v.* 16.

CAPVT IV.

Veritas Euchariſtica deſcripta figuratè.

1. VMbram habens Lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum; nunquam poteſt accedentes ſalvos facere. *ad Heb.* 10. *v.* 1.

2. Omnia in figurâ contingebant illis. 1. *ad Cor.* 10. *v.* 11.

3. Omnes eandem eſcam ſpiritalem manducaverunt. 1. *ad Cor.* 10. *verſ.* 3.

4. Angelorum eſcâ nutriviſti populum tuum, & paratum panem de cœlo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnem ſaporis ſuavitatem. *Sap.* 16. *v.* 20.

5. Produxit Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſ-

cendum ſuave, lignum etiam vitæ in medio Paradiſi. *Gen. 2. v. 9.*

6. Erit Agnus abſque maculâ, immolabitque eum univerſa multitudo filiorum Iſraël, & edent carnes & azymos panes. *Exod. 12. v. 5. 6. & 8.*

7. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, itaque epulemur in azymis ſinceritatis & veritatis. *1. ad Cor. 5. v. 7. & 8.*

8. Hic eſt panis, qui de cœlo deſcendit, non ſicut manducaverunt patres veſtri manna & mortui ſunt, qui manducat hunc panem, vivet in æternum. *Joan. 6. v. 58.*

9. Non Moyſes dedit vobis panem de cœlo, ſed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum. *Ibidem v. 32.*

CAPVT V.

Aſſerta Prophetica.

1. SApientia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, immolavit victimas ſuas, miſcuit vinum & propoſuit menſam ſuam. *Prov. 9. v. 1.*

2. Venite & comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis. *Ibidem v. 5.*

3. Paraſti in conſpectu meo menſam adverſus eos qui tribulant me. *Pſ. 22. v. 6.*

4 Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. *Pſal. 115. v. 4.*

5. Nam etſi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. *Pſal. 22. v. 4.*

6. Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. *Iſaia 25. v. 6.*

7. Impinguaſti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quàm præclarus eſt. *Pſal. 22. v. 7.*

8. Quid enim eſt bonum ejus, & quid pulchrum ejus, niſi frumentum electorum & vinum germinans virgines? *Zach. 9. v. 17.*

CA-

Digitized by Google

CAPVT VI.

A Chriſto promiſſa.

1. QUi manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. *Joan. 6. v.* 54.

2. Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam. *Ibidem v.* 35.

3. Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me non eſurie t, & qui credit in me, non ſitiet unquam. *Joann. 6. v.* 35.

4. Qui bibit ex hac aquâ ſitiet iterum, qui autèm bibit ex aquâ, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. *Joann. 4. v.* 13.

5. Panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vitâ. *Joann. 6. verſ.* 52.

6. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. *Ibidem v.* 55.

7. Non ſicut manducaverunt patres veſtri Manna. *Ibidem v.* 58.

8, Nunc dixi vobis priuſquàm fiat, ut cùm factum fuerit, credatis. *Ioann.* 14. *v.* 29.

Hæc & omnia quæ ſequuntur, explicata ſunt diſſertatione ſex libris diſtinctâ de auguſtiſſimo Corporis & Sanguinis Dominici Sacramento.

CAPVT VII.

A Chriſto inſtituta.

1. HOc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. *Luc.* 22. *verſ.* 19.

2. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. 1. *Cor.* 11. *verſ.* 24. in Græco eſt τὸ κλώμενον, id eſt, quod frangitur.

3. Hic eſt calix novum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis funditur. *Luc.* 22. *verſ.* 20. Græcus textus ſic habet: τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον.

 id eſt,

id eſt, hoc poculum novum Teſtamentum eſt, in meo ſanguine, quod pro vobis effunditur. *Vide plura C. 3.*

CAPUT VIII.

Uſu ipſo ab Apoſtolo demonſtrata.

1. QUicunque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. 1. *ad Cor.* 11. *v.* 27.

2. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat & calice bibat. *Ibidem v.* 28.

3. Qui enim manducat, & bibit indignè, judicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. *Ibidem v.* 29.

4. Ideò inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi 1. *ad Cor.* 11. *v.* 30.

5. Quod ſi noſmetipſos dijudicaremus non utique dijudicaremur à Domino. *Ibidem.*

CAPUT IX.

Chriſtus ſub quâlibet ſpecie totus.

1. CHriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. *ad Rom. 6. v.* 9.

2. Quod enim mortuus eſt, peccato mortuus ſemel, quod autem vivit, vivit Deo. *Ibidem v.* 10.

3. Omnis Spiritus, qui ſolvit Chriſtum, ex Deo non eſt, & hic eſt anti-Chriſtus. *S. Joann. Epiſt.* 1. *c.* 4. *v.* 3.

4. Diviſus eſt Chriſtus? 1. *ad Cor.* 1. *v.* 13.

5. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo. *Joann. 6. v.* 57.

6. Qui manducat me, & ipſe vivet propter me. *Ibidem.*

7. Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi. *Ibidem v.* 51.

CA-

Digitized by Google

CAPVT X.

Fructus idem.

1. COllegerunt alii plus, alii minus, & menſi ſunt ad menſuram Gomor, nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus paraverat, reperit minus, ſed ſinguli juxta id, quod edere poterant, congregaverunt. *Exod.* 16. *v.* 17.

2. Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum. *Ioann.* 6. *verſ.* 51.

3. Non ſicut manducaverunt Patres veſtri Manna & mortui ſunt: qui manducat panem hunc vivet in æternum. *Ibidem v.* 59.

4. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt Juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. *Matt.* 5. *v.* 6.

5. Ego ſum panis vitæ, qui venit ad me, non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet unquam. *Ioann.* 6. *v.* 27.

CAPVT XI.

Sufficit alterutra ſpecies.

1. PAnis quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi vitâ. *Ioan.* 6. *v.* 52.

2. Qui manducat hunc panem vivet in æternum. *Ibidem v.* 51.

3. Hoc facite, quotieſcunque bibetis, in meam commemorationem. 1. *ad Cor.* 11. *v.* 25.

4. Quicunque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. *Ibidem v.* 27.

CAPVT XII.

Exemplo Chriſti & Apoſtolorum.

1. ET factum eſt, cùm recumberet cum eis; accepit panem & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis, & aperti ſunt oculi eorum, &

cognoverunt eum. *Luc. 24. verſ. 30.*

2. Erant autem perſeverantes in doctrinâ Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis. *Act. 2. v. 42.*

3. Unus panis, unum corpus multi ſumus; quippe uno pane participamus. 1. *Ad Cor. 10. v. 18.*

4. Una autem Sabbathi, cùm convenisſemus ad frangendum panem. *Act. 20. v. 7.*

CAPVT XIII.

Et uſu atque auctoritate Eccleſiæ.

1. SIc nos exiſtimet homo ut Miniſtros Chriſti & diſpenſatores myſteriorum Dei. 1. *Ad Cor. 4. v. 1.*

2. Cætera cùm venero, diſponam. 1. *Ad Cor. 11. v. 34.*

3. Cùm venerit Paraclitus, quem mittet Pater nomine meo, docebit vos omnem veritatem. *Ioan. 16. v. 13.*

4. Eccleſia Dei vivi columna eſt, & firmamentum veritatis. 1. *Ad Tim. 3. v. 5.*

CAPVT XIV.

Sacrificium Chriſti cruentum.

1. CHriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis. *Ad Epheſ. 5. v. 2.*

2. Appellatus à Deo Pontifex juxta ordinem Melchiſedech. *Ad Hebr. 5. v. 10.*

3. Pro eis ego ſanctifico me ipſum, ut ſint ipſi ſanctificati in veritate. *Ioan. 17. v. 19.*

4. Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, ut iterum ſumam eam: nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à me ipſo. *Ioann. 10. v. 17. & 18.*

5. Aſpicientes in auctorem fidei & conſumatorem Ieſum, qui propo-

Digitized by Google

propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contemptâ. *Ad Hebr.* 12. *v.* 2.

6. Qui in diebus carnis ſuæ, preces ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit illum ſalvum facere à morte cum clamore valido & lacrimis offerens, exauditus eſt pro ſuâ reverentiâ. *Ad Heb.* 5. *v.* 7.

7. Factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis. *Ibidem verſ.* 9.

CAPVT XV.

Incruentum Miſſæ Sacrificium deſcriptum figuratè.

1. IMmolabit agnum univerſa multitudo filiorum Iſraël, & edent carnes & azymos panes. *Exod.* 12. *v.* 8.

2. Juravit Dominus & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. *Pſ.* 19. *v.* 4.

3. Et amplius adhuc manifeſtum eſt, ſi ſecundùm ſimilitudinem Melchiſedech exurgat alius Sacerdos. *Ad Hebr.* 7. *v.* 15.

4. At verò Melchiſedech rex Salem proferens panem & vinum (erat enim Sacerdos Dei altiſſimi) benedixit ei, & ait: benedictus Abraham Deo excelſo, & benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt. *Gen.* 14. *v.* 18.

CAPVT XVI.

Aſſertum Prophetiè.

1. NOn eſt mihi voluntas in vobis, & munus non ſuſcipiam de manu unica. Ab ortu enim ſolis uſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus: & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus Exercituum. *Malach.* 1. *v.* 11.

2. In illâ die erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & cognoſcent Ægypti Dominum, & colent eum in hoſtiis & muneribus. *Iſa.* 19. *v.* 19.

Digitized by Google

3. Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini; Miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis. *Iſa.* 61. *v.* 6.

4. Et aſſumam ex eis Sacerdotes & Levitas; dicit Dominus, quia ſicut cœli novi & terra nova, quæ ego ſtare facio coram me: ſic ſtabit ſemen veſtrum & nomen veſtrum. *Iſa. ult. v.* 21. *&* 22.

5. Pollucnt ſanctuarium fortitudinis, & auferent juge ſacrificium, & dabunt abominationem in deſolationem. *Dan.* 11. *v.* 31.

6. Robur datum eſt ei contra juge Sacrificium propter peccata, *Ibidem v.* 12.

CAPVT XVII.

A Chriſto promiſſum & inſtitutum.

1. VEnit hora, quando neque in monte hoc, neque Hieroſolymis adorabitis Patrem. *Ioann.* 4. *v.* 21.

2. Venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt in ſpiritu & veritate. *Ibidem v.* 23.

3. Hoc facite in meam commemorationem. *Luc.* 22. *v.* 19. *&* 1. *Ad Cor.* 11. *v.* 24.

4. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. *Luc.* 22. *v.* 19.

5. Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur. 1. *Ad Cor.* 11. *v.* 24.

6. Hoc poculum novum Teſtamentum eſt in meo ſanguine, quod pro vobis effunditur. *Luc.* 22. *v.* 20.

CAPVT XVIII.

Vſu ipſo firmatum.

1. NOn poteſtis calicem Domini bibere & Calicem Dæmoniorum: non poteſtis menſæ Domini participes eſſe & menſæ Dæmoniorum. 1. *Ad Cor.* 10. *v.* 20.

2. Videte Iſraël ſecundùm carnem, nonnè qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris, 1. *Ad Cor.* 10. *v.* 18.

3. Quæ

3. Quæ immolant gentes dæmoniis, immolant non Deo: nolo autem vos ſocios fieri Dæmoniorum. *Ibidem v.* 19.

4. Habemus altare de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſerviunt. *Ad Hebr.* 13. *v.* 10.

5. Miniſtrantibus illis Domino, & jejunantibus dixit Spiritus Sanctus: ſegregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos. *Act.* 13. *v.* 2.

CAPVT XIX.

Cæremoniæ probatæ.

1. OMnia ad ædificationem fiant. 1. *Ad Cor.* 14. *v.* 26.

2. Omnia autem honeſtè & ſecundùm ordinem fiant in vobis. *Ibidem v.* 40.

3. Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me, hæc agite. *Ad Phil.* 4. *v.* 9.

4. De cætero Fratres, quæcunque pudica, quæcunque juſta, ſancta, amabilia, bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate. *Ibidem v.* 8.

5. Etſi corpore abſens ſum, ſed ſpiritu vobiſcum ſum, gaudens & videns ordinem veſtrum, & firmamentum ejus, quæ in Chriſto eſt fidei veſtræ. *Ad Coloſſ.* 2. *v.* 5.

CAPVT XX.

Latria Chriſto debita.

1. DOminum Deum tuum adorabis & illi ſoli ſervies. *Matt.* 4. *v.* 10. *& Deut.* 6. *v.* 13.

2. Cùm iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, & adorent eum omnes Angeli Dei. *Ad Hebr.* 1. *v.* 6.

3. Procidentes adoraverunt eum. *Matt.* 2. *v.* 11.

4. Procidens adoravit eum. *Joan. c.* 9. *v.* 38.

5. Et ecce Jeſus occurrit illis dicens, avete. Illæ autem acceſſerunt

Digitized by Google

tunt, & tenuerunt pedes ejus & adoraverunt eum. *Matt.* 28. *v.* 9.

6. Videntes eum adoraverunt, quidam autem dubitaverunt. *Ibidem v.* 17.

7. Convertentur ad Dominum univerſi fines terræ, & adorabunt in conſpectu ejus univerſæ familiæ gentium. *Pſal.* 21. *v.* 29.

8. Exaltate Dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum ejus, quoniam ſanctum eſt. *Pſal.* 98. *v.* 5.

CAPUT XXI.

Theophoria & aliæ proceſſiones licitæ.

1. VOcavit Joſue Sacerdotes & dixit ad eos: tollite Arcam fœderis, & ſeptem alii Sacerdotes, ſeptem Jubilæorum buccinas, & incedant ante Arcam Domini: ad populum quoque ait: ite & circuite Civitatem armati, præcedentes arcam Domini. *Ioſ.* 6. *verſ.* 6.

2. Congregavit David omnes electos ex Iſraël 30. millia ut abducerent Arcam Dei, cumque tuliſſent eam de domo Abinadab, Ahio præcedebat Arcam. David autem & omnis Iſraël ludebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis & citharis & lyris & tympanis & ſiſtris & cymbalis. 2. *Reg.* 6. *v.* 1.

3. Venerunt cuncti Senes de Iſraël, & tulerunt Arcam Sacerdotes & tabernaculum fœderis, & omnia vaſa Sanctuarii, & ferebant ea Sacerdotes & Levitæ. 3. *Reg.* 8. *v.* 4.

4. Rex Salomon, & omnis multitudo Iſraël, quæ convenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante Arcam & immolabant oves & boves abſque æſtimatione & numero. *Ibid. v.* 5.

5. Intulerunt Sacerdotes Arcam fœderis Domini in locum ſuum, in oraculum templi, in Sanctum Sanctorum ſubter alas Cherubim; ſiquidem Cherubim expandebant alas ſuper locum Arcæ, & protegebant Arcam. 3. *Reg.* 8. *v.* 6. & 7.

6. Habitavit Arca Domini in domo Obededom; & benedixit Dominus Obededom & omnem domum ejus. 2. *Reg.* 6. *v.* 11.

7. Nunciatum eſt regi David quod benedixiſſet Dominus Obededom, & omnia ejus, propter Arcam Dei, dixitque David: ibo & reducam

cam arcam cum benedictione in domum meam. *Ibidem v.* 12.

8. Chriſtus Jeſus pertranſiit benefaciendo & ſanando omnes oppreſſos à Diabolo, quoniam Deus erat cum illo. *Actor.* 10. *v.* 38.

9. Dicite filiæ Sion eccè Rex tuus venit tibi manſuetus. *Matth.* 21. *verſ.* 5.

10. Plurima autem turba ſtraverunt veſtimenta ſua in via: alii autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in viâ. *Ibidem v.* 8.

11. Turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ ſequebantur clamabant dicentes: Hoſanna filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini. *Ibidem v.* 9.

12. Ibat ſecundùm conſuetudinem in montem olivarum; ſecuti ſunt autem illum & diſcipuli. *Luc.* 22. *v.* 39.

CAPVT XXII.

Pœnitentia Sacramentum.

1. TIbi dabo claves regni cœlorum, & quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum, & in cœlis. *Matt.* 16. *v.* 19.

2. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. *Joan.* 20. *v.* 22.

3. Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. *Joann.* 20. *v.* 21.

4. Dedit nobis Deus Myſterium reconciliationis. 2. *Cor.* 5. *v.* 18. *Vide plura c.* 23. 24. 45.

CAPVT XXIII.

Contritio & Dei dilectio.

1. GAudeo: non quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. 2. *Cor.* 8. *v.* 9.

2. Contriſtati eſtis ſecundùm Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis; quæ enim ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur, ſæculi autem triſtitia mortem operatur. *Ibidem.*

3. Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? ſecun-

Digitized by Google

ſecundùm autem duritiam tuam & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in dicitæ. *Rom. 2. v. 3.*

4. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. *Pſ. 50. v. 19.*

5. Deus propitius eſto mihi peccatori. *Luc. 18. v. 13.*

6. Dico vobis deſcendit hic juſtificatus in domum ſuam. Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur; & qui ſe humiliat exaltabitur. *Ibid. v. 14.*

7. Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. *Joann. 14. v. 21.*

8. Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. *Ibidem v. 23.*

9. Ego diligentes me diligo. *Prov. v. 8.*

CAPUT XXIV.

Confeſſio.

1. SI confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & juſtus ut remittat peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. *1. Ioann. 1. v. 9.*

2. Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra. *Iac. 5. v. 16.*

3. Ite oſtendite vos Sacerdotibus. *Luc. 17. v. 13.*

4. Quid enim mihi de iis, qui foris ſunt, judicare? nonne de iis, qui intus ſunt, vos judicatis. *1. Cor. 5. v. 12.*

5. Multi credentium veniebant confitentes actus ſuos. *Actor. 19. verſ. 18.*

Vide plura c. 22.

CAPVT XXV.

Satisfactio poſt remiſſam culpam.

1. QUia comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus come-

medes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. *Gen.* 3. *v.* 17.

2. In ſudore vultûs tui veſceris pane, donec revertaris in terram de quâ ſumptus es. *Ibidem v.* 19.

3. Quia prævaricati eſtis contra me, & non ſanctificâſtis me inter filios Iſraël, &c. Videbis terram & non ingredieris in eam, quam ego dabo filiis Iſraël. *Deut.* 32. *v.* 50.

4. Dominus tranſtulit peccatum tuum, non morieris: verumtamen quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domini per verbum hoc, filius qui natus eſt tibi, morte morietur. 2. *Reg.* 12. *v.* 14.

5. Non intrabitis in terram, ſuper quam levavi manum meam, ut habitare vos facerem. *Num.* 14. *v.* 30.

6. Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, jam judicavi ut præſens eum, qui ſic operatus eſt, tradere hujuſmodi Satanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit. 1. *Cor.* 5. *v.* 3.

7. Peccata eleëmoſynis redime, & iniquitatem tuam miſericordiis pauperum. *Dan.* 4. *v.* 24.

8. Miſericordiâ & veritate redimitur iniquitas. *Prov.* 16. *v.* 6.

9. Facite fructus dignos pœnitentiæ. *Luc.* 3. *verſ.* 8. *& Matth.* 3. *verſ.* 8.

10. Ecce enim hoc ipſum ſecundùm Deum contriſtari vos, quantam in vobis operatur ſollicitudinem; ſed indignationem, ſed timorem, ſed deſiderium, ſed æmulationem, ſed vindictam. 2. *Cor.* 7. *v.* 11.

11. Ninivitæ prædicaverunt jejunium, & veſtiti ſunt ſaccis à majore ad minorem, & vidit Deus opera eorum; quia converſi ſunt de viâ ſuâ malâ, & miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam locutus fuerat ut faceret, & non fecit. *Ionæ* 3. *v.* 5. *&* 10.

CAPVT XXVI.

Satisfactio unius pro alio atque indulgentia.

1. GAudeo in paſſionibus, & adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne meâ, pro corpore ejus, quod eſt Eccleſia. *Coloſſ.* 1. *v.* 24.

2. Si tamen compatimur, ut & conglorificemur. *Rom.* 8. *v.* 17.

3. Adjuvantibus vobis in oratione pro nobis, ut ex multorum per-

perſonis, ejus quæ in nobis eſt donationis per multos gratiæ agantur pro nobis. 2. *Cor.* 1. *v.* 1.

4. Cui autem aliquid donâſtis, & ego: nam & ego quod donavi; ſi quid donavi, propter vos in perſona Chriſti. 2. *Cor.* 2. *v.* 10.

5. Quæcunque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. *Matth.* 18. *verſ.* 18.

CAPVT XXVII.

Vnctio ſacra.

1. EXeuntes prædicabant, ut pœnitentiam agerent, & dæmonia multa ejiciebant, & ungebant oleo multos ægros, & ſanabant. *Marc.* 6. *v.* 13.

2. Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, unguentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. *Jac.* 5. *v.* 14.

CAPVT XXVIII.

Sacer Ordo.

1. NOli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ tibi data eſt per prophetiam cum impoſitione manuum Presbiterii. 1. *Tim.* 4. *v.* 14.

2. Admoneo te, ut reſuſcites gratiam, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum. 2. *Tim.* 1. *v.* 6.

3. Et cùm conſtituiſſent illis per ſingulas Eccleſias Presbyteros, & oràſſent cum jejunationibus, commendaverunt eos Domino. *Actorum* c. 14. *v.* 22.

4. Hoc facite in meam commemorationem. *Luc.* 22. *v.* 19.

5. Manus cito nemini impoſueris, neque communicaveris peccatis alienis. 1. *ad Tim.* 5. *v.* 22.

Digitized by Google

CAPUT XXIX.

Continentia Miniſtrorum Eccleſiæ.

1. SAncti erunt Deo ſuo, & non polluent nomen ejus. *Lev.* 21. *verſ.* 6.

2. Incenſum enim Domini & panes Dei ſui offerunt, & ideò Sancti erunt. *Ibidem.*

3. Mundamini qui fertis vaſa Domini. *Iſaiæ c.* 52. *v.* 11.

4. Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum ſanctificentur. *Exodi* 19. *v.* 22.

5. Non habeo laicos panes ad manum; ſed tantùm panem ſanctum; ſi mundi ſint pueri maximè à mulieribus. 1. *Reg.* 21. *v.* 5.

6. Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus. 2. *ad Tim.* 2. *v.* 3.

7. Ut ei placeat cui ſe probavit. *Ibidem.*

8. Qui ſine uxore eſt, ſollicitus eſt, quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo: qui autem cum uxore eſt, ſollicitus eſt, quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori, & diviſus eſt. 1. *Cor.* 7. *v.* 32.

9. Ad utilitatem veſtram dico, non ut laqueum vobis injiciam, ſed ad id, quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento Dominum obſecrandum. *Ibidem v.* 35.

10. Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem: hoſpitalem, benignum, ſobrium, ſanctum, continentem. *Ad Titum* 1. *verſ.* 7.

11. Volo omnes vos eſſe ſicut me ipſum. 1. *Cor.* 7. *v.* 7.

CAPUT XXX.

Matrimonium.

1. SAcramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & Eccleſiâ. *ad Epheſ.* 5. *v.* 32.

Digitized by Google

2. Viri diligite uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam ſuam. *Ibidem v.* 25.

3. Salvabitur autem mulier per filiorum generationem, ſi permanſerit in fide, & dilectione, & ſanctificatione cum ſobrietate. 1. *ad Tim.* 2. *v.* 15.

4. Unuſquiſque proprium donum habet ex Deo, unus quidem ſic, alius verò ſic. 1. *ad Cor.* 7. *v.* 7.

CAPUT XXXI.

Firmum & inſolubile.

1. QUicunque dimiſerit uxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam. *Marc.* 10. *v.* 11.

2. Omnis qui dimittit uxorem ſuam, & aliam ducit, mœchatur. *Luc.* 16. *v.* 18.

3. Quæ ſub viro eſt mulier, vivente viro alligata eſt legi. *ad Rom.* 7. *v.* 2.

4. Igitur vivente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro. *Ibidem* 3.

5. Iis autem qui matrimonio juncti ſunt, præcipio non ego ſed Dominus, uxorem à viro non diſcedere, quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuò reconciliari; & vir uxorem non dimittat. 1. *Cor.* 7. *v.* 10.

6. Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet. *Matt.* 19. *v.* 6. *& Marc.* 10. *v.* 9.

7. Quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat, non enim ſervituti ſubjectus eſt frater aut ſoror in hujuſmodi. 1. *ad Cor.* 7. *v.* 15.

PARS

Digitized by Google

PARS IV.

De peccatorum diſtinctione & cauſa.

CAPUT PRIMUM.

Peccatum mortale.

1. NOlite errare, neque fornicarii, neque idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei poſſidebunt. 1. *ad Cor.* 6. *v.* 9.

2. Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in ſtagni ardente igne, & ſulphure, quod eſt mors ſecunda. *Apoc.* 21. *v.* 8.

3. Si ſecundùm carnem vixeritis, moriemini. *ad Rom.* 8. *v.* 13.

4. Peccatum cùm conſummatum fuerit, generat mortem. *Jac.* 1. *verſ.* 15.

5. Omnis fornicator aut avarus aut immundus non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. *ad Epheſ.* 5. *v.* 5.

6. Anima quæ peccaverit ipſa morietur. *Ezech.* 18. *v.* 4.

CAPUT II.

Peccatum veniale.

1. IN multis offendimus omnes. *Jac.* 3. *v.* 2.

2. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. 1. *Ioann.* 1. *v.* 8.

3. Septies enim cadet juſtus & reſurget. *Prov.* 24. *v.* 16.

4. Juſtus pro delictis ſuis deprecabitur. *Eccli.* 39. *v.* 7.

5. Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit Judicio: qui autem

Digitized by Google

dixerit fratri ſuo Raca, reus erit conſilio, qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis: *Matt.* 5. *v.* 22.

6. Qui ſuperædificat fœnum, lignum & ſtipulam, ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem. 1. *ad Cor.* 3. *v.* 11.

7. Quid vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo eſt, non conſideras! *Luc.* 6. *v.* 41.

8. Qui ſpernit modica paulatim decidet. *Eccleſ.* 19. *v.* 1.

CAPVT III.

Deus non eſt auctor peccati.

1. Manè adſtabo tibi & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. *Pſ.* 5. *v.* 5.

2. Odiſti omnes qui operantur iniquitatem. *Ibidem v.* 7.

3. Odio eſt Deo impius & impietas ejus. *Sap.* 14. *v.* 9.

4. Mundi ſunt oculi tui ne videant malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris. *Abac.* 1. *v.* 13.

5. Ædificaverunt excelſa Baalim, quæ non præcepi, nec locutus ſum, nec aſcenderunt in cor meum. *Ier.* 19. *v.* 5.

6. Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. 1. *ad Theſſ.* 4. *verſ.* 3.

7. Nemo cùm tentatur dicat, quoniam à Deo tentatur; Deus enim intentator malorum eſt, ipſe autem neminem tentat. *Iac.* 1. *verſ.* 13.

8. Invidiâ diaboli mors introivit in orbem terrarum, imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius. *Sap.* 2. *verſ.* 24. & *Ad Rom.* 5. *verſ.* 12.

9. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. *Iob.* 41. *v.* 25.

10. Illi verò captivi ad ipſius detinentur voluntatem. 2. *ad Tim.* 2. *verſ.* 26.

11. Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. *Pſal.* 144. *v.* 13.

CA-

Digitized by Google

CAPUT IV.

Peccatum ex ignorantiâ paſſione & malitia.

1. SI cognoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. 1. *ad Cor.* 2. *v.* 8.

2. Æmulationem Dei habent ſed non ſecundùm ſcientiam. *ad Rom.* 10. *v.* 3.

3. Venit hora ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo. *Joan.* 16. *v.* 2.

4. Blaſphemus fui, & perſecutor, & contumelioſus; ſed miſericordiam Dei conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate. 1. *ad Tim.* 1. *v.* 13.

5. Unuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. *Iac.* 1. *v.* 14.

6. Qui quaſi de induſtriâ receſſerunt à Deo, & omnes vias ejus intelligere noluerunt. *Iob.* 34. *v.* 27.

CAPUT V.

Peccatum originale,

1. PEr unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit; in quo omnes peccaverunt. *ad Rom.* 5. *v.* 12.

2. Per inobedientiam unius hominis peccatores conſtituti ſunt multi. *ad Rom.* 5. *v.* 19.

3. Eramus & nos filii iræ ſicut cæteri, Deus autem qui dives in miſericordiâ propter nimiam charitatem ſuam, cùm eſſemus mortui peccato, juſtificavit nos in Chriſto. *ad Epheſ.* 2. *v.* 3.

4. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. *Pſal.* 50. *v.* 6.

6. Omnes peccaverunt, & egent gratiâ Dei. *ad Rom.* 3. *v.* 22.

Digitized by Google

CAPVT VI.

Peccatum habituale.

1. VSque in præſentem diem macula hujus ſceleris in vobis permanet. *Joſ. 22. v. 17.*

2. Multi publicani, & peccatores diſcumbebant cum Ieſu. *Matt. 9. v. 10.*

3. Non veni vocare juſtos ſed peccatores. *Ibidem v. 13.*

4. Mulier quæ erat in civitate peccatrix. *Luc. 7. v. 37.*

5. Beatus dives, qui inventus eſt ſine maculâ. *Eccli. c. 31. v. 8.*

6. Maculata es in iniquitate tuâ coram me, dicit Dominus. *Jer. 2. verſ. 22.*

7. Qui ſordidus eſt, ſordeſcat adhuc. *Apoc. 22. v. 11.*

8. Quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. *Matth. 15. verſ. 11.*

Vide Libr. 2. Par. 5. c. 2. & ſeq.

PARS V.

De Chriſtianâ Iuſtificatione.

CAPVT PRIMVM.

Vera peccati remiſsio & ſublatio.

1. EFfundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. *Ezech. 36. v. 25.*

2. Aſperges me Domine Hyſſopo & mundabor, lavabis me & ſuper nivem dealbabor. *Pſal. 5. v. 8.*

3. Hæc

Digitized by Google

3. Hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed juſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri. 1. *ad Cor.* 6. *v.* 11.

4. Quantum diſtat ortus ab occidente, longè fecit à nobis iniquitates noſtras. *Pſal.* 102. *v.* 12.

5. Projiciet in profundum maris omnia peccata noſtra. *Mich.* 7. *verſ.* 19.

6. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. *Ioan.* 1. *v.* 29.

7. Convertimini ut deleantur peccata veſtra. *Act.* 3. *v.* 19.

8. Ablue peccata tua. *Actor.* 22. *v.* 16.

9. Et peccatorum purgationem faciens. *ad Heb.* 1. *v.* 3.

10. Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata. *ad Heb.* 9. *v.* 25.

11. In hoc enim apparuit filius Dei, ut diſſolvat opera Diaboli. 1. *Ioann.* 3. *v.* 9. *Hæc & ſequentia explicantur diſſertatione quadripartitâ de Juſtificatione.*

CAPVT II.

Vera Iuſtificatio.

1. IUſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Jeſu. *ad Rom.* 3. *v.* 24.

2. Non ſicut delictum ita & donum, ſed ubi abundavit delictum, ſuperabundavit & gratia. *ad Rom.* 5. *v.* 15. *&* 20.

3. Traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter juſtificationem noſtram. *ad Rom.* 4. *v.* 25.

4. Cùm mortui eſſetis in delictis, convivificavit vos cum illo, donans vobis omnia delicta. *ad Col.* 2. *v.* 13.

5. Quaſi modò geniti infantes, rationabile ſine dolo lac concupiſcite. 1. *Pet.* 2. *v.* 2.

CAPVT III.

Et interna Sanctificatio.

1. SPes non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis. *ad Rom.* 5. *v.* 6.

2. Ut

Digitized by Google

2. Ut quid enim Chriſtus, cùm adhuc infirmi eſſemus ſecundùm tempus, pro impiis mortuus eſt. *Ibidem v.* 6.

3. In die quâ alligaverit Dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagæ ejus ſanaverit. *Iſa* 30. *v.* 26.

4. Confirmat nos, qui unxit nos Deus, & qui ſignavit nos, & dedit pignus Spiritûs in cordibus noſtris. 2. *ad Cor.* 1. *v.* 21. & 22.

5. Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abundè per Jeſum Chriſtum Salvatorem noſtrum; ut juſtificati gratiâ ipſius, hæredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternæ. *ad Tit:* 3. *v.* 6.

6. Qui natus eſt ex Deo peccatum non facit, quia ſemen ipſius manet in eo. 1. *Joan.* 3. *v.* 9.

7. Quoniam autem eſtis filii, miſit Deus Spiritum Filii ſui in corda veſtra. *Gal.* 4. *v.* 6.

8. Renovamini ſpiritu mentis veſtræ & induite novum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt, in juſtitiâ, & ſanctitate veritatis. *ad Epheſ.* 4. *v.* 23.

9. Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & juſtitiæ, accipientes in vita regnabunt per unum Jeſum Chriſtum. *ad Rom.* 5. *v.* 17.

10. Quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imaginis filii ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. *ad Rom.* 8. *v.* 29.

11. Sicut portavimus imaginem hominis terreni, portemus & imaginem Chriſti. 1. *ad Cor.* 15. *v.* 49.

Vide plura Lib. 2. *Parte* 4. *c.* 17. & *ſeq.*

CAPUT IV.

Per Fidem, Spem & Charitatem.

1. Habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus. *ad Rom.* 5. *v.* 2.
2. Qui ſperat in Domino ſanabitur. *Prov.* 28. *v.* 25.
3. Spe ſalvi facti ſumus. *ad Rom.* 8. *v.* 24.
4. Qui habet hanc ſpem, ſanctificat ſe. 1. *Ioan.* 3. *v.* 3.
5. Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem

tem autem non habuero, nihil ſum. 1. *ad Cor.* 13. *v.* 2.

6. Nunc autem manent tria hæc fides, ſpes, charitas; major autem horum charitas. *Ibidem v.* 13.

7. Gratias agimus Deo, audientes fidem veſtram in Chriſto Jeſu, & dilectionem, quam habetis in Sanctos omnes propter ſpem, quæ repoſita eſt vobis in cœlis. *ad Coloſſ.* 1. *v.* 4.

8. Charitas operit multitudinem peccatorum. 1. *Pet.* 4. *v.* 8.

9. Remittuntur illi peccata multa, quoniam dilexit multum. *Lucæ* 7. *v.* 47.

10. Qui non diligit, manet in morte. 1. *Joan.* 3. *v.* 14.

Vide Lib. 3. *Par.* 1. 2. 3.

CAPVT V.

Per Pœnitentiam, atque alia opera.

1. PÆnitentiam agite, appropinquat enim regnum cœlorum *Matt.* 3. *v.* 2.

2. Convertimini ad me, & ego convertar ad vos, ait Dominus. *Zach.* 1. *v.* 3.

3. Convertimini de viis veſtris malis, & de cogitationibus veſtris peſſimis. *Ibidem v.* 4.

4. Pœnitentiam agite & baptizetur unuſquiſque veſtrûm in remiſſionem peccatorum. *Act.* 2. *v.* 38.

5. Niſi pœnitentiam habueritis omnes ſimul peribitis. *Luc.* 13. *verſ.* 3.

6. Timor Domini expellit peccatum, nam qui ſine timore eſt, non poterit juſtificari. *Eccli.* 1. *v.* 27.

7. Cum metu & tremore ſalutem veſtram operamini. *Ad Phil.* 2. *verſ.* 12.

8. Quæ ſecundùm Deum eſt triſtitia, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. 2. *ad Cor.* 7. *v.* 10.

9. Videtis quòd ex operibus juſtificatur homo, & non ex fide tantùm. *Iac.* 2. *v.* 24.

10. Si fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides ſalvare eum? *Ibidem v.* 14.

Digitized by Google

11. Sic & fides, ſi non habet opera, mortua eſt in ſemetipſa. *Ibidem verſ.* 17.

12. Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt. *Ibidem v.* 26.

13. Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. *Matt.* 7. *v.* 21.

CAPVT VI.

Timor ſalutaris.

1. SUnt juſti & ſapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamen neſcit homo, utrum amore, aut odio dignus ſit, ſed omnia in futurum ſervantur incerta. *Eccleſ.* 9. *v.* 1.

2. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc juſtificatus ſum; qui enim judicat me, Dominus eſt. 1. *ad Cor.* 4. *v.* 4.

3. Itaque nolite ante tempus judicare, quoad uſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Domino. 1. *ad Cor.* 4. *verſ.* 5.

4. Mihi pro minimo eſt, ut à vobis judicer, aut ab humano die, ſed neque meipſum judico. *Ibidem v.* 3.

5. Fracti ſunt rami propter incredulitatem, tu autem fide ſtas, noli altum ſapere, ſed time; ſi enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat. *ad Rom.* 11. *v.* 20.21.

6. Qui exiſtimat ſe ſtare, videat ne cadat. 1. *ad Cor.* 10. *v.* 21.

7. Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo, ne fortè cùm aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar. *Ibidem c.* 9. *v.* 27.

8. Contendite intrare per anguſtam portam. *Luc.* 13. *v.* 24.

9. Lata via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam. *Matt.* 7. *v.* 13.

10. Verebar omnia opera mea, ſciens quoniam non parceres delinquenti. *Job.* 9. *v.* 28.

CA-

Digitized by Google

CAPVT VII.

Fiducia certa juſtorum.

1. IPſe Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus filii Dei. *ad Rom.* 8. *v.* 16.

2. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? ſed in his omnibus ſuperamus, propter eum, qui dilexit nos. *ad Rom. c.* 8. *v.* 35. *& ſeqq.*

3. Certus enim ſum quia neque mors, neque vita, neque creatura alia, poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu. *Ibidem v.* 38.

4. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. 2. *Ad Cor.* 1. *v.* 12.

5. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me veſtimento ſalutis, & indumento juſtitiæ circumdedit me. *Iſaia* 61. *v.* 10.

6. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te. *Pſal.* 30. *v.* 20.

7. Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illius ſcandalum. *Pſal.* 118. *v.* 165.

CAPVT VIII.

Inanis impiorum præſumptio.

1. SPes impii tanquam lanugo eſt, quæ à vento tollitur, & tanquam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur: & tanquam fumus, qui à vento diffuſus eſt, & tanquam memoria hoſpitis unius diei prætereuntis. *Sap.* 5. *v.* 15.

2. Contritio & infælicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt, non eſt timor Dei ante oculos eorum. *Pſal.* 13. *v.* 3.

3. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad ſonitum organi,

Digitized by Google

qui ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. *Job. c. 21. v. 12.*

4. Quis ſcit, ſi convertatur & ignoſcat Deus. *Jona 3. v. 9.*

5. Pœnitentiam age, & roga Deum, ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. *Act. 8. v. 22.*

Vide Lib. 3. Par. 2. c. 1. & ſeq.

PARS VI.

De Chriſtianorum operum perfectione, merito, præcepto.

CAPVT PRIMVM.

Operum bonorum integritas.

1. REtribuetmihiDominus ſecundùm juſtitiam meam, & ſecundùm puritatem manuum mearum retribuet mihi. *Pſal. 17. v. 21.*

3. Quia cuſtodivi manus Domini, nec impiè geſſi à Deo meo. *Ibidem v. 24.*

3. Et ero immaculatus cum eo, & obſervabo me ab iniquitate mea. *Ibidem v. 26.*

4. Cuſtodiam legem tuam ſemper, & in ſæculum ſæculi. *Pſ. 118. verſ. 44.*

5. Ab omni viâ malâ prohibui pedes meos, ut cuſtodiam verba tua. *Ibidem v. 101.*

Hæc & omnia quæ ſequuntur, declarata ſunt diſſertatione bipartitâ de Iuſtificatione.

CA-

Digitized by Google

CAPVT II.

Et perfectio,

1. SIc luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera bona veſtra, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt. *Matt.* 5. *v.* 16.

2. Eſtote ergo perfecti ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt. *Ibidem v. ult.*

3. Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. *Joan.* 6. *v.* 27.

4. Converſationem veſtram inter gentes habentes bonam, ut in eo quo detrectant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis. 1. *Pet.* 2. *verſ.* 12.

5. Non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur juſtitiam, acceptus eſt illi. *Actor.* 10. *v.* 34.

CAPVT III.

Non naturalis tantùm ſed & ſupernaturalis.

1. IN hoc & ipſe ſtudeo ſine offendiculo conſcientiam habere ad Deum, & ad homines ſemper. *Act.* 24. *v.* 16.

2. Sine offenſione eſtote Judæis & gentibus & Eccleſiæ Dei, ſicut ego per omnia omnibus placeo. 1. *ad Cor.* 10. *v.* 32.

3. Nulli dantes ullam offenſionem, ut non vituperetur miniſterium noſtrum. 2. *ad Cor.* 6. *v.* 3.

4. Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Jeſu in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus. *Ad Epheſ.* 2. *verſ.* 10.

5. Divitibus hujus ſæculi præcipe non ſublime ſapere in incerto divitiarum, ſed in Deo vivo, qui præſtat nobis omnia abundè ad fruendum bene agere, divites fieri in bonis operibus, theſaurizare ſibi fundamen-

Digitized by Google

damentum bonum in futurum, ut apprehendant vitam æternam, 1. *ad Tim. cap.* 6. *v.* 18. & 19.

CAPVT IV.

Abſque peccati omnis permixtione.

1. QUæ participatio juſtitiæ cum iniquitate, aut quæ ſocietas luci ad tenebras. 2. *ad Cor.* 6. *v.* 14.

2. Omnis qui in Deo manet non peccat, & omnis qui peccat, non vidit eum. 1. *Ioann.* 3. *v.* 6.

3. In omnibus his non peccavit Job labiis ſuis. *Iob.* 1. *v.* 22.

4. Vir ſimplex & rectus & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam. *Iob.* 2. *v.* 3.

5. Hæc paſſus ſum abſque iniquitate manûs meæ, cùm haberem mundas ad Deum preces. *Iob.* 16. *v.* 18.

6. Si nupſerit virgo, non peccavit. 1. *Cor.* 7. *v.* 28.

CAPVT V.

Meritum bonorum operum gloria cæleſtis.

1. STabiles eſtote & immobiles abundantes in opere Domini ſemper, ſcientes, quòd labor veſter non ſit inanis in Domino. 1. *ad Cor.* 15. *v.* 58.

2. Non enim injuſtus eſt Deus, ut obliviſcatur operis veſtri & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtrâſtis ſanctis. *ad Heb.* 6. *v.* 10.

3. Nolite itaque amittere confidentiam veſtram quæ magnam habet remunerationem. *ad Heb.* 10. *v.* 35.

4. Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi, in reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illo die juſtus Iudex. 2. *ad Tim.* 4. *v.* 8.

5. Neſcitis, quòd ii, qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt,

Digitized by Google

runt, ſed unus accipit bravium, ſic currite ut comprehendatis. 1. *ad Cor.* 9. *v.* 24.

6. Filius hominis venturus eſt in gloria patris ſui, & reddet unicuique ſecundùm opera ſua. *Matt.* 16. *v.* 27.

7. Theſaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis juſti judicii Dei, qui reddet unicuique ſecundùm opera ejus. *ad Rom.* 2. *v.* 5.

8. Ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt. *Apoc.* 3. *v.* 3.

9. Si volens hoc ago, mercedem habeo, ſin autem invitus, diſpenſatio mihi credita eſt. 1. *ad Cor.* 9. *v.* 17.

10. Manete in me, & ego in vobis: ſicut palmes non poteſt ferre fructum, niſi manſerit in vite, ſic nec vos, niſi in me manſeritis. *Ioan.* 15. *v.* 4.

11. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. 2. *Cor.* 6. *verſ.* 2.

CAPUT VI.

Gratiæ & proſperitatis augmentum.

1. IUſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit uſque ad perfectum diem. *Prov.* 4. *v.* 18.

2. Qui nocet, noceat adhuc, & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc, & qui juſtus eſt, juſtificetur adhuc, & ſanctus, ſanctificetur adhuc. *Apoc.* 22. *v.* 11.

3. Sicut exhibuiſtis membra veſtra, ſervire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſervire juſtitiæ in ſanctificationem. *ad Rom.* 6. *v.* 19.

4. Non impediaris orare ſemper, & ne verearis ad mortem uſque juſtificari. *Eccli.* 18. *v.* 22.

5. Timete Dominum omnes ſancti eius, quoniam non eſt inopia timentibus eum. *Pſ.* 33. *v.* 9.

6. Pietas ad omnia utilis eſt, promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ. 1. *Tim.* 4. *v.* 8.

7. Omnis qui reliquerit domum, aut agrum, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. *Matt.* 19. *v.* 28.

Vide Lib. 2. Par. 2. C. 2. & ſeq.

C. A

Digitized by Google

CAPVT VII.

Qui Deum diligit, Deo obedit,

1. SI diligitis me, mandata mea ſervate. *Joan.* 14. *v.* 15.
2. Qui habet mandata mea, & ſervat ea, hic eſt, qui diligit me. *Joan.* 14. *v.* 21.
3. Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit. *Ibidem v.* 23.
4. Si præcepta mea ſervaveritis, manebitis in dilectione meâ, ſicut & ego Patris mei præcepta ſervavi, & maneo in ejus dilectione. *Ioann.* 15. *v.* 10.
5. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. *Ibid. verſ.* 15.
6. Ego ſum vitis, vos palmites, omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum; & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus adferat. *Ibidem v.* 2. *&* 3.

CAPVT VIII.

Et mandata ejus cuſtodit.

1. HÆc eſt charitas Dei, ut mandata ejus cuſtodiamus. 1. *Ioann. c.* 5. *v.* 3.
2. Dilectio cuſtodia legum illius eſt. *Sap.* 6. *v.* 19.
3. Deum time & mandata ejus ſerva, hoc eſt enim omnis homo. *Eccle.* 12. *v.* 13.
4. Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. *Matt.* 7. *v.* 21.
5. Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me. *Ioan.* 4. *v.* 34.
6. Niſi abundaverit juſtitia veſtra, plus quàm Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. *Matt.* 5. *v.* 20.
7. Chriſtus conſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. *ad Heb.* 5. *v.* 9.

8. In

Digitized by Google

8. In hoc ſcimus quoniam cognovimus eum, ſi mandata ejus obſervemus. 1. *Ioann.* 2. *v.* 3.

9. Qui dicit ſe noſſe eum, & mandata ejus non cuſtodit, mendax eſt. *Ibidem v.* 4.

10. Qui dicit ſe in ipſo manere, debet ſicut ille ambulavit, & ipſe ambulare. *Ibidem v.* 6.

11. Plenitudo legis eſt dilectio: *ad Rom.* 13. *v.* 10.

CAPVT IX.

Deus ſeriò vult ſervari ſua mandata.

1. SI vis ad vitam ingredi ſerva mandata. *Matt.* 19. *v.* 17.

2. Tu mandâſti mandata tua cuſtodiri nimis. *Pſal.* 118. *verſ.* 4.

3. Stultè egiſti nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui, ideò nequaquam regnum tuum ultra conſurget. 1. *Reg.* 13. *v.* 13.

4. Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus illis, qui diligunt eum. 1. *ad Cor.* 2. *verſ.* 9.

5. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos, tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris: jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve. *Matt.* 11. *v.* 28.

6. Filius honorat Patrem ſuum, ſervus Dominum ſuum, ſi ergo Pater ego ſum, ubi eſt honor meus, & ſi ego Dominus, ubi timor meus? *Malach.* 1. *v.* 6.

7. Fili ſerva mandata mea, & vives. *Prov.* 7. *v.* 2.

8. Hoc fac & vives. *Luc.* 10. *v.* 28.

9. Deus reddet unicuique ſecundùm opera ejus: iis quidem, qui ſecundùm patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam: iis autem, qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, ira & indignatio. *ad Rom.* 2. *v.* 6.

10. Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum, & Spiritum meum ponam in medio veſtri, & faciam ut in præceptis meis ambuletis. *Ezech.* 36. *v.* 27.

11. In capite libri ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatem tuam; Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. *Pſal.* 39. *verſ.* 8.

12. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, ut eatis, & fructum afferatis & fructus veſter maneat. *Joann.* 15. *v.* 16.

CAPVT X.

Libertas filiorum Dei non pugnat cum ſubjectione filiali.

1. VOs in libertatem vocati eſtis, tantùm, ne libertatem in occaſionem detis carnis. *ad Gal.* 5. *v.* 16.

2. Quaſi liberi, non quaſi velamen malitiæ habentes libertatem, ſed ſicut ſervi Dei. 1. *Pet.* 2. *v.* 16.

3. Ubi Spiritus Domini, ibi libertas. 2. *ad Cor.* 3. *v.* 17.

4. Cùm ſervi eſſetis peccati, liberi fuiſtis juſtitiæ; nunc autem liberati à peccato, ſervi autem facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam. *ad Rom.* 6. *v.* 20. 21.

5. Deſcendi de cœlo non ut faciam voluntatem meam, ſed voluntatem ejus qui me miſit. *Ioann.* 6. *v.* 38.

6. Nonne Deo ſubjecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meum: nam & ipſe Deus meus ſalutaris meus, ſuſceptor meus, non movebor amplius. *Pſal.* 61. *v.* 1. & 2.

7. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua! ſuper mel ori meo. *Pſal.* 118. *v.* 103.

8. In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum ſicut in omnibus divitiis. *Ibidem v.* 14.

CAPVT XI.

Mandata Dei poſſibilia.

1. CUſtodi legem atque conſilium, & erit vita animæ tuæ & gratia faucibus tuis. *Prov.* 3. *v.* 22.

2. Non

2. Non eſt ſimilis inventus illi in gloriâ, qui conſervavit legem excelſi, & in tentatione inventus eſt fidelis: ideò jurejurando dedit illi gloriam in gente ſuâ. *Eccl. 44. v. 21. & 22.*

3. Non fuiſti ſicut ſervus meus David, qui cuſtodivit mandata mea, & ſecutus eſt me in toto corde ſuo, faciens quod placitum eſſet in conſpectu meo. *lib. 3. Reg. cap. 14. v. 8.*

4. Erant ambo juſti ante Deum incedentes in omnibus mandatis & juſtificationibus ſine querelâ. *Luc. 1. v. 6.*

5. Omnia hæc cuſtodivi à juventute mea. *Matt. 19. v. 20.*

6. Memento quæſo quomodo ambulaverim coram te in veritate & in corde perfecto. *Iſa. 38. v. 3.*

7. Jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve. *Matt. 11. v. 30.*

8. Hæc eſt charitas Dei ut mandata ejus cuſtodiamus, & mandata ejus gravia non ſunt. *1. Ioan. 5. v. 3.*

9. Omnia poſſum in eo, qui me confortat. *Ad Philip. 4. v. 13.*

Vide Lib. 2. P. 2. C. 9. & ſeq.

CAPVT XII.

Libertas neceſſaria ad rationem peccati.

1. NOn regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ut obediatis concupiſcentiis ejus. *ad Rom. 6. v. 12.*

2. Unuſquiſque tentatur à concupiſcentiâ ſuâ abſtractus & illectus. *Iac. 1. v. 14.*

3. Concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum. *Ibidem verſ. 15.*

4. Fili peccâſti, non adjicias iterum. *Eccl. 21. v. 1.*

5. Poſt concupiſcentias tuas non eas. *Eccl. 18. v. 30.*

6. Ecce ſanus factus es, jam noli peccare. *Ioan. 5. v. 14.*

7. Evigilate juſti, & nolite peccare. *1. ad Cor. 15. v. 34.*

8. Voluntariè peccantibus nobis. *ad Heb. 10. v. 26.*

Vide L. 2. Par. 2. C. 1.

Digitized by Google

CAPVT XIII.

Finis Praecepti Charitas, non amittitur per lapſus leves.

1. QUi diligit proximum, legem implevit. *Ad Rom.* 13. *verſ.* 8.

2. Nos ſcimus, quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres: qui non diligit manet in morte. 1. *Ioann.* 3. *verſ.* 13.

3. Qui ſervat verbum ejus, verè in hoc Charitas Dei perfecta eſt. 1. *Joann.* 2. v. 5.

4. Quicunque perfecti ſumus hoc ſentiamus. *ad Phil.* 3. *v.* 15.

5. Certus ſum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque creatura alia poterit nos ſeparare à Charitate Dei. *ad Rom.* 8. *v.* 39.

6. Septies cadet juſtus, & reſurget. *Prov.* 24. *v.* 16.

7. Impii autem corruent in malum. *Ibidem.*

Vide Lib. 3. *Par.* 3. C. 3.

CAPVT XIV.

Oratio, benedictio iterata & aſſidua.

1. OPortet ſemper orare, & non deficere. *Luc.* 18. *v.* 1.

2. Septies in die laudem dixi tibi. *Pſal.* 118. *v.* 146.

3. Vigilate & orate ut non intretis in tentationem. *Marc.* 14. *verſ.* 38.

4. Chriſtus iterum abiens oravit eundem ſermonem tertiò. *Marc.* 14. *v.* 36. *&* 39. *Matt.* 25. *v.* 40. *&* 44.

5. Omnis creatura Dei bona eſt, & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur; Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. 1. *Tim.* 4. *v.* 4. *&* 5.

6. Qui-

Digitized by Google

6. Quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis. *Marc.* 11 *verſ.* 14.

Vide Lib. 3. *Par.* 6. *C.* 2. *& ſeq.*

CAPVT XV.

Iejunium, ciborum delectus.

1. PAnem deſiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os meum. *Dan.* 10. *v.* 3.

2. Vir ſive mulier cùm fecerint votum ut ſanctificentur, & ſe voluerint Domino conſecrare, à vino & omni quod inebriare poteſt, abſtineant. *Num.* 6. *v.* 2.

3. Bona eſt oratio cum jejunio & Eleëmoſyna magis, quàm theſauros auri recondere. *Iob.* 12. *v.* 8.

4. Obſecro vos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. *ad Rom.* 2. *v.* 1.

5. Venit Joannes neque manducans neque bibens. *Matth.* 9. *verſ.* 18.

6. Convertimini ad me in toto corde veſtro in jejunio, in fletu & planctu. *Ioël* 2. *v.* 12.

7. Jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium ſeptimi, & jejunium decimi, erit domui Juda in gaudium, & ſolemnitates præclaras. *Zach.* 8. *v.* 19.

8. Cùm jejunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes; exterminant enim faciem ſuam ut videantur hominibus jejunare; Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam: tu autem cùm jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava. *Matt.* 6. *v.* 16.

9. Nunquid poſſunt filii ſponſi lugere quamdiu cum illis eſt ſponſus: venient autem dies cùm auferetur ab iis ſponſus, & tunc jejunabunt. *Matt.* 9. *v.* 15.

10. Si eſca fratrem meum ſcandalizat, non manducabo carnes in æternum. 1. *Cor.* 8. *v.* 13.

11. Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis, nihil ultra imponere vobis.

Digitized by Google

bis oneris, quàm ut abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, &c. *Act.* 15. *v.* 28.

CAPUT XVI.

Votum, religio, & alia ſupererogationis opera.

1. SI quid voviſti Deo, ne moreris reddere, diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio. *Eccle.* 5. *v.* 3.

2. Vovete & reddite Domino Deo veſtro. *Pſ.* 75. *v.* 12.

3. Habentes damnationem ſecum, quia primam fidem irritam fecerunt.

4. Præceptum Domini non habeo, conſilium autem do. 1. *Ad Cor.* 7. *v.* 25.

5. Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni, ſequere me. *Matth.* 19. *v.* 21.

6. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis. *Matt.* 19. *v.* 27.

7. Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut parentes, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. *Marc.* 10. *v.* 29.

8. Sunt Eunuchi, qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum, &c. qui poteſt capere, capiat. *Matt.* 19. *v.* 11. *&* 12.

9. Vota mea reddam in conſpectu timentium eum. *Pſal.* 21. *v.* 26.

10. Vulpes foveas habent, volucres cœli nidos; filius hominis non habet, ubi caput ſuum reclinet. *Matt.* 8. *v.* 20.

11. Volo omnes eſſe ſicut meipſum; ſed unuſquiſque proprium donum habet ex Deo, alius quidem ſic, alius autem ſic. 1. *ad Cor.* 7. *v.* 7.

12. Omnes, qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia, poſſeſſiones, & ſubſtantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat. *Act.* 2. *v.* 44.

13. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. *Matt.* 16. *v.* 24.

14. Bonum eſt mihi magis mori, quàm ut gloriam meam quis evacuet

cuet; nam etſi evangelizavero, non eſt mihi gloria, neceſſitas enim mihi incumbit: quæ eſt ergo merces mea? ut Evangelium prædicans, ſine ſumptu ponam evangelium. 1. *ad Cor.* 9. *v.* 17. & 18.

15. Religio munda, & immaculata eſt, viſitare pupillos, & viduas in tribulatione earum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo. *Iac.* 1. *verſ.* 27.

Vide Lib. 3. *P.* 6. *C.* 23. & 27.

CAPVT XVII.

Eleemoſynæ, conſilium, præceptum, præmium.

1. QUi obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur. *Prov.* 21. *v.* 13.

2. Quod ſupereſt, date Eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. *Luc.* 11. *v.* 41.

3. Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. 1. *ad Cor.* 13. *verſ.* 3. & 43.

4. Conclude Eleemoſynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. *Eccleſ.* 29. *v.* 15.

5. Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. *Luc.* 16. *v.* 9.

6. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. *Matt.* 5. *v.* 7.

7. Ex ſubſtantiâ tuâ fac Eleemoſynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere. *Tob.* 4. *v.* 7.

8. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, & ſi ſitiverit, potum da illi. *ad Rom.* 12. *v.* 20.

9. Qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo Dei charitas manet in eo? 1. *Joann.* 3. *v.* 17.

Vide L. 3. *Par.* 3. *C.* 33. & *ſeq.*

CA-

Digitized by Google

CAPUT XVIII.

Chriſtus ut Agnus Fidem urget.

1. NOn miſit Deus Filium ſuum in mundum; ut judicet mundum, ſed ut ſalvetur mundus per ipſum. *Ioann.* 3. *verſ.* 17.

2. Qui credit in eum non judicatur. *Ibid. v.* 18.

3. Ecce Agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi. *Ioan.* 1. *v.* 19.

4. Vocabis nomen ejus Ieſum: ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum. *Matt.* 1. *v.* 21.

5 Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, & revelationis Spiritus Sancti, quem effudit in nos abundè, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. *ad Tit.* 3. *v.* 5. *&* 6.

6. Ut juſtificati gratiâ ipſius hæredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternæ *Ibidem. v.* 9.

CAPVT XIX.

Vt judex requirit Opera.

1. IPſe eſt, qui conſtitutus eſt à Deo Iudex vivorum & mortuorum. *Act.* 10. *v.* 42.

2. Nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & revelabit occulta cordium, & tunc erit laus unicuique à Deo. 1. *ad Cor.* 4. *v.* 4. *&* 5.

3. Deus nunc annunciat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant, eo quòd ſtatuit diem, in quo judicaturus eſt orbem in æquitate. *Act.* 17. *v.* 30.

4. Neque enim Pater judicat quemquàm, ſed omne Judicium dedit filio. *Ioann.* 5. *v.* 22.

5. Nolite mirari hoc; quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem filii Dei, & procedent: qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ; qui verò mala egerunt, in reſurrectionem Judicii. *Ioann.* 5. *v.* 22.

6. Cùm

Digitized by Google

6. Cùm autem venerit filius hominis in majeſtate ſua, & omnes Angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem majeſtatis ſuæ, & congregabuntur ad eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab invicem, ſicut Paſtor ſegregat oves ab hædis. *Matt.* 25. *v.* 31.

7. Ambula in viis cordis tui, & intuitu oculorum tuorum, & ſcito, quòd pro omnibus his adducet te Deus in judicium. *Eccleſ.* 11. *verſ.* 9.

Vide Plura Lib. 1. *Par.* 4. *C.* 13. *&* 14.

CAPUT XX.

Impiorum multiplex pœna æterna.

1. DIſcedite à me maledicti in ignem æternum: eſurivi enim & non dediſtis mihi manducare; ſitivi & non dediſtis mihi bibere, &c. *Matt.* 25. *v.* 41.

2. Eos qui faciunt iniquitatem, mittent in caminum ignis, ibi erit fletus, & ſtridor dentium. *Matt.* 13. *v.* 42.

3. Mittentur in ſtagnum ignis, & ſulphuris, ubi cruciabuntur die ac nocte in ſæcula ſæculorum. *Apoc.* 20. *v.* 10.

4. Quantum glorificavit ſe, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. *Apoc.* 18. *v.* 7.

Vide plura Lib. 3. *Par.* 7. *C.* 31. *& ſeq.*

CAPUT XXI.

Juſtorum diverſa gloria ſempiterna.

1. VEnite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum ab initio mundi: eſurivi enim & dediſtis mihi manducare, ſitivi & dediſtis mihi bibere, &c. *Matt.* 25. *v.* 34.

2. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt. *Joann.* 14. *v.* 2.

3. Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarum; ſtella enim à ſtellâ differt in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum. 1. *ad Cor.* 15. *v.* 41.

Digitized by Google

Adverſarii noſtri tandem oculos aperiant, advertantque fieri nullâ ratione poſſe, ut Eccleſia ipſos in errorem inducat; cùm non magis error, & mendacium cum veritate poſſint conſiſtere, quàm cum luce meridianâ denſæ noctis tenebræ: Eccleſiam autem veritatis increatæ Spiritus, qui nec fallere nec falli poteſt, omnem doceat veritatem ex infallibili promiſſione Chriſti. E contrario autem graviter peccare eos, qui ſeſe ipſi, mille erroribus obnoxii, Eccleſiæ univerſalis Judices conſtituunt, dum Eccleſiam, & Concilia Eccleſiæ generalia, falli non poſſe, ſi ſequantur Scripturam; ſi non ſequantur, poſſe falli aſſerunt: hoc enim aſſerendo, ſi non apertè & explicitè, ſaltem occultè, & implicitè uſurpant ſibi officium Judicis ſupra Eccleſiam & Concilia. Quis enim ex eorum ſententiâ in hac vitâ judicabit, utrum Eccleſia & Concilia in decidendis controverſiis ſequantur legitimum ſacræ Scripturæ ſenſum, nec ne; niſi ipſi ſoli ſuo judicio? Nam ſi Eccleſia ſequatur illum ſanctæ Paginæ ſenſum, quem ſequuntur ipſi, judicabunt eam non falli, ſi non ſequatur, judicabunt falli, adeoque eò res redibit, ut omnes cenſeantur errare, qui ab ipſis diſſentiunt; non errare autem, qui conſentiunt; quæ perfectò non ſolùm arrogantia eſt indigniſſima, verùm etiam injuria blaſphema in Spiritum Sanctum & Chriſtum Dominum redundans. Si enim hic verè promiſit, uti teſtatur Scriptura, quòd Spiritu Sancto aſſiſtere Eccleſiæ velit, & inducere in omnem veritatem uſque in conſummationem ſæculi. Ecquis non videt calumniam impingi ipſi Chriſto promittenti, & Spiritui Sancto, non aſſiſtenti Eccleſiæ ſuæ univerſali, ſed labi permittenti in errores fœdiſſimos? profectò nec verè in Spiritum Sanctum, nec in Chriſtum Redemptorem noſtrum credunt, ſed proprio ſuo judicio errorum omnium & Hæreſion fonti turpiter adhærent, qui hoc aſſerunt. Quin potius & credant fideliter, & Chriſto Domino Eccleſiam audiendam eſſe præcipienti obediant ſimpliciter, ut quod tantopere omnes optant boni, omnium, qui Chriſtiano cenſentur nomine, una ſit Fides mentium, & pietas actionum.

Digitized by Google

OECONOMIA

Libri Quarti.

QUæ hoc Libro continentur, pluribus explicata ſunt & probata, partim in Enchiridio Militiæ Chriſtianæ; partim in impreſsâ Diſputatione de Fide orthodoxâ, partim in libello Proteſtationis Catholicæ, in ejuſdem Apologiâ, & diſſertatione Apologeticâ; partim denique in Diſſertatione utraque de Chriſtianâ Juſtificatione. Et primò quidem ipſe libri hujus titulus ex Apoſtolo, & magno Auguſtino deſumptus, declaratur Militiæ Chriſtianæ, Titulo 6. diſtinctione 8. & Proteſtationis Catholicæ cap. 6. diſtinctione 16. quæ eſt ejuſdem Proteſtationis Epilogus. Deindè Introductionis diſtinctiones primæ ſex è divinarum litterarum doctrinâ prolixè deducuntur Militiæ Chriſtianæ titulo 6. toto: ſpeciatim verò diſtinctione prima à numero quinto, uſque ad libri finem. Item titulo primo, diſtinctione 2. & titulo 2. numero 1. Diſtinctio ſeptima deſumpta eſt ex Proteſtationis Catholicæ Procemio. Octava ex Militiæ Chriſtianæ titulo 6. diſtinctione 8. numero 21. Reliquæ uſque ad Canones ex Proteſtationis capite 4. diſtinctione 6.

Canon primus adversùs omnes hujus temporis errores efficaciſſimus, ex immotis S. Paginæ ſundamentis deductus eſſe convincitur Proteſtationis capite 4. diſtinctione 5. admittitur ab omnibus non modo Orthodoxis, verùm etiam à pleriſque Adverſariis, ut declaratur in Epiſtolâ dedicatoriâ diſſertationis quadripartitæ de Iuſtificatione Chriſtianâ; Secundus cum tribus ſequentibus demonſtratur Proteſtationis Chriſtianæ capite 4. diſtinctione 2. 3. 4. 5. Sextus, ſeptimus & reliqui, uſque ad vigeſimum octavum habentur inter Aſſerta Diſputationis de Fide orthodoxâ, partim etiam Proteſtationis cap. 4. diſtinctione 2. Canon vigeſimus nonus Militiæ Chriſtianæ titulo 6. diſtinctione 9. Canon trigeſimus Apologiæ cap. 2. diſtinctione 3,

Documenta è divinis Codicibus allegata de Verbo Dei, de Eccleſiâ, de Fide Catholicâ, & reliquis explicantur tribus libellis Proteſtationis Catholicæ, Apologiæ ejuſdem, & diſſertationis Apologeticæ, præter

præter quædam S. Scripturæ teſtimonia, quæ etiam habent Bellarminus, Becanus, Tannerus, Valentia, & alii, cum hoc tamen diſcrimine, quòd quæ illi ſparſim ſuis voluminibus inſerunt hic methodicè, prout controverſiarum ordo poſtulat, digeſta, unico velut obtutu conſpiciantur, unoquoque præcidantur, & præcidenda monſtrentur omnia adverſus Proteſtationem Chriſtianam & univerſam Fidem Catholicam vel objecta hactenus, vel deinceps objicienda.

Exſtant quidem nonnulli ſimiles libelli, ſed abſque ordine doctrinæ, cujuſmodi ſunt flores Bibliorum, & alii; nec iis additi Canones nec controverſias omnes, ac ſingula earum membra attingunt; quamobrem complura S. Paginæ ab iis prætermiſſa ſunt teſtimonia, quæ ſecundum naturæ ordinem accuratè hoc libello, quoad fieri potuit, ita digeſta ſunt; ut fundamentalem Controverſiæ cujuſque notitiam veluti ſynopſis quædam ob oculos ponant, præſertim ſi dextrè adhibeantur juxta præſcriptos Canones, qui ſunt veluti compendioſæ quædam omnium è divinis Scripturis teſtimoniorum adductorum declarationes non formales quidem, ſed radicales. Propriè enim ſunt regulæ ſive leges generales diſcernendi genuinum ſenſum S. Paginæ ab adulterino; ſecundùm quas determinandæ ſunt regulæ & hypotheſes particulares de nativâ vocabulorum ſignificatione, de collatione textuum parallelorum antecedentium, conſequentium, de litteræ proprietate ac metaphoris, de aliis tropis & figuris, quarum non paucas Adverſarii in ſuis adverſùs Proteſtationem ac doctrinam Catholicam ſcriptis adducunt, ab ipſis, ut aiunt, Catholicis Doctoribus approbatas, ſed omittunt capitalem principe loco hic poſitum canonem de interpretatione Scripturæ non privato unius, ſed publico univerſalis Eccleſiæ judicio facienda, fundatum in 2. Petri 1. v. 20. & aliis S. Paginæ teſtimoniis hìc allegatis part. 1. c. 4. & 5. quia non ignorant efficaciam illius ad ſuos & aliorum quorumlibet Adverſariorum errores refellendos.

Solus hic canon tanti momenti eſt, nulla ut nos inter & adverſarios agitetur controverſia, quæ non à verâ illius intelligentiâ dependeat. Omnes enim Fidei Catholicæ articuli nituntur S. Paginæ teſtimoniis ab Eccleſia univerſali, juxta Spiritus Sancti dictamen, perpetuò ſic intellectis, uti & ſignificat canon 25. Nec refert, quod nonnulla ſubinde in alium ſenſum à particularibus quibuſdam Doctoribus explicata ſint, cùm unicum ſcripturæ documentum rei accommodatum ſufficiat, juxta Canonem 3. Omnia autem dogmata adverſariis propria ſunt pura

Digitized by Google

adſtipulari nequeunt, indignè anathemate feriuntur. Agnoſcunt varias ac variatas toties Confeſſiones, convitia & execrationes, quibus ſe mutuò, tanquam Cadmæi fratres ipſi configunt. Non ignorant ejuſdem, qui religionem, quâ dignè Majeſtate ſuâ divinâ à mortalibus coli ſe velit, revelaverit; eſſe & eandem conſervare, adeoque opinionem illorum, qui Eccleſiam toto terrarum orbe diffuſam periiſſe autumant, Epicureiſmum ſapere. Nam uti parùm intereſt negare Deum eſſe, & eſſe quidem, ſed ab ipſo non curari res humanas; ita perindè videtur, curare eum quidem, ſed nullam religionis rationem habere. Intelligunt, dum antiquioris Eccleſiæ faciem cum reformata, quæ illam orbi ſe reduxiſſe gloriatur, comparant, Simonis magi, Donati, & aliorum jam dudum damnata dogmata, Manichæorum, Iconoclaſtarum & gregalium adverſus Catholicam Eccleſiam convitia, calumnias, hæreſes ſub ſpecioſo Evangeliſmi nomine, ab inferis revocatas. Advertunt, quàm inepto circulo ludificent ſectatores ſuos dum Eccleſiam priſtinorum ſæculorum integritati ſe reſtituiſſe vaniſſimè jactitant, dum miſsionem ſuam, dum ſucceſsionem, & antiquitatem colorant, adeoque nulla ipſis ſuppetere ſubſidia, quæ non omnis hæreticus ſive antiquior ſive recentior poſsit eodem jure prætexere. Ob has aliaſque rationes Proteſtationis Chriſtianæ libellis declaratas; eorum eruditiores non pauci, quibus ſua ſalus cordi fuit, invocato divini Numinis auxilio, erroribus omnibus valere juſsis, uni, veræ Catholicæ Eccleſiæ fidem ac nomen dederunt; quos utinam propediem imitentur plures, ne pretioſum animæ pignus, cœleſti gratiâ indignum conſtituant ac perdant, quin potiùs relictis tot cœtibus particularibus, quibus hodieque orbis Chriſtianus ſcinditur, ad eam redeant Religionis Catholicæ unitatem, quam Jeſus Chriſtus ejuſque diſcipuli tam frequenter nobis, quàm vehementer inculcârunt, qui hujus libri proprius eſt ſcopus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Explicit Theologia Scripturæ Divinæ
Anno quo

PRO MAIORE DEI GLORIA CERTATVR.

I N-

Digitized by Google

INDEX
MATERIARVM,
PRO
MEDITATIONIBUS,
Exhortationibus, Concionibus.

1. SApienter olim Magnus Aurelius Auguſtinus dixit: *Rectè novit vivere, qui rectè novit orare.* Declarat autem hoc dicto orationis non neceſsitatem modò, ſed dignitatem etiam atque efficaciam; quia illius beneficio, tanquam per medium excellentiſsimum componitur ordinaturque vita noſtra, & pervincuntur difficultates omnes, quæ in virtutum ſtadio currentibus ſeſe objiciunt. Quamobrem & Apoſtolus Panopliam militis Chriſtiani, ſive omnimodam armaturam cap. 6. ad Epheſios traditam, ita concludit: *per omnem orationem & obſecrationem orantes omni tempore in Spiritu, & in ipſo vigilantes in omni inſtantia.* ibidem v. 18. Oratio autem mentalis (de quâ hoc loco potiſſimè ſermo) eſt exercitatio internarum animæ facultatum, intellectus, memoriæ, ac voluntatis circa Deum, & fidei Chriſtianæ Myſteria, cum internâ ad Deum collocutione. Illius ergo materia eſt, quidquid divinitùs revelatum & toto hoc opere in certa capita digeſtum eſt. Con-

Digitized by Google

Congruè autem diſtinguitur tripliciter, juxta triplicem eorum, qui in meditationem ſolent incumbere, conditionem. Hi enim vel peccatores ſunt, ſed reſipiſcere cupiunt, vel tyrones, qui vitia & prioris vitæ affectus inordinatos rectæ rationi ſubjicere deſiderant; unde & purgativam viam ingrediuntur, ſic dictam, quòd ejus ſcopus ſit, animam à peccatis, vitiis, ac pravis propenſionibus purificare, ut eſt Iacobi 4. v. 8. alii his ſuperatis difficultatibus, profectui in virtutibus, & cœleſtium rerum ampliori obtinendo lumini intendunt; undè & viam illuminativam tenere dicuntur, quòd ejus ſcopus ſit mentem variarum virtutum ſplendore illuminare, ut eſt Pſ. 33. v. 6. alii denique ulterius divinâ opitulante gratiâ progreſſi, ad familiarem pertingunt cum Deo conjunctionem, per viam, quæ dicitur unitiva, juxta doctrinam Apoſtoli. 1. Cor. 6. v. 17.

2. Viæ purgativæ congruunt meditationes de vitiis & peccatis, & horum pœnis à Deo conſtitutis, de paſsionibus & affectibus inordinatis, de fine ultimo, & aliis eò pertinentibus, de juſtificatione Chriſtianâ, & mediis ad ipſam requiſitis. Viæ illuminativæ conveniunt meditationes de vita & virtutibus Chriſti, Beatiſsimæ Virginis Deiparæ, & aliorum Sanctorum, de virtutum moralium ac Theologicarum naturâ, proprietatibus, effectis, de Sacramentis ad eas diſponentibus, & reliquis exercitiis ſpiritualibus. Ad viam unitivam ſpectant meditationes de Deo uno & trino, de attributis & perfectionibus divinis, de angelis, de beatitudine formali & objectivâ; aliiſque fidei Chriſtianæ myſteriis, quorum contemplatione non ſolùm illuminatur intellectus; ſed & in voluntate concitatur veræ pietatis effectus, uti pluribus in hujus operis præfatione, & in Epiſtola Dedicatoria eſt declaratum.

3. Quamvis autem in deligendâ meditationum materiâ ordinem jam propoſitum ordinariè ſervare expediat; non tamen neceſſe eſt, ita illi ſe quemlibet aſtringere, ut non liceat ſubindè eum mutare. Nam & perfecti, proficientes, & tyrones pro ſuâ neceſsitate juvari poſſunt ex qualibet meditatione, & ea eſt varietas ingeniorum, ut quidam à ſuppliciis minùs percellantur, ad deteſtanda peccata, magis autem ex conſideratione divini amoris & contra; alii guſtum & profectum hauriunt, ſi infantiæ Chriſti myſteria conſiderent, alii, ſi Dominicę paſsionis, alii, ſi alia contemplentur fidei myſteria, adeoque omnes hoc in opere è divinis literis invenire poſſunt ſuo palato & profectui ſpirituali conſentanea, quàm plurima accuratè ſecundùm naturæ ac doctrinæ ordinem diſtincta.

4. Poſſunt etiam ſingulæ S. Paginæ ſententiæ; imò & ſingulæ ejuſdem ſententiæ voces meditationi materiam ſubminiſtrare, ſi in iis conſiderandis tamdiu inhæreatur, quamdiu guſtus aliquis aut utilitas ſpiritualis percipitur, aliàs è diverſis documentis contexi poſſunt ſingulæ partes meditationis: ut ſi de Sanctitate Chriſtianâ inſtituere meditationem placeat, præludii loco conſiderare licet quomodo Angeli in cœlo & Sancti clament: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloriâ ejus.* Iſ. 6. v. 3. Punctum primum eſſe poteſt: Sanctitas eſt propria nota Eccleſię & fidelium Chriſti militum: *Vos genus electum, regale Sacerdotium, gens Sancta, populus acquiſitionis.* 1. Pet. 2. v. 9. Punctum ſecundum: Sanctitas hæc excolenda in cogitationibus: *Quales vos eſſe oportet in Sanctis cogitationibus, & pietatibus, expectantes, & properantes in adventum diei Domini!* 2. Pet. 3. v. 11. Punctum tertium, exercenda etiam in ſermone: *Non licet nos ita loqui, quia filii*

Sancto-

Digitized by Google

Sanctorum ſumus, & vitam illam exſpectamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo. Tob. 2. v. 5. Punctum quartum, excolenda denique in omni opere: *Secundùm eum, qui vocavit vos, Sanctum, & vos in omni converſatione Sancti ſitis: quoniam Scriptum eſt: Sancti eritis quoniam ego Sanctus ſum.* 1. Pet. 1. v. 15. Ita Chriſtus doctrinam de ſanctitate & perfectione Chriſtianâ Matt. 5. cap. traditam concludit his verbis: *Eſtote ergo vos perfecti, ſicut Pater veſter cæleſtis perfectus eſt.* ibid. v. 48.

5. Quia autem meditationes ordinariè clauduntur ardentibus ad Deum colloquiis, poſt uniuſcujuſque virtutis inſignioris, aut divinæ perfectionis explicatam hoc Opere è ſacris literis naturam, proprietates, præmia, effecta, & alia, quæ ſingula ſub meditationem cadere poſſunt, ſubnexæ etiam ſunt orationes jaculatoriæ ex iiſdem divinis libris petitæ, tanquam formulæ convenientiſsimæ, quibus expedit illius aut virtutis aut perfectionis imitationem à Deo poſtulare. Omni enim dubio procul Sancto Spiritui gratiſsimæ eæ preces accidunt, iiſdem conſtantes ſententiis ac verbis, quorum ipſe auctor eſt ac Doctor. Neque his minùs afficitur qui orat, neque minore, quàm ex aliis, conſolatione ac cœleſti oblectatione completur, quippe *dulcia* ſunt piorum *faucibus eloquia* illius, *ſuper mel & favum*, uti Pſal. 118. v. 103. dicitur.

6. Quod ſi cuipiam à publicis negotiis & curis non tantum temporis ſuperſit, ut rerum divinarum meditationi multùm immorari queat; licebit ſaltem his orationibus identidem uti; nam vel exiguo tempore harum aſpirationum, ut & aliorum eloquiorum domini ad mentem facta applicatio, ſi non ſtatim initio, frequenti tamen repetitione vehementer poteſt ani-

Digitized by Google

mum accendere, adeoque univerſim uti ignoratio Dei, & rerum divinarum neglectus fons eſt iniquitatis ac vitiorum omnium juxta illud: *Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus: corrupti & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis, non eſt, qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.* Pſ. 13. 1. 2. ita è contrario cognitio Dei ac rerum cœleſtium ſæpius ad mentem facta applicatio adducit ad omnem piè ſancteque vivendi perfectionem ac Sanctitatem, iuxta illud: *Hæc eſt vita æterna*, id eſt via ad vitam æternam, ejuſq; quaſi principium & inchoatio, *ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Ioan. 17. v. 3. Hoc ſenſu S. Scriptura rectè dicitur in ſe *habere vitam æternam.* Ioan. 5. v. 39. quia media ſublimia continet, quibus ad eam in præſenti vitâ delibandam; in futurâ autem plenè poſsidendam pervenitur.

7. Concionum materia & exhortationum eadem eſt, quæ meditationum: proprium enim Concionatoris munus eſt, fidei Chriſtianæ myſteria populo explicare, bona docere, mala dedocere, infirmitates animi aperire, ad medicinam præſcribere, ex cæleſti illâ officinâ apothecariâ omnibus pharmacorum generibus ad morbos animi depellendos, & ſanitatem reſtituendam, conſervandam, confirmandam inſtructiſsimâ. Expedit autem inprimis ut ſummâ fide & reverentia concionator referat divini codicis verba, tanquam ipſiſsimas Dei ad nos literas, eodemque quoad fieri poteſt ordine, quo ab interprete poſita ſunt, atque ab univerſali Eccleſiâ recepta, ut ſeriâ meditatione præviâ; eundem conetur in ſe formare Spiritum, affectumque concitare, qui S. Paginæ verbis ab ipſo pro concione referendis continetur, ſic enim eundem in auditorum ſuorum animos faciliori via transfundere poterit; ut denique vita doctrinæ reſpondeat, & dicere illi cum

Apo-

Digitized by Google

Apoſtolo liceat; *Pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos, obſecramus pro Chriſto: reconciliamini Deo.* 2. Cor. 5. 20. ut ne ſit *velut æs ſonans & cymbalum tinniens.* 1. Cor. 13. 1. nec alterâ manu videatur concionem ad virtutes impellere, alterâ verò, vitâ videlicet imperfectâ ab illis retrahere, illâ pharmacum porrigere, hâc verò venenum propinare.

8. Vti meditationum & exhortationum, ita etiã Concionum rectè triplex materia conſtituitur, pro triplici viâ purgativâ, illuminativâ, unitivâ, juxta illud S. Dionyſii: *Hierarchiæ ordo poſtulat, ut alii purgent, alii purgentur, alii illuminentur, alii illuminent, alii perficiantur, alii perficiant.* Cæleſtis Hierarchiæ c. 3. Nam ut ibidem docet, ſicut Angelorum tria officia ſunt, homines illuminare, purgare, perficere, ita viri Apoſtolici hæc tria faciunt, quaſi Angeli quidam terreſtres, & homines angelici, qui & idcircò ſingularis in cœlo claritatis laureâ donabuntur, juxta illud: *qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* c. 12. 3. 4.

9. Ea autem oratori ſacro potiſſimùm tenenda via eſt, ut erutâ ex Evangelio doctrinâ univerſali, tum ad detegendos errores & hæreſes, tum ad alia peccata arguenda gradus fiat, multa ſimul pro occaſione materiæ, recenſendo & breviter perſtringendo vitia, doctrinam fidei defendendo, ac virtutum ſtudia promovendo: ſermonem autem pro captu audientium attemperando: ut dicere cum Apoſtolo liceat: *Omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſalvos; omnia autem facio propter Evangelium, ut particeps ejus efficiar.* 1. Cor 9. v. 22. 23. ita & idem Apoſtolus monet Timotheum, ut prædicet verbum Dei, inſtet opportunè, importunè arguat, obſecret, increpet, in omni patientiâ & doctrinâ. 2.

Tim. 4.v.3.materiam eidem ſubminiſtrat his verbis: *Omnis Scriptura divinitùs inſpirata utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in juſtitiâ, ut perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus.* 2. Tim. 3.v.16.17. Non dicit Apoſtolus ſolam Scripturam reddere hominem perfectum; alioquin enim ſuperflua eſſent Sacramenta, ſupervacanea oratio, & alia Chriſtianarum virtutum exercitia, ſed utilem eſſe ad perfectionem omnem vel declarandm vel etiam obtinendam, ſi præter naturam, proprietates, effectus, & alias circumſtantias expendantur ex S. Scripturâ allata hoc opere exempla virtutum & vitiorum, atque ad illarum ſtudium ac horum fugam ſingulis ſubnexæ cohortationes, adjunctis etiam à Deo conſtitutis præmiis ac pœnis. Omnia hæc congrua, quoad fieri commodè potuit accuratione digeſta ſe offerunt tum in indice ſingulorum librorum, partium, capitum, ſi ordo doctrinæ deſideretur; tum etiam in indice perfectionum, paſsionum, virtutum, vitiorum, atque omnium rerum præcipuarum, quæ toto hoc opere divinæ Scripturæ verbis explicantur, ut obiter ea hîc digito monſtrâſſe ſufficiat: ſingulatim autem hoc etiam loco proponere videatur ſupervacaneum. Conſuli poteſt, quoad hæc omnia, vel index prior, vel qui jam proximè ſequitur, poſterior.

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICVS RERVM

Omnium præcipuarum, quæ hoc Opere Divinæ Scripturæ Verbis explicantur.

Primus numerus donotat Librum, ſecundus Libri ejuſdem Partem, tertius Caput aut Diſtinctionem, quartus denique Paginam.

A.

Abſtinentia lib. 3. *Par.* 5. *c.* 1. *&* 2. *Vide v.* Temperantia. *Pagina.* 350

Acceptio perſonarum. l. 3. *par.* 5. *c.* 14. *p.* 259

Acediæ damna, pœnæ, exempla. l. 3. *p.* 3. *c.* 52. *p.* 216

Actus humani boni & mali. l. 2. *p.* 2. *tota.* *p.* 80
Vide *Opera bona.*

Adulatio, Vide Hypocriſis. l. 2. *p.* 2. *c.* 11. *& ſeq.* 88. *& ſeq.*

Adulterii gravitas, prohibitio, pœnæ exemplis illuſtrata l. 3. *p.* 5. *c.* 16. 17. 18. 19. 260. *& ſeq.*

Æqualitas divinarum Perſonarum Vide *SS. Trinitas.*

Æquitas ſervanda & modus in omnibus. l. 3. *p.* 7. *c.* 36. *p.* 347

Æternitas Dei. l. 1. *p.* 1. *c.* 11. *p.* 9.

Affabilitas commendatur. l. 3. *p.* 7. *c.* 17. *p.* 332

Affectiones animi earumque vis in bonum & malum. l. 2. *p.* 3. *c.* 10. *p.* 100

Afflictio. Vide *V.* Tribulatio.

Ambitionis & arrogantiæ cauſa, & pœna. l. 3. *p.* 8. *c.* 34. 378

Amor

Vide V. *ſuperbia.* 378
Amicitia. Vide *V. Charitas, Prudentia, Sapientia; Virtus.*
Amor Dei erga omnes, etiam peccatores. l. 1. p. 1. c. 29. p. 25.
Amat Deus peccatores, non qua peccatores, ſed ut homines Chriſti ſanguine redemptos. l. 1. p. 1. c. 30. ibidem
Amor beatificus. l. 2. p. 1. c. 4. Vide beatitudo, Charitas. p. 66
Angelorum productio, natura, functio. l. 1. p. 3. c. 6.
Angelorum Hierarchia. ibidem c. 7.
Angeli Deo Obediunt, homines cuſtodiunt, dæmones pellunt. ibid. c. 8. 31
Angeli invocantur licitè & honorantur. ibid. c. 9.
Angelorum malorum peccatum, & pœna. ibidem c. 10. ſunt ſuperbi, invidi, impuri, mendaces. ib: c. 11. Nocent Eccleſiæ, ejuſque filiis fidelibus, quoad poſſunt. c. 12 Infidelium converſionem impediunt, decipiunt ſpecie boni & veri, nocere non poſſunt, niſi Deo permittente. c. 13. ſigna edunt, & ſeducunt multos per ſe & ſuos miniſtros, inſtrumenta Dei ſunt ad impios puniendos. c. 14. 38
Animæ rationalis dignitas, immortalitas, natura. l. 1. p. 3. c. 17. p. 41
Animæ quies ad Orationem, & ceteras mentis functiones neceſſaria. l. 3. p. 6. c. 17. 290
Antichriſtus l. 4. p. 2. c. 7. 447
Apoſtaſia à fide. l. 3. p. 1. cap. 15. p. 167
Apoſtaſia à Religioſo ſtatu. l. 3. p. 6. c. 42. 310
Apoſtoli. Vide *Hierarchia Eccleſiaſtica.*
Appetitus hominis inſatiabilis. Vide *Avaritia.*
Arbitrium liberum. l. 2. p. 2. tota. Vide *libertas.* 801
Armatura ſacra. l. 4. Introd. Diſt. 1. 419
Arma carnis & Spiritus. ibid. Diſt. 8. & 9. 426. 427
Arrogantia. Vide *ambitio, ſuperbia.*
Articulus Fidei. l. 4. Introductionis Diſt. 12. Can. 16 433
Articulorum Fidei connexio. ibidem Can. 24. & ſeq. 434
Attributa Dei negativa & poſitiva. l. 1. p. 1. c. 8. & ſeq. 6
Avaritia quid, quantum, & quàm commune peccatum. l. 3. p. 7. c. 3. 321
Avaritiæ pœna damnatio æterna, maledictio populi, dolores & ærumnæ. ibid. c. 4. 322
Avaritia intellectum excæcat, pervertit voluntatem. ibidem c. 2. ibidem.
Avarus ſemper deſiderat, ſatiatur nunquam. ibid. c. 6 333
Avarus ſibi nequam, ſanitatem ſibi aufert, & vitam, atque omnia corporis & animi bona. ibid. cap. 9. 325

Auctor

Digitized by Google

Auctor peccati non eſt Deus. l. 4. p. 4. c. 3 176
Audacia. Vide *fortitudo, temeritas, timor.*
Augurium. l. 3. p. 6. c. 29. 299
Auſpicium. ibidem.
Auxilia gratia. Vide *gratia actualis. l. 2. p. 4. tota.* 106. *& ſeq.*

B.

Baptiſmus ſive Sacramentum fidei. l. 4. p. 3. c. 1. 457
Beatitudo Objectiva Deus eſt, non res ulla creata. l. 2. p. 1. c. 2. p. 65
Beatitudo formalis in intellectu. ibid. c. 3 65
Beatificus amor & gaudium in voluntate. ibid. c. 4. 66
Corporis glorioſi dotes. ibidem c. 5. p. 67
Beati omnes futuri ſunt Reges. ibid. c. 6 68
Beatorum gloria & honor. ibidem c. 7 68
Bonorum cœleſtium magnitudo & multitudo. ibid. c. 9. p. 70. Gloria cœleſtis ſplendor & decor. ibidem c. 8. p. 69
Beatitudo ſanctorum diverſa. ibidem c. 10. p. 70. & l. 4. p. 6. c. 21. ſatietas ſine faſtidio vitæ perennis. ibidem c. 11. p. 71. Puritas caleſtis gaudii abſque ulla triſtitia admixtione. ibid. p. 72. Securitas ſine anxietate. ibid. c. 13. p. 73. Via certa vitæ æternæ obtinendæ. ibid. c. 14. p. 73. Et laboris præmium eſt, & non abſque gratiâ confertur. c. 15. p. 74. Non obtinetur in hac vita, nec abſque pugna. c. 16. p. 75. Sed poſt terminatum feliciter hujus vitæ agonem. c. 17. p. 75. Certantibus legitimè & Vincentibus promiſſa. c. 18. p. 76. Non timidis, incredulis improbis. c. 19. p. 77. Deſiderium Patriæ caleſtis. ibidem c. 20. p. 78. Iaculatoriæ Beatitudinem caleſtem ardenter optantis c. 21. 79
Bellorum cauſa peccatum. l. 3. p. 3. c. 60. p. 221. Finis belli emendatio. ibidem c. 61. p. 222. Animandus ad bellum juſtum miles. ibid. c. 62. p. 222. Orationes tempore belli pro victoria obtinenda. ibid. c. 63. 224
Benedictio. l. 4. p. 6. c. 14. 492
Beneficium l. 3. p. 7. c. 1. & 2. 319. Vide *liberalitas.*
Benignitas l. 3. p. 7. c. 17. 332
Blaſphemiæ gravitas, prohibitio, pœnæ. l. 3. p. 6. c. 31. 301
Bonitas & perfectio Dei. l. 1. p. 1. c. 6. & 7. 4 & 5
Bonitas & perfectio creaturarum. l. 1. p. 3. c. 2.
Bonorum cœleſtium magnitudo. l. 2. p. 1. c. 9. 70

C.

Calumnia & falſum teſtimonium à Deo prohibitum. l. 3. p. 5. c. 32. 269
Calumniæ effecta, damna, pœnæ. ibid. c. 33. p. 270. Effectus & pœna teſtimonii falſi. ibid. c. 34. p. 271. Exempla calumniæ & teſtimonii falſi dicti & puniti. c. 35. ibid. Iaculatoria calumniam deprecantis. c. 36. 272
Canones S. Scripturam explicandi. l. 4. introduct. Diſt. 12. 430
Caſtitas commendatur præſertim Evangelica. lib. 3. p. 6. c. 45. 312. Vide continentia, Luxuria, pudicitia.
Charitas & vitia oppoſita. l. 3. p. 3. tota. p. 182. & ſeq.
Charitatis perfectio & præſtantia generatim. ibid. c. 1. 182
Charitatis pretium, ſplendor, & decor. ibid. c. 2. p. 183
Charitas erga Deum mandatorum executione dignoſcitur. c. 3. p. 183. Ejuſdem fructus & alia effecta ac præmia. c. 4. p. 184. Præceptum ejuſdem, & pœna non ſervantis. c. 5. 184
Charitas erga proximum. ibid. c. 6. p. 185. Monita & præcepta illius exercendæ. c. 7. p. 186. Cur proximus, & quâ ratione diligendus. c. 8. p. 187. Charitas proximi non conſiſtit, uti neque vita, abſque Charitate Dei. c. 9. 188
Exempla Charitatis erga Deum & Chriſtum Dominum. c. 10. p. 188. Charitatis erga proximum exempla. c. 11. p. 189. Iaculatoria ad excitandam Charitatem erga Deum & proximum. c. 12. p. 191
Charitatis actus & annexæ virtutes. ibid. c. 13. & ſequent. 191.
Charitas non amittitur per lapſus leves. l. 4. p. 6. c. 13 492.
Catholica religio. Vide Eccleſia, Fides, Religio.
Cauſa efficiens rerum omnium Deus l. 1. p. 3. c. 1. & ſeqq.
Cauſa electionis, gratiæ, prædeſtinationis, reprobationis. Vide electio gratia, prædeſtinatio, reprobatio.
Cerimoniæ probatæ. l. 4. p. 3. c. 19
Certamen legitimum pro coronâ juſtitiæ. l. 2. p. 1. c. 16. p. 75. Vide Beatitudo.
Chriſtus humani generis Redemptor. l. 1. p. 4. tota. p. 45. Promiſſus orbi Meſſias. ibid. c. 1. p. 45. Incarnatio Chriſti prædicta à prophetis & deſiderata. ibid. c. 2. p. 46. Adventus Chriſti in carne paſſibili. ibid. c. 3. 46
Chriſtus eſt primogenitus, caput, & princeps omnium creaturarum. ibid. c. 4. p. 47.
Chriſtus etiam quà homo fuit Rex potentiſſimus. ibid. c. 5. 48
Chriſti Charitas, gratia, ſcientia, pul-

pulchritudo. c. 6 49

Chriſti paupertas voluntaria. ibid. c. 7 50

Chriſtus ſacerdos, Pontifex, mediator Dei & hominum. c. 8. p. 50 Paſſionis amor & obedientia Chriſti conſummata. c. 9. p. 51 Victoria Crucis & triumphus. c. 10. p. 52. Meritum & ſatisfactio Chriſti atque omnium hominum redemptio. ibidem c. 11. p. 53. Sanguine ſuo Chriſtus peccatores redimit, & peccata abluit gratis. c. 12. p. 54. Chriſtus conſtitutus judex vivorum & mortuorum. c. 13. p. 55 Chriſti judicis ſententia nemo poterit reſiſtere. c. 14. p. 56. Jaculatoria laudantis Chriſtum & amantis. c. 15. p. 56. Jaculatoria deſiderantis, ut gloria Chriſti propagetur. c. 16. p. 57

Chriſtus ut agnus fidem urget. l. 4. p. 6. c. 18 496.

Chriſtus ut judex requirit opera. ibidem c. 19. ibid.

Ciborum delectus. l. 4. p. 6. c. 15. 493

Cæleſtis gloria. Vide Beatitudo.

Cognitio Dei naturalis & ſupernaturalis. l. 1. p. 1. c. 14. & 15. p. 11. & 12

Communio ſub una ſpecie. l. 4. p. 3. c. 11. p. 463. Vide Euchariſtia.

Concordiæ amabilitas, utilitas, ſuavitas. l. 3. p. 3. c. 27. p. 198. Sæpè & ſeriò Chriſtianis commendata. ibid. c. 28. p. 199. Illuſtria Concordiæ exempla. c. 29. 200

Concupiſcentia. Vide appetitus, incontinentia, luxuria.

Concurſus & cooperatio Dei. l. 1. p. 3. c. 4

Confeſſarius, Confeſsio. l. 4. p. 3. c. 24 473.

Confirmationis Sacramentum ibid. c. 2

Conſcientia ejuſque vis in bonum & malum. l. 2. p. 3. c. 9. p. 99

Conſilium primum munus prudentiæ ejuſque cauſa & effecta. l. 3. p. 4. c. 7. p. 242. à quibus petendum. ibid. c. 8. p. 242 Multorum conſilium inutile, noxium, fraudulentum. ibid. c. 9. p. 243. Conſilium impiorum peribit. ibidem c. 10. p. 244. Dei conſilium permanebit. ibid. c. 11. p. 245. Deus & preſbyteri conſulendi, neglecti conſilii pœnæ. ibid. c. 12. p. 245. Conſolatio vera omnis à Deo eſt. l. 3. p. 3. c. 16. p. 193. & eſt in Deo. ibid. c. 17. 193. Promittitur & datur timentibus ac diligentibus Deum. ibid. c. 18. & 19. p. 194. Fructus divinæ conſolationis. ibid. c. 20. p. 195. Conſolatio humana inanis & inconſtans. ibid. c. 21. p. 195. Jaculatoria petentis conſolationes cæleſtes. ibid. c. 22. p. 195 Conſolationis & tribulationis viciſsitudo. ibid. p. 9. c. 23 407

Conſtantiæ effecta & præmia. l. 3. p. 9. c. 2. p. 390

Conſtantia & perſeverantia ad ſa-

Digitized by Google

lutem neceſſaria ſuadetur omnibus. ibid. c. 10. 398 Vide Perſeverantia.
Conſuetudo ejuſque vis in bonum & malum. l. 2. p. 3. c. 6 99
Contemplatio. p. 3. p. 6. c. 16. 389. Vide Meditatio. Oratio.
contentionis occaſio, damna, pœnæ. l. 3. p. 3. c. 57. 219
Contentionis prohibitio. ibidem c. 58 220
Continentia Miniſtrorum Eccleſiæ. l. 4. p. 3. c. 29.
Continentiæ fructus exempla. l. 3. p. 6. c. 10 358
Contritio. l. 4. p. 3. c. 23. 469
Controverſiarum fidei judex. l. 4. p. 1. c. 7 441
Controverſiarum ſolvendarum, canon. Generalis. l. 4. in Epilogo l. ibid. 273
Contumeliæ cauſa, effecta, damna ex parte inferentis. l. 3. p. 5. c. 37. Effecta & damna ex parte ſuſtinentis. ibid. c. 38. 273
Contumelia à Deo vetita. ibidem c. 39. p. 274. Exempla punita contumeliæ. ibidem c. 40. p. 274. Iaculatoria contumeliis avertendis. ibidem c. 41. p. 275. In conviviis ſervanda monita ac præcepta. l. 3. p. 8. c. 7. 355
Cordis puritas & ſinceritas commendatur. l. 2. p. 2. c. 15. p. 91. Vide intentio pura, hypocriſis, ſinceritas.
Corporis humani fragilitas, mortalitas, natura. l. 1. p. 3. c. 15. & 16 p. 40
corporis glorioſi dotes. l. 2. p. 1. c. 5. 67
Correctio & correptio fraterna præcipitur. l. 3. p. 3. c. 43. p. 209. Quis corrigendus, à quibus, & quomodo ibidem c. 44. p. 210. Alia ad correptionem fraternam exhortationes. ibidem c. 45. p. 210. correptio incauta & vitioſa. ibidem c. 46. p. 211. Fructus & alii effectus correptionis. ibidem c. 47. p. 212.
Correptio æquo animo ferenda. ibid. c. 48. 212
correptionem ſuſtinentis commoda, damna repellentis. ibidem c. 49. 213
correptionis fraternæ exempla. ibid. c. 50. 214
crapula. Vide Ebrietas.
Creatio, creatura l. 1. p. 3. c. 1. & ſeq. Vide Deus.
Crucis Victoria & triumphus. l. 1. p. 4. c. 10. p. 52. Vide Chriſtus.

D.

DÆmones. Vide Angeli mali.
Damnatorum multiplex pœna æterna. l. 4. p. 6. c. 20
Deceptio. Vide Dolus. Deliberatio. Vide Conſilium.
Deſiderium Patriæ cæleſtis. l. 2. p. 1. c. 20. p. 78. Jaculatoria Patriam cæleſtem diſiderantis. ib. c. 21. p. 79

Digitized by Google

Deſperationis acerbi fructus. l. 3. p. 2. c. 9. 180
Detractio ſive injuſta honoris & famæ læſio. l. 3. p. 5. c. 27. 267
Detractionis effecta, damna, pœnæ. c. 28. 267
Detractio vetita in genere & ſpecie. ibid. c. 29. p. 268
Detractor cui ſit ſimilis. ibid. c. 27. 267. Pro detractore orandum, gaudendum de perſecutione detrahentis. ibid. c. 30. p. 268
Detractor puniendus, & repellendus, detractio ſopienda. c. 31. 269
Deus unus in Eſſentia & Trinus in Perſonis. l. 1. p. 1. & 2. tota. p. 3. & 36
Dei nomina SS. Litteris expreſſa. l. 1. p. 1. c. 1. p. 2. Eſſe & exiſtere Dei. ibid. c. 2. p. 2.
Dei Attributa negativa & affirmativa. c. 3. & ſeq. p. 3. & ſeq.
Deus ut creator. l. 1. p. 3. c. 1. & 2.
Deus ut gubernator & conſervator. ibid. c. 3.
Deus ut cooperator & adjutor. ibid. c. 4.
Deus ut Salvator & redemptor. ibid. c. 5. Vide Chriſtus.
Dei dilectio libro 4. p. 3. c. 23. Vide Charitas.
Deus non impellit ad peccatum. l. 4. p. 4. c. 3. 476
Deum qui diligit, Deo obedit. l. 4. p. 6. c. 7. p. 488 Et mandata Dei cuſtodit. ibid. c. 8.
Deus ſerio vult ſervari ſua mandata. ibid. c. 9.
Diæta. Vide temperantia.
Diligentia. l. 2. p. 5. c. 2. & 9. p. 124. & 129. Vide Accedia, Conſtantia, Fortitudo.
Diſcordia cauſa, effecta, exempla. l. 3. p. 3. c. 56. 219
Divinatio. l. 3. p. 6. c. 29. 299
Divitiæ quo pacto comparentur. l. 3. p. 3. c. 39. Vide Prudentia, Sapientia, Virtus. 206
Dolor. Vide Pœnitentia.
Doli & fraudis gravis impietas. l. 3. p. 5. c. 24. 265
Dolus in doloſi caput redundat. ibid. c. 25. 265
Doloſus ſibi ſuiſque noxius, Deo & hominibus odibilis. c. 26. 266
Donum. Vide Liberalitas.

E.

Ebrietas diſſuadetur & vetatur. l. 3. p. 8. c. 5. 353
Ebrietatis effecta ſpecialia. ibidem c. 6. p. 354
Eccleſia militans in terris. l. 4. p. 2. c. 1. p. 442
Eccleſia viſibilis. ibidem. c. 2. p. 443
Eccleſia una, ſancta & apoſtolica. ib. c. 3. & 4. p. 444
Eccleſia catholica ſeu univerſalis. ibidem c. 5. p. 445
Eccleſia inexpugnabilis. ibidem c. 6. p. 447
Perſecutio antichriſti & victoria Ec-

cleſiæ ſuprema. c.7. p.417
Eccleſiæ caput primarium Chriſtus. ibid. c.8. p. 448
Eccleſiæ vicarium caput S. Petrus, atque ejus legitimi ſucceſſores. ibi. c.9. p.449
Eccleſiaſtica Hierarchia. ibidem c.10 p.449
Eccleſiæ poteſtas legiſlativa. ibid. c.11 p.450
Eccleſiæ miſſi à Deo Miniſtri. ibidem c.12. p.451. Falſa miſſio ſectariorum. ibid. c.13. p.452
Eccleſia in Purgatorio, ibidem c.14. p.453
Eccleſia triumphans in cœlo. ibid. c.15 p.454. Jaculatoria adverſus Eccleſiæ Perſecutores. ibidem c.18. p.456
Efficacia voluntatis divinæ. l.1. p.1. c.28. p.16
Efficax gratia. l.2. p.4. c.2. p.105
Electio & prædeſtinatio ad gloriam. l.1. p.1. c.34. p.28
Electio ad gloriam fit ex mera Dei miſericordia, adeoque prior eſt prædeſtinatione. ibidem c.35. p.29 at Retributio præmii juxta ordinem executionis fit intuitu meritorum. ibidem c.36. p.30 Vide Prædeſtinatio.
Eleemoſyna ſuadetur generatim. l.3. p.3. c.33. p.203. Quibus danda, quomodo, & quando. ibidem c.34. & 35. p.203. Eleemoſynæ fructus & alii effectus. ibidem c.36. p.205. Specialia corporis & animi adfert bona. c.37. p.205. Tollit culpam, & pœnam aufert. ibid. c.38. p.206. Opes confert & honores. ibidem c.39. p.206. Ad eleemoſynam dandam varia exhortationes. c.40. p.207. Peccata & pœna negantium eleemoſynam. c.41. p.208. Eleemoſynariorum exempla. c.42. Vide Miſericordia. p.308
Epiſcopus. Vide Eccleſiaſtica Hierarchia. l.4. p.2. c.10. p.449
Euchariſtia Sacramentum. l.4. p.3. c.3. 459. Euchariſtica veritas deſcripta figuratè. ibidem c.4. Aſſerta propheticè. ibidem c.5. A Chriſto promiſſa. c.6. A Chriſto inſtituta. c.7. Uſu ipſo ab Apoſtolo demonſtrata. c.8. Chriſtus ſub qualibet ſpecie totus c.9. Unius & utriuſque ſpeciei. c.10. ſufficit alterutra ſpecies cap. 11. Exemplo Chriſti & Apoſtolorum. c.12. Et uſu atque auctoritate Eccleſia. c.13.
Ad Exaltationem via humilitas eſt. l.3. p.5. c.22. p.367.
Examen conſcientiæ. Vide Conſcientia.
Exempla virtutum ſingularum. Vide ſingulas virtutes, ut eleemoſyna. l.3. p.3. c.42. p.208. Charitatis. l.5. p.3. c.10. & 11. p.188. & 189
Exiſtentia & eſſentia divina. l.1. p.1. c.1. p.2. Humana l.1. p.3. c.15. & ſeq.

Digitized by Google

F.

Famæ læſio injuſta. l. 3. p. 5. c. 27. p. 267. Vide Honor.
Felicitas Patriæ cæleſtis. l. 2. p. 1. c. 1. & ſeq. Vide Beatitudo.
Feſtorum dierum obſervatio. l. 3. p. 6. c. 26. p. 397. 97
Fidelitas commendatur l. 3. p. 7. c. 28. p. 341. Vide veritas.
Fides divina & vitia oppoſita. l. 3. p. 1. tota. 154. & ſeqq.
Fides orthodoxa non nititur perſuaſione humanâ. l. 3. p. 1. c. 1. p. 58. auctoritate nititur purè divinâ. ibid. c. 2. 158
Fidei natura, firmitas, certitudo. ibid. c. 5. p. 160
Fidei unitas, neceſſitas, utilitas. ib. c. 6. p. 161
Fides viva & mortua. ibidem c. 7. p. 162. Exhortatio ad vitam fide dignam. ibidem c. 8. p. 163
Fidei confeſſio interna & externa. ibidem c. 9. p. 164. Magna fidei exempla. ibid. c. 10. p. 165. Ad fidem excitandam orationes jaculatoriæ. ibid. c. 11. p. 165
Fides ſola non juſtificat. l. 4. p. 5. c. 4 480
Fidei ſolius Charybdes & ſirtes. l. 4. in Epilogo.
Fides quomodo per charitatem operetur. ibid.
Fidei propoſitio immediata & mediata. l. 4. introduct. diſtinct. 12. c. 17 433
Fidei reſolutio. ibidem Canone 14. Vide Revelatio.
Fiducia juſtorum. l. 3. p. 2. c. 4. 176. & l. 4. p. 5. c. 7. 483
Filiorum obligatio erga parentes. l. 3. p. 6. c. 33. & 34. p. 301303
Finis ultimus rerum omnium Deus. l. 2. p. 1. c. 1. p. 64
Fraus. Vide dolus.
Furti & rapinæ prohibitio. l. 3. p. 5. c. 20. p. 263.
Furti pœna & effectus. ibid. c. 21. p. 263. Oblata ex furto ingrata Deo. ibidem c. 22. p. 264. Exempla furti puniti & impediti. ibidem c. 23. p. 246
Futura quomodo cognoſcat Deus. l. 1. p. 1. c. 16. & 17. p. 12. & ſeqq.

G.

Gaudium Beatorum. l. 2. p. 1. c. 4. p. 66. Plenum & perfectum abſque ulla triſtitiæ permixtione. ibidem c. 12. p. 72. Ad verum gaudium exhortatio. l. 3. p. 3. c. 14. p. 192. Gaudium impiorum inane. ibidem c. 15. p. 192. Verum omne gaudium à Deo eſt. ibid. c. 16. & eſt in Deo. c. 17. p. 193. Promittitur ac datur timentibus & diligentibus Deum. c. 18. & 19. p. 194
Generatio & ſpiratio in divinis. Vide SS. Trinitas.
Gladius ſpiritus ad regna ſubvertenda vitiorum, & virtutum impe-

rium.

Digitized by Google

rium ſtabiliendum. l. 3. toto p. 152. & ſeqq.
Gladius *ſpiritalis ad ſubvertendos errores & veritatem ſtabiliendam l. 4. toto. p. 416. & ſeqq.*
Gloria *cœleſtis. l. 2. p. 1. c. 6. & ſeq.* Vide *Beatitudo. p. 68. & ſeqq.*
Glorioſi *Corporis dotes. ibidem c. 6. p. 68.*
Gloria *ſanctorum diverſa. l. 4. p. 6. c. 21*
Gloria *inanis.* Vide *jactantia, Hypocriſis, ſuperbia.*
Gratia *actualis & habitualis. l. 2. p. 4. tota. p. 105. & ſeqq.*
Gratia *excitans & adjuvans. l. 2. p. 4. c. 1. p. 105*
Gratia *efficax & ſufficiens. ibidem c. 2. p. 105*
Gratiæ *auxilia ſufficientia dantur adultis omnibus. ibidem c. 3. 106 Nullus peccator, quantumvis gravis, deſtituitur prorſus in hac vita auxiliis ad ſalutem neceſſariis. ibidem c. 4. p. 107. Omnibus quidem ſufficientia dantur gratiæ auxilia: non tamen omnibus æqualia. ibidem c. 5. p. 108 Gratiæ neceſſitas ad fidem, ſpem, charitatem, aliaque opera ſupernaturalia. ibidem c. 6. p. 108 Gratiâ cooperante ſervari poſſunt divinæ legis præcepta, & caveri peccata omnia mortalia. c. 7. p. 110. Secundùm legem tamen ordinariam, non ita ſervantur præcepta, ut videantur peccata omnia venialia. c. 8. p. 110. Sine actualibus gratiæ auxiliis homo non poteſt diu perſeverare in amicitia Dei, & præcepta ſervare. c. 9. p. 111. Iuſtus, auxiliante Deo, perſeverare in gratia poteſt uſque ad mortem. ibidem. c. 10. p. 112 Cauſa gratiæ efficiens eſt Deus. ibidem c. 11. p. 112 Gratiæ cauſa meritoria eſt Chriſtus, finalis ultima Deus. c. 12. p. 113 Sanctificantis gratiæ cauſa diſpoſitiva ſunt actus fidei, Spei, Charitatis, & aliarum virtutum. ibidem. c. 13. p. 114 Non omnes æquali ſtudio gratiæ ſive actuali ſive habituali cooperantur, adeóque hæc non eſt æqualis in omnibus. c. 14. p. 115. Nemo ſecundùm legem Dei ordinariam, certò ſcit, certitudine fidei, ſe eſſe in gratia. ibid. c. 15. p. 115. Poſſumus tamen habere certitudinem moralem. c. 16. p. 117*
Gratia *dat eſſe quoddam divinum, vitam animæ, & alios quoſdam effectus producit illuſtres, ac fructus. ibidem c. 17. p. 118. Non tegit dumtaxat, ſed verè aufert peccata. c. 18. p. 119. Non deſtruit naturam, ſed ægram peccato ſanat ac perficit. c. 19. p. 119. Eſt ſemen gloriæ, principium meriti & cauſa. c. 20. p. 120. Exhortatio ad utendum gratiâ, & ad eam ſtudioſè conſervandam.*

Digitized by Google

vandam. c. 21. p. 120. Exhortationes ad creſcendum in gratia. c. 22. p. 121. Iaculatoria poſtulantis Dei gratiam ejuſque neceſſitatem & fructum agnoſcentis. c. 23.p.122.

Gratitudo ſive gratiarum actio cõmendatur. l. 3.p.7.c.11.p.327 Gratitudinis illuſtria exempla. ibid. c. 12. p. 328. Iaculatoriæ orationes agentis gratias pro beneficiis in genere & ſpecie. ibidem c. 13. p. 329

Gula diſſuadetur & vetatur. l. 3. p. 8. c. 5. p. 353

H.

HÆreſes natæ ex vita vitioſa, & juſtè à Deo permiſſa. l. 3. p. 1. c. 16. p. 168

Hæreticorum tituli proprii ac præcipui. ibid. c. 17. p. 168

Hæreticorum ignorantia, pertinacia, ſuperbia & alia vitia. ibid. c. 18. p. 169

Hæretici fugiendi & puniendi. ibid. c. 19. p. 170

Hæretici propriè & impropriè dicti. l.4.introd. diſt. 12. Can. 27. & 28. p. 435

Hæreticorum diſputandi modus. ibid. diſt. 9. p. 427

Hæretici fuerunt jam inde à temporibus Apoſtolorum. l. 3.p.1.c. 20. p.170. Orationes jaculatoriæ adverſus hæreſes. ibid. c. 21. p. 171

Hierarchia Eccleſiaſtica. l. 4.p. 2. c. 10. p.449

Homicidium. l. 3. p. 5. c. 5. p. 259

Hominis productio & natura quoad corpus. l. 1. p. 3. c. 15. p. 39. Hominis fragilitas & mortalitas quoad corpus. ib. c. 16. p. 40. Immortalitas hominis & dignitas quoad animam. ib. c. 17. p. 41. Status hominis ante & poſt lapſum. ib. c. 18. p. 41. Varia hominis miſeria quoad corpus & animam. c. 19. p. 42. Hominis ignorantia. ib. c. 20. p. 43. Infirmitas ad bonum, ad malum propenſio. c. 21. p. 43. Quantulus ſit homo reſpectu Dei. c. 22. p. 44

Honeſtas interna & externa. l. 2. p. 2. c. 2. p. 82. & l. 3. p. 8. c. 19. p. 365

Honorem & famam deſtruit peccatum. l. 2. p. 5. c. 25. p. 144. & l. 3. p. 8. c. 16. 363

Honores quid maximè conciliet. Vide prudentia, ſapientia, Virtus.

Humilitatis actus. l. 3. p. 8. c. 20. p. 366

Humilitatis effectus & fructus, orationis exauditio, gratia, & gloria æterna. ib. c. 21. Humilitas via eſt ad exaltationem. ib. c. 22. p. 367 Humilitas via eſt ad ſcientiam ſanctorum & omnem proſperitatem. ib. c. 23. Ad humilitatem variæ exhortationes. ib. c. 24. p. 368. humilitatis ſelecta exempla, & orationes jaculatoriæ. c. 25. p. 370

Hypocriſis varii actus & effectus. l. 2. p. 2. c. 11. & 12. p. 88. & 89

Hypocriſis tandem detegitur. ibidem c. 13. p. 90

Digitized by Google

Hypocritas deteſtatur Deus. ibid. c. 14 p. 90
Hypocriſis vetatur, cordis ſinceritas commendatur. c. 15. p. 91
Hypoſtaſis ſive perſonalitas divina. Vide SS. Trinitas.

I.

IActantiæ effecta & alia circumſtantiæ. l. 3. p. 8. c. 35. p. 378
Jejunium. l. 4. p. 6. c. 15. p. 493
Imaginum Sacrarum uſus. l. 4. p. 2. c. 17. p. 456
Immenſitas Dei. l. 1. p. 1. c. 9. p. 6
Immodeſtiæ damna & pœna. l. 3. p. 8. c. 46. p. 387
Immutabilitas Dei. l. 1. p. 1. c. 10. p. 8
Impatientiæ pœna & alia effecta. l. 3. p. 9. c. 9. p. 397
Impetratio effectus primarius Orationis. l. 3. p. 6. c. 10. p. 284
Impetrationis adjumenta & impedimenta. ibidem c. 11. p. 285
Impius. Vide peccator.
Imprudentia. l. 3. p. 4. c. 13. p. 246
Impudicitia. l. 3. p. 8. c. 11. p. 359. Vide luxuria.
Incarnationis myſterium. Vide Chriſtus.
Inconſtantia peccatoris ſimilitudine declaratur. l. 3. p. 9. c. 14. p. 401. Etiam in Angelis reperta. ibid.. 15. p. 402. Eſt fructus peccati, à Deo vetatur & punitur. ibid. c. 16. p. 402
Inconſtantiæ exempla. ibid. c. 17. p. 403
Incontinentia. l. 3. p. 8. c. 11. 359
& p. 7. c. 22. & 23. 336. & 337
Incredulitas. l. 3. p. 1. c. 13. 166
Incredulitatis exempla. ibid. c. 14. 167
Indulgentiæ. l. 4. p. 3. c. 26. p. 471
Infinitas Dei. l. 1. p. 1. c. 8. p. 6
Ingratitudinis effecta. l. 3. p. 7. c. 14. p. 329
Ingratitudinem exprobrat Deus peccatoribus. ibidem c. 15. p. 329.
Alia ingratitudinis exempla. ibid. c. 16. p. 331
Inimicitia. Vide odium Dei & proximi. l. 3. p. 3. c. 51. p. 215
Injuria. l. 3. p. 5. c. 6. 252
Injuſtitia. ibidem c. 3. & ſeqq. 250. & ſeq.
Inobedientia. l. 3. p. 6. c. 49. 316
Inſipientia. l. 3. p. 3. c. 79. p. 235. & p. 4. c. 13 p. 246
Intelligentia. Vide Angeli.
Intemperantia variis modis nocet animo. l. 3. p. 8. c. 3. p. 352. Nocet & corpori & fortunæ bonis. ibid. c. 4. p. 352
Intemperantiæ exempla. ibid. c. 8. p. 356. Vide, ebrietas, incontinentia.
Intentio recta in omni opere neceſſaria. l. 2. p. 2. c. 8. p. 26
Intentionis puritas accepta Deo. ibid. c. 9. p. 87
Intentio obliqua ingrata Deo. ibidem c. 10. p. 87. Vide Hypocriſis.
Invidia cauſa & effecta. l. 3. p. 3. c. 53. p. 217. Exhortationes ad cavendam invidiam. ibid. c. 54. p. 217.

Digitized by Google

p. 217. Invidiæ exempla. ibid. c. 55. p. 218
Iracundiæ fœditas & gravitas. l. 3. p. 5. c. 38. p. 381
Iracundiæ effecta in animo & corpore. ibid. c. 39. p. 382
Ira prohibetur vitioſa. ibid. c. 40. p. 382
Iræ vitioſæ & juſtæ exempla, divinam iram deprecantis orationes jaculatoriæ. ibidem c. 41. p. 383
Judicis boni officium, præmia & fructus. l. 3. p. 5. c. 8. & ſeq. 254
Judicum iniquorum pœnæ. ibid. c. 7. 253. Cauſa à judice diligenter cognoſcenda. ibid. c. 9. p. 255. Variæ cohortationes ad judices. ibidem c. 11. p. 257. Boni & mali judicis exempla. ibid. c. 12. p. 258
Judicium divinum petentis, aut deprecantis orationes jaculatoriæ. ibid. c. 13. p. 298
Judicium extremum. l. 1. p. 4. c. 13. & 14. p. 55. & 56. Vide Chriſtus.
Juramentum licitum, ſi debitæ adſint conditiones, temerarium omne prohibitum. l. 3. p. 6. c. 21. p. 293
Juſtificatio vera & interna. l. 4. p. 4. c. 2. & 3. 479. Fit per fidem, Spem, Charitatem. ibid. c. 4. Per pœnitentiam & alia bona opera. ibid. c. 5
Juſtitia & vitia oppoſita. l. 3. p. 5. tota. 248 & ſeqq.
Juſtitiæ effecta & encomia univerſim ac ſpeciatim. ibid. c. 1.
Juſtitia Dei. l. 1. p. 1. c. 24. p. 249
Juſtum inter & impium variæ antitheſes. l. 3. p. 5. c. 2. p. 250
Juſtitia vindicativa. Vide Vindicta.

L.

Labor. l. 3. p. 3. c. 52. p. 216. Vide Acedia, Conſtantia, Fortitudo.
Lætitia. Vide Conſolatio, gaudium, dolor, triſtitia.
Laus Dei commendatur & exigitur. l. 3. p. 6. c. 27. p. 298
Laudari Deus ſufficienter non poteſt. ibidem.
Laus proximi in virtute fundata, tutiſſima poſt mortem. ibid. c. 28. 299. Vide, gloria, honor, jactantia.
Lex externa & interna. l. 2. p. 3. tota. 93. & ſeqq. Deus Legiſlator ſupremus. ibidem c. 1. p. 93
Legis Chriſtianæ ſumma & ſcopus. ib. c. 2. p. 94
Lex Dei facilis & ſuavis audientem inſtruit, & perficit obſervantem. ibidem c. 3. p. 94. Vide gratia.
Legis obſervatæ varii effectus & fructus. ibidem c. 4. p. 95. Monita ad audiendam, meditandam, & continuâ memoriâ recolendam Dei legem. ibidem c. 5. p. 96.

 Ex-

Exhortationes ad obſervationem legis, additis etiam variis promiſſis. ibidem c. 6. p. 97.
Legis neglectus cauſa ruinæ & interitus ſempiterni. ibid. c. 7. p. 89. Iaculatoria ſtatuentis Dei legem obſervare. ib. c. 11. p. 101. Petentis gratiam intelligendi Dei legem & ſervandi. c. 12. p. 101. Legis divinæ obſervantiam perpetuam deſiderantis. c. 13. p. 102. Legem Dei facilem, ſuavem, utilem judicantis ibid. 14. p. 102. Profitentis ſe legem Dei obſervaſſe, non obſtante mortis periculo. ibid. c. 15. p. 103
Legiſlativa poteſtas in Eccleſia. l. 4. p. 2. c. 11. p. 450
Liber vitæ. l. 1. p. 1. c. 39. p. 32
Liberalitatis effectus & fructus glorioſi. l. 3. p. 7. c. 1. p. 319
Liberalitatis magnifica exempla. ib. c. 2. p. 220
Liberalis & ſuâ ſorte contentus animus commendatur. ibidem c. 8. p. 324. Vide avaritia, eleemoſyna.
Libertas Dei. l. 1. p. 1. c. 21. & 22. p. 18
Libertas hominis ad bonum & malum, virtutem ac vitium. l. 2. p. 2. c. 1. p. 80
Libertas filiorum Dei in quo conſiſtat. l. 4. p. 6. c. 10. p. 490
Libertas neceſſaria ad rationem peccati. ibid. c. 12. p. 491. Vide arbitrium liberum.
Libido. l. 3. p. 8. c. 11. p. 359. Vide luxuria.
Lingua rectus uſus difficilis, utilis, neceſſarius. l. 3. p. 7. c. 18. p. 332. Cujus ſit loqui, de quibus, & coram quibus. ib. c. 19. p. 333. Loquendum prudenter, ſuaviter, ſuo tempore & loco. ib. c. 20. p. 334. Recti linguæ usûs effectus & fructus. ib. c. 21. p. 335. Lingua incontinentiæ effecta. ibid. c. 22. p. 336. Lingua incontinentia proprium eſt vitium ſtultorum. c. 23. p. 337. Linguæ abuſus vetatur univerſim ac ſpeciatim. c. 24. p. 338. Antitheſes variæ inter verba ſtulti & prudentis. c. 25. p. 339. Linguæ ſapientis exempla. ibidem c. 26. p. 340. Jaculatoria petentis linguæ moderationem ſuæ & alienæ. c. 27. p. 340
Lites, litigare. Vide contentio, diſcordia, rixa.
Longanimitas. Vide manſuetudo, Patientia, Conſtantia.
Luctus. Vide dolor, triſtitia.
Lumen gloriæ. l. 1. p. 1. c. 15. p. 12 Vide viſio beatifica.
Luxuria vetatur. l. 3. p. 8. c. 11. p. 359
Luxuriæ tentatio vexat etiam ſanctos, ſuperat inſipientes & improvidos. ibid. c. 12. p. 60. Luxuria nocet animo ſimul & corpori. ib. c. 13. p. 360. Intellectum & voluntatem pervertit. ib. c. 14. p. 361. Sanitatem aufert & vitam, & fortunæ bona. ib. c. 15. p. 362. Famam peſſundat & honorem. ib. c. 16. p. 363. Luxuriæ occaſiones

Digitized by Google

vitanda. ibid. c. 17. p. 363. Luxuria punita exempla. ibid. c. 18. p. 364

M.

Magia. l. 3. p. 6. c. 29. & 30 p. 299. & 300

Magiſtratus. Vide acceptio perſonarum, judex, juſtitia.

Pro Magiſtratibus inprimis orandus Deus. l. 3. p. 6. c. 8. p. 282

Maledictio. l. 3. p. 6. c. 21. p. 293

Maleficium. l. 3. p. 6. c. 29. & 30. p. 299. & 300

Mandata Dei cuſtodit, qui diligit Deum. l. 4. p. 6. c. 8. p. 488

Mandata ſua ſervari ſeriò vult Deus. ibidem c. 9. p. 489

Mandata Dei ſervari poſſunt. ib. c. 11 p. 490. Vide lex Dei.

Manſuetudo ſuadetur & præcipitur, effectus & fructus habet nobiliſſimos. l. 3. p. 8. c. 36. p. 380

Manſuetudinis illuſtria exempla. ib. c. 37. p. 380

Maria Virgo Deipara. lib. 1. p. 5. tota. p. 58. & ſeqq. Mariæ conceptio & nativitas immaculata. ib. c. 1. p. 58. Virgo fuit ante partum, in partu, poſt partum. ibid. c. 2. 3. 4. p. 59. & 60. Mater fuit Chriſti Domini veri Dei & hominis. ibid. c. 5. p. 61. Gratia illius excellens & virtutes heroicæ. ibid. c. 6. p. 61. Virtutes ejuſdem ſingulatim. ibidem c. 7. p. 61

Maritus. Vide matrimonium.

Martyrum conſtantia ejuſque effecta & præmia. l. 3. p. 9. c. 2. p. 390

Matrimonii Sacramentum. l. 4. p. 3. c. 30. p. 473

Matrimonii firmitas & inſolubilitas. ibid. c. 31. p. 474

Meditatio legis, & gloriæ divinæ, ac mirabilium Dei operum. l. 3. p. 6. c. 16. p. 289. Neceſſaria ad hanc quies & puritas animi. ibid. c. 17. p. 290

Meditationis effectus, & fructus. ib. c. 18. p. 291. Locus & alia circumſtantia ad meditandum idoneæ. c. 19. p. 291

Meditationis & orationis exempla. ibid. c. 20. p. 292. Vide oratio.

Mendacii fœditas depingitur. l. 3. p. 7. c. 28. p. 341

Mendacii damna & alia effecta. ibid. c. 29. p. 341

Mendacium omne vetatur. ibid. c. 30. p. 342. Vide veritas, calumnia, lingua.

Menſura. Vide avaritia, injuſtitia.

Meretrix. Vide luxuria, caſtitas, virginitas.

Meritum Chriſti. l. 1. p. 4. c. 11. p. 53

Meritum juſtorum. l. 4. p. 6. c. 5. 486. & c. 6. p. 487. Vide gratia, opera bona.

Militia Chriſtiana. l. 4. introduct. diſt. 2. p. 420

Miſericordia Dei. l. 1. p. 1. c. 25. p. 22. Cauſæ cur noſtri miſereatur Deus. ibid. p. 23.

Miſericordia Dei & juſtitia ſimul. c. 27. p. 23. In præſumentes de miſericordia Dei. ibidem c. 28. p. 24
Miſericordiæ decora, & effecta. l. 3. p. 3. c. 30. p. 201
Miſericordiæ operum monita & præcepta. ibid. c. 31. Pœna multiplex eorum, qui negligunt miſereri. c. 32. p. 202. Vide eleëmoſyna.
Miſſi à Deo Eccleſiæ miniſtri. l. 4. p. 2. c. 12. p. 451
Miſſio falſa Sectariorum. ibid. c. 13. p. 452
Miſſio perſonæ divinæ. Vide SS. Trinitas.
Modeſtia. l. 3. p. 8. c. 19. p. 365. & c. 46. p. 387. Vide lingua continentia.
Mortale peccatum. l. 4. p. 4. c. 1. p. 475
Mortificatio. Vide jejunium, opera bona, pœnitentia.
Morbus, mors, Vide Tribulatio.
Mulier, Vide matrimonium.
Mundities. l. 3. p. 8. c. 19. p. 365 Vide intentio pura.
Mundus, mundani, Vide peccator.
Munera. l. 3. p. 5. c. 8. p. 254. & 14. p. 259
Munera impiorum odit Deus. l. 2. p. 5. c. 28. p. 129
Murmuratio Vide correptio, lingua.

N

Naturam non deſtruit gratia ſed perficit. l. 2. p. 4. c. 19 p. 119
Naturalis cognitio Dei. l. 1. p. 1. c. 14. p. 11
Negativa attributa Dei. l. 1. p. 1. c. 8. & ſequent. p. 6. & ſeqq.
Negligentia. Vide acedia, imprudentia, opera bona.
Nomina Dei ſacris literis expreſſa. l. 1. p. 1. c. 1. p. 2
Notio Perſonarum Divinarum. Vide SS. Trinitas.
Notæ Eccleſiæ Catholicæ. l. 4. p. 2. c. 3. & ſeqq. 444
Nova Symboli editio. l. 4. introduc. Can. 16. & 17. p. 433
Novatorum temeritas in explicandis Scripturis. l. 4. introduc. diſt. 11 p. 428

O.

Obduratio in peccatis. l. 2. p. 5. c. 19. p. 139. Ex peccato oritur. ibid.
Obedientia exhibenda Deo, prælatis & Superioribus omnibus. l. 3. p. 6. c. 47. p. 314
Obedientiæ perfectio, promptitudo, effectus, fructus. ibid. c. 48. 315
Obedientiæ illuſtria exempla ex veteri teſtamento. ibidem c. 50. p. 317

Obe-

Obedientia Chriſti Domini, B. Virginis & aliorum novæ legis Sanctorum. ibid. c. 51. p. 318
Odit Deus non modo impium & impietatem eius, ſed & ipſius munera, ſacrificia, feſta. l. 2. p. 5. c. 28. p. 149
Omnipotentia Dei. l. 1. p. 1. c. 23. p. 19
Operum bonorum exercitium commendatur. l. 2. p. 2. c. 2. p. 81.
Operum honeſtorum præceptum. ibid. c. 3. p. 82. In eos, qui rectè agere negligunt, ſolo Religionis nomine gloriantes. ibid. c. 5. p. 84
Operandi honeſtè occaſio non negligenda. ibid. c. 6. p. 85
Operum bonorum fructus & malorum. c. 7. p. 85
Opera omnia rectâ ad Dei gloriam intentione pertinenda. c. 8. p. 86
Deo nihil accedit ex operibus noſtris. ibid. c. 16. p. 91. Poteſt Deus alios in aliorum locum ſubſtituere ibid. c. 17. p. 92
Operum bonorum integritas & perfectio. l. 4. p. 6. c. 1. & 7. p. 484. & 488. Non naturalis tantùm, ſed & ſupernaturalis. ibid. c. 3. l. p. 485. Abſque omnis peccati permixtione. ibid. c. 4. p. 486.
Operum bonorum meritum. ibidem c. 5. p. 486
Opera ſupererogationis. ibidem c. 16 p. 494
Oratio à Deo præcepta, atque ad eam præparatio neceſſaria. l. 3. p. 6. c. 2. p. 278
Orans conetur Deo eſſe gratus. ibid. c. 3. p. 279. Fiduciam habeat in Deo. ibid. c. 4. p. 280
Oratio ſit humilis, attenta, aſſidua. ibidem c. 5. p. 280. In oratione quid petendum, & cujus nomine. ib. c. 6. p. 281. Oratio fiat pro omnibus, maximè pro Regibus, Magiſtratibus fratribus. ib. c. 7. p. 282.
Orandum ſemper quidem, maximè autem tempore triſtitiæ, matutino, & aliis per diem horis. c. 8. p. 282. Ad orandum variæ exhortationes. ibidem c. 9. p. 283.
Orationis effectus primarius impetratio. c. 10. p. 284. Impetrationis adjumenta & impedimenta. c. 11. p. 285. Orationis fructus omnis generis bona. c. 12. p. 285. Orationes jaculatoriæ pro remiſſione peccatorum. c. 13. p. 287. Orationes jaculatoriæ tempore adverſitatis. c. 14. p. 288. Orationes jaculatoriæ petentes orationem ſuam exaudiri. c. 15. p. 289
Orationis vis & efficacia. l. 4. p. 6. c. 14. p. 492. & introduc. Can. 29. p. 435
Oratio eſt clavis armorum cæleſtium. ibidem. Vide contemplatio, meditatio.
Ordinis Sacramentum. l. 4. p. 3. c. 28. p. 472
Originale peccatum. l. 4. p. 4. c. 4. p. 477

Origi-

Digitized by Google

Originalis juſtitia.l.1.p.3.c.18.p.41
Oſtentatio Vide jactantia, hypocriſis, ſuperbia.
Otium Vide accedia, diligentia, opera bona.

P.

Paradiſus. Vide gloria cæleſtis.l. 2.p.1.c. 6. p. 68. & ſeq.
Parentum officia erga liberos. l. 3.p. 6. c. 34. p.303
Parentum affectui ac liberorum præponenda quæ Dei ſunt. ibid.c. 35. p. 304
Paſſio Chriſti.l. 1.p.4. c.9.p. 51. Vide Chriſtus.
Paſſiones animi earumque vis in bonum & malum. l. 2.p. 3.c. 10. p. 190. Exhortatio ad domandas paſſiones. l. 2. p. 5. c. 11. p. 131
Paternitas Divina. Vide SS. Trinitas.
Patientia radix fortitudo & charitas, creſcit adverſis, vero Chriſtiano propria, & optanda. l. 3.p. 9. c. 3. p. 391
Pati pro Chriſto gravia, felicitas magna, imitatione Chriſti ambienda. ibid. c.4. p. 392. Patientiæ præmium vitæ æterna, gaudium animi, ſanitas corporis, opes & honores. ibid. c. 5. p. 393. Ad patientiam variæ exhortationes. ibid. c.6. p. 394. Patientiæ illuſtria exempla & præmia. c. 7.p. 395. Jaculatoria poſtulantis patientiam, & ſe ad eam excitantis. c. 8. p.396. Vide tribulatio. l. 3.p. 9. c. 22. p. 406
Paupertas Evangelica laudatur & ſuadetur. l. 3. p. 6. c.43.p.310
Pauperes Evangelici, qui fuerint & quàm commendati, pœna infracti voti paupertatis. ibid. c. 44. p. 311
Pax & pacis autor generatim. l.3.p. 3. c. 23. p. 196. Quæ pax nobis neceſſaria, & quis fructus illius. ibid. c. 24.p.197. Variæ ad hanc pacem exhortationes. ibid. c. 25. p. 197. Iaculatoria ad pacem obtinendam. ibid. c. 26. p. 198
Peccatum eſt averſio à Deo & converſio ad creaturas, eſt inane & nihil. l. 2.p.5.c. 12. p. 132
Peccata ſunt ſordes, immunditia, tenebræ, execrationes & abominationes. ibid. c. 13. p. 132
Peccatum eſt animo & corpori calamitoſum. ibid. c. 14. p. 133. Labores & conatus omnes irritos reddit. c. 15. p. 135. Pœnas ærumnaſque accerſit temporales & ſempiternas. c. 16. p. 135. Animam bonis ſupernaturalibus ſpoliat, maculat, inficit, dæmonis poteſtati, mortique perpetuæ ſubjicit. c. 17. p. 136. Intellectui cæcitatem, ignorantiam, amentiam, conciliat. c. 18. p. 137. Voluntatem à ſummo bono avocat, atque in malo obdurat. c. 19. p. 139. Timorem gignit & anguſtiam. c. 20. p. 140. In triſtitiam

Digitized by Google

tiam deſinit ac deſperationem. c. 22. p. 142. Vires animi ac corporis enervat. c. 23. p. 142. Vitam abbreviat, mortem accelerat. c. 24. p. 143. Famam, honorem, gloriam deſtruit. c. 25. p. 144. Fortuna bona dilapidat. c. 26. p. 145. Sobolem & poſteritatem eradicat. c. 27. p. 148. Odit Deus impium & impietatem ejus c. 28. p. 149. Improperat Deus collata in peccatorem beneficia. c. 29. p. 146. Exhortatur Deus ad deponenda peccata. c. 30. & 32. p. 146. & 153. Vox pœnitentis peccatoris, proponentis redire ad Deum & peccatum ſuum agnoſcentis. c. 33. p. 154. Jaculatoriæ dolentis de admiſſis peccatis. c. 34. p. 155

Peccatum mortale & veniale. l. 4. p. 4. c. 1. & 2 p. 475

Peccatum ex ignorantia, paſſione, & malitia. ibid. c. 4. p. 477

Peccatum Originale & actuale. ibi. c. 5. p. 477

Peccati vera remiſſio. l. 4. p. 5. c. 1. p. 478

Perfectio Dei omnium creaturarum perfectiones continet eminenti modo. l. 1. p. 1. c. 7. p. 5

Quis ſit perfecta virtutis. l. 2. p. 5. c. 3. p. 125. Exhortationes ad perfectionem. ibidem c. 4. p. 126. Vide charitas, juſtitia, virtus.

Perjurium vetatur & punitur. l. 3. p. 6. c. 22. p. 294

Perſeverantia ad ſalutem neceſſaria ſuadetur omnibus. l. 3. p. 9. c. 10. p. 398. Ad perſeverandum in fide exhortationes. ibid. c. 11. p. 399. Increpationes eorum, qui non perſeverant, quibus illi rebus ſimiles ſint, & quo pacto deficiant. ibid. c. 12. p. 400. Jaculatoria petentis perſeverantiam & hujus exempla ibid. c. 13. p. 400

Pertinacia Vide hæreſis, hæreticus.

Pigritia Vide acedia, diligentia.

Pœna impiorum multiplex, ſempiterna. l. 4. p. 6. c. 20. Vide vindicta.

Ad pœnitentiam exhortatur Deus. l. 2. p. 5. c. 30. & 32. p. 146. & 153

Pœnitentibus Deus promittit miſericordiam & alia corporis ac animi bona. ibid. c. 31 p. 152

Pœnitentia opera. l. 4. p. 5. c. 5. 481

Pœnitentia Sacramentum. l. 4. p. 4. c. 22 p. 469

Præcepta Dei non ſunt impoſſibilia. l. 4. p. 6. c. 11. p. 490

Præcepti finis charitas. ibidem c. 13. p. 492. Vide lex, mandatum.

Præcipitantia. Vide prudentia.

Prædeſtinatio. l. 1. p. 1. c. 34. p. 28

Prædeſtinatione prior eſt ad gloriam electio. ibidem c. 35. p. 29. Specialis amor Dei erga fideles, prædeſtinatos & juſtos. c. 36. p. 30

Prædeſtinationis certitudo. ibid. c. 38. p. 32

Prædeſtinatorum & electorum numerus

merus exiguus quidem reſpectu omnium reproborum, nihilominus abſolutè magnus. ibid. c. 38. p. 32. Vide liber vitæ, reprobatio.
Præmii cæleſtis retributio fit intuitu meritorum. l. 1. p. 1. c. 38. p. 32. Vide electio, gloria cæleſtis, meritum.
Præſcientia. l. 1. p. 1. c. 34. p. 28 Vide providentia.
Præſentia Dei. l. 1. p. 1. c. 9. & ſeq. p. 6. & ſeqq.
Præſumptionis effecta & aliæ circumſtantiæ. l. 3. p. 8. c. 35. p. 379. Vide ambitio, ſuperbia, miſericordia Dei.
Proceſſio Divinarum Perſonarum. Vide SS. Trinitas.
Prodigalitatis & luxus exempla effecta, pœna. l. 3. p. 7. c. 10. p. 326
Providentia Dei erga omnes. l. 1. p. 1. c. 32. p. 27
In negantes providentiam Dei. ibid. c. 33. p. 27
Proximus quâ ratione diligendus. l. 3. p. 3. c. 8. p. 187. Vide Charitas.
Prudentia & vitia oppoſita. l. 3. p. 4. tota p. 237. & ſeqq. Adhortatio ad veram prudentiam. ibid. c. 1. p. 238. Fructus & effectus veræ prudentiæ. ibid. c. 2. p. 239 Prudentia humana incerta & fallax. ibid. c. 3. p. 239. Prudentia impiorum damnatur. c. 4. p. 240 Prudentiæ exempla. c. 5. p. 241 Jaculatoria pro impetranda prudentia. c. 6. p. 241. Prudentiæ officia, rectè conſulere, judicare, exequi. c. 7. p. 242.
Pudicitiæ fructus & exempla. l. 3. p. 8. c. 10. p. 358
Punitio, Vide pœna, vindicta.
Purgatorium. l. 4. p. 2. c. 14. p. 453
Puſillanimitas, Vide ſpes, deſperatio.

R.

Redemptor humani generis Chriſtus. l. 1. p. 4. c. 11. & 12. p. 53. & 54
Regnum & gloria Chriſti. ibid. c. 16 p. 57
Religio. l. 3. p. 6. c. 1. & ſeqq. p. 277. & ſeqq.
Religionis ac Religioſorum commendatio. ibid. c. 37. p. 306. Boni Religioſi officia & munia honorifica. ibid. c. 39. p. 308. Apoſtaſia à Religione diſſuadetur, ſuadetur reditus. ibid. c. 42. p. 310
Reliquiarum ſacrarum uſus. l. 4. p. 2 c. 17. p. 456
Reprobationis poſitiva cauſa & effectus. l. 1. p. 1. c. 40. p. 33
Reprobationis negativa cauſa & effectus. ibid. c. 41. p. 33. Vide electio, prædeſtinatio.
Reſurrectio. l. 1. p. 3. c. 5. Vide gloria cæleſtis.
Revelatio univerſalis & particularis mediata & immediata. l. 3. p. 1. c. 3. p. 159. Vide fides orthodoxa.
Rixarum cauſa, effecta, pœna. l. 3. p. 3. c. 59.

Digitized by Google

p. 3. c. 59. p. 221. Vide *contentio, contumelia, ſuperbia.*
Romana Eccleſia à S. Petro fundata. l. 4. p. 2. c. 9. p. 449.

S.

Sacerdos. l. 4. p. 3. c. 28. p. 472
Sacramentum fidei ſive baptiſmus. l. 4. p. 3. c. 1. p. 457
Sacrificium Chriſti cruentum. ibid. c. 14. p. 464
Sacrificium Miſſæ incruentum deſcriptum figuratè. ib. c. 15. p. 465 *Aſſertum propheticè.* ib. c. 16. p. 463. *A Chriſto promiſſum & inſtitutum.* ibid. c. 17. p. 466. *Vſu ipſo firmatum.* ibid. c. 18. p. 466
Sanctorum invocatio. l. 4. p. 2. c. 16. p. 454
Sanctorum Patrum conſenſus. l. 4. introduc. can. 12. 432.
Sapientia donum in quo conſiſtat. l. 3. p. 3. c. 68. p. 227. *Auctor ſapientiæ Deus.* ibidem c. 69. p. 228. *Sapientiæ qualitates & conditiones variæ.* ibid. c. 70. p. 228. *Sapientiæ acquirendæ modus.* c. 71. p. 229. *Sapientiæ effecta & ſigna in animo, corpore, & bonis externis.* c. 72. p. 231. *Sapientiæ effecta in intellectu & voluntate.* c. 73. p. 231. *Dulcedinem cordis, quietem, conſtantiam parit.* c. 74. p. 232. *Honorem & gloriam conciliat.* c. 75. p. 233. *Bona fortuna cumulat.* c. 76. p. 233. *Qui eam repudiat, miſer eſt, qui inquirit beatus.* c. 77. p. 234. *Sapiens libenter auditur, prodeſt verbo, conſilio, exemplo.* c. 78. p. 234. *Sapientem inter & inſipientem antitheſes.* c. 79. p. 235. *Ad ſapientiam varia cohortationes.* c. 80. p. 235. *Jaculatoria pro impetranda ſapientia.* c. 81. p. 237.
Satisfactio Chriſti pro nobis omnibus. l. 1. p. 4. c. 11. p. 112
Satisfactio poſt remiſſam culpam neceſſaria. l. 4. p. 3. c. 25. p. 470
Satisfactio unius pro alio. ibid. c. 26. p. 471.
Scandali malitia & pœna. l. 3. p. 3 c. 64. p. 225. *Quantoperè vitaverit ſcandalum Chriſtus, Apoſtoli, & alii.* ibid. c. 65. p. 226. *Monita ad cavendum ſcandalum activum & paſſivum.* ibid. c. 66. *Scandalum Phariſaicum non curandum.* ibid. c. 67. p. 226
Scientia Dei, quâ ſe comprehendit, & omnia creata, creanda, creabilia. l. 1. p. 1. c. 16. p. 12. *Verba impiorum negantium omniſcientiam Dei.* ibid. c. 17. p. 15. *Verba piorum, quos à peccatis avertit Deus omnia videns.* c. 17. ibid.
Scientia ſanctorum. l. 3. p. 3. c. 75. Vide *ſapientia.*
Scriptura Sacra dignitas, excellentia, utilitas. l. 1. in præfatione. p. 1.

Digitized by Google

Scriptura Sacra ſenſus multiplex. l. 4. introd. diſt. 12. can. 8. p. 430. Scripturæ ſublimitas, & difficultas. ibid. can. 6. 431. Scripturæ uſus Catholicus. ibid. diſt. 10. p. 428. Et abuſus Acatholicus. ibid. diſt. 11. p. 428. Scripturas explicandi ratio erronea. ib. diſt. 12. can. 26. 430. & 435. Scripturam explicandi ratio tutiſſima. ibidem. 430. & 435. Canones legitimi Scripturæ uſus. Introduct. diſt. 12. p. 43. Vide verbum Dei.

Secretum Vide *conſilium, ebrietas.*

Silentium, Vide *lingua, prudentia.*

Simplicitas Dei. l. 1. p. 1. c. 2. p. 3

Sinceritas. l. 2. p. 2. c. 15. p. 91

Simulatio, Vide *dolus, hypocriſis, intentio recta.*

Sobrietas. l. 3. p. 8. c. 2. 3. p. 350. 351. & 352.

Solatium Vide *conſolatio.*

Spes Theologica. l. 3. p. 2. tota. p. 173. & ſeqq. Varia Spei acceptio. ib. c. 1. p. 173. Fructus ſperantis in Deo. ibid. c. 2. p. 173. Exhortationes ad ſpem in Deo figendam. ibid. c. 3. p. 174. Fiducia juſtorum, impiorum præſumptio. ibidem c. 4. p. 176. Damna & ſupplicia eorum, qui in alio ſperant, quàm in Deo. ibid. c. 5. p. 176. Diſſuadetur ſpes in ſeipſo, & in alio quàm in Deo. ibidem c. 6. Exempla ſpei & fiduciæ in Deo. ibidem c. 7. p. 178. Jaculatoriæ ſperantis in Deo. ibid. c. 8. p. 179

Spiritus Sanctus. Vide *SS. Trinitas.*

Status hominis ante & poſt lapſum. l. 1. p. 3. c. 18

Status Religioſus. l. 4. p. 6. c. 16. p. 494. Vide *Religio.*

Status vitæ deligendus. l. 3. p. 6. c. 36. p. 305

Stultitia. Vide *imprudentia, prudentia, ſapientia*

Superbia Deo & hominibus exoſa vetatur univerſim. l. 3. p. 8. c. 26. & 27. p. 371. Superbia effecta in anima & corpore. ibid. c. 28. & 29. p. 372. & 374. In bonis fortunæ & poſteris. ibid. c. 30. & 31. p. 375. & 376. Superbiæ punitæ exempla. ibidem c. 32. p. 377. Orationes ſuperbiam deprecantis. ib. c. 33. p. 378.

Superſtitio. l. 3. p. 6. c. 29. & 30. p. 299. & 300.

Suſurrationis effecta, damna, pœna. l. 3. p. 5. c. 42. p. 276.

Suſurratio à Deo prohibita. ibid. c. 43. p. 276.

Symboli nova editio. l. 4. introduct. can. 17. & 18. p. 433.

T.

TEmeritas. Vide *conſilium, lingua, prudentia, ſapientia.*

Temperantia & virtutes ei annexæ. l. 3. p. 8. tota. p. 349. & ſeqq.

Tem-

Digitized by Google

Temperantia commendatur generatim. ibid. c. 1. p. 350. Præmia Temperantiæ & alia effecta. ibid. c. 2. p. 351
Tentatio. Vide angeli mali, tribulatio.
Teſtimonium falſum à Deo prohibitum. l. 3. p. 5. c. 32. p. 269 Vide calumnia.
Timor ſalutaris. l. 4. p. 5. c. 6. p. 482
Timor Domini ad ſapientiam & virtutem primus gradus eſt. l. 2. p. 5. c. 5. p. 126
Alia timoris Domini effecta. ibid. c. 6. p. 127
Fructus Timoris Domini. ibid. c. 7. p. 128.
Traditiones Divinæ. l. 4. introduct. can. 23. p. 434. Vide verbum Dei.
Traditio Eccleſiaſtica de libris Sacris. ibidem. p. 403
Tribulationis cauſa Deus, & cujuſque peccata. l. 3. p. 9. c. 18. p. 403. Non omnis tribulatio eſt propter peccata. c. 19. p. 404. Ad probationem à Deo immittitur, ad purgationem, & conſtantiam majorem. c. 20. p. 404. In eos qui tribulatione non emendantur. c. 21. p. 405. Tribulatio communis bonis & malis, lata patienter Dei amicos conſtituit. c. 22. p. 406. Tribulationis & conſolationis viciſſitudo. c. 23. p. 407 Promittitur à Deo, tanquam magnum bonum atque à juſtis expetitur. c. 24. p. 408. Tribulatio hujus vitæ exigua, reſpectu gloriæ ſecuturæ. c. 25. p. 409. Tribulationis ſuperatæ effecta in animo & corpore c. 26. p. 409. Tribulatio excitat ad quærendum Deum. c. 27. p. 411. Queritur Deus, ne poſt multas quidem tribulationes ad ſe reverti peccatores. c. 28. p. 411. Tribulationem qui ſuſtinet honoratur, qui eam reſpuit, ut inſipiens confunditur. c. 29. p. 412. Excipienda hilari animo, & habenda pro lucro. c. 30. p. 412. Sperandum in Deo, qui juvat & liberat tribulatos. c. 31. p. 413. Exempla fortiter ſuperatæ tribulationis. c. 32. p. 414. Jaculatoriæ confugientis ad Deum, in tribulatione & forti animo eam ferentis. c. 33. p. 415
Trinitas perſonarum in unitate naturæ divinæ. l. 1. p. 2. c. 1. p. 36. Pater eſt verus Deus. ibidem c. 2. Filius eſt verus Deus æterno Patri conſubſtantialis. c. 3. Spiritus ſanctus verus eſt Deus, Patri & Filio conſubſtantialis. c. 4. Spiritus ſanctus à Patre Filioque procedit. c. 5. Æqualitas, miſſio, operatio perſonarum. c. 6.
Triſtitia. Vide gaudium, pœnitentia.

V.

Vana gloria. Vide ambitio, ſuperbia.

Digitized by Google

Veniale peccatum. l. 4. p. 4. c. 1. & 2. p. 475
Verbum Dei univerſim. l. 4. p. 1. c. 1. p. 437. *Omne verbum* Dei audiendum. ibid. c. 2. p. 438.
Verbum Dei ſcriptum & non ſcriptum. c. 3. p. 438. *Altus ac difficilis verbi divini ſenſus*. ibid. c. 4. p. 439. *Verbi divini intellectus fide paratur, & obſervatione divinæ legis*. ibid. c. 5. p. 440. *Iaculatoria petentis lumen ad intelligendum* Dei verbum & *obſervandum*. ibid. c. 6. p. 441. *Judex controverſiarum quæ ex diverſâ verbi interpretatione oriuntur* ibid. c. 7. p. 442. *Verbum Dei ſufficienter eſt promulgatum.* l. 4. introduc. can. 7. diſt. 12. p. 430
Verecundia laudabilis ac vitioſa. l. 3. p. 8. c. 19. p. 365
Veritas prima. Vide *fides divina.*
Veritas commendatur & præcipitur. l. 3. p. 7. c. 28. & 30. p. 341 & 342. Vide *dolus, lingua, mendacium.*
Vindicta divina non effugitur à peccatore. l. 3. p. 7. c. 31. p. 342. *Deus longanimis tardè quidem, at tandem punit, non ſine interveniente miſericordiâ.* c. 32. p. 343 *Aliter ſontes, aliter inſontes, iiſdem ſubindè involvit pœnis.* c. 33. p. 344. *Peccator iiſdem punitur pœnis, quibus deliquit, creatura quædam ad ultionem deputatâ.* c. 34. p. 343. *Punitionis divinæ finis vindicta impiorum, piorum correctio.* c. 35. p. 346. *Iuſtitia vindicativa humana utilis ac neceſſaria, ejuſdem fructus & pœna neglectus.* c. 36. p. 347. *Exempla punitionis per ea, per quæ quis peccavit.* c. 37. p. 348
Vir. Vide *Matrimonium.*
Virginitatis laudes, præmia, conſilia. l. 3. p. 6. c. 46. p. 313. Vide *continentia, luxuria, pudicitia, Maria Virgo.*
Virtutis encomium & fructus multiplex. l. 2. p. 5. c. 1. p. 124. *Exhortationes ad ſtudium virtutum.* ibid. c. 2. p. 124. *Iaculatoria petentis virtutis ſtudium, & in virtute profectum.* ibid. c. 9. p. 129 *Quis ſit perfectæ virtutis.* ib. c. 3. p. 125. Vide *perfectio, Sapientia, timor Domini.*
Viſio beatifica. l. 1. p. 1. c. 15. p. 12
Vita æterna. Vide *beatitudo.*
Vitæ ſtatus deligendus. l. 3. p. 6. c. 36. p. 305
Vitia quàm noxia, & qua ratione extirpanda. l. 2. p. 5. c. 10. p. 130 *Exhortatio ad extirpanda vitia, & domandas paſſiones.* ibid. c. 11. p. 132
Unctio extrema. l. 4. p. 4. c. 27. p. 471
Vocationis divinæ beneficium. l. 3. p. 6. c. 38. p. 306. *Cohortatio ad vivendum dignè ſua vocatione.* ibid. c. 40. p. 306

Volun-

Voluntas Dei efficaciſsima. l. 1. *p.* 1. *c.* 18. *p.* 16

Vult Deus malum pœnæ. ibid. c. 19. *p.* 16. *Malum culpæ nullo modo vult Deus. ibid. c.*20. *p.* 17. *Deus liberè vult omne bonum extra ſe. idid. c.* 21. *p.* 18. *Voluntas Dei antecedens & conſequens, conditionata & abſoluta, illa mutatur aliquando, hæc nunquam. ibid. c.* 22. *p.* 18

Voluptas Vide *intemperantia, luxuria.*

*Vota ſervanda. l.*3. *p.* 6. *c.* 23. & 24. *p.* 294. & *l.* 4. *p.* 6. *c.* 16. *p.* 495. Vide *paupertas, caſtitas, obedientia.*

Vſura. Vide *avaritia, injuſtitia.*

Vxor. Vide *matrimonium.*

Z.

ZElus *honoris divini exemplis declaratur. l.* 3. *p.* 8. *c.* 43. *p.* 384

Zeli indiſcreti exempla. ibid. c. 44. *p.* 385

Jaculatoriæ petentis Zelum animarum eumque exercentis. ibid. c. 45 *p.* 386.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

52

Digitized by Google

Digiti